BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
38 MA
20

IIa 243
f 3—

B.I.44.

ELVCIDATIO IN OMNES EPISTOLAS APOSTOLICAS, PER

F. Franciſcum Titelmannum Minoritam, ſacrarum literarum, apud Louanienſes, quondam profeſſorem.

Multa hîc inuenies Lector, fideliſſimè explicata, quæ hactenus attigit nemo.

S. Mariæ in Porticu



LVGDVNI, APVD GVLIELMVM ROVILIVM.

M. D. XLVI.

Cp. lib. S. M.e in Porticu.

PSALMVS NVNCVPATORIVS, altiſsimo omnium bonorum largitori Deo, ad operis dedicationem.

Confiteor tibi domine pater cœli & terræ:ex bona voluntate & animo liberali,perſoluo confeſsionem tibi.

Quoniam omnis boni principiũ es tu, fons inexhauſtus, & abyſſus interminabilis.

A te procedit,quicquid eſt bonitatis in omnibus creaturis tuis:elargitione tuæ munus, eſt omnis creata bonitas.

Quoniam tu ſolum es vere bonum & perfectũ, & præter te aliud nihil, niſi participatione communicationis tuæ.

Propterea in omnibus te decet hymnus Deus inhabitator Hieruſalẽ, cantica gratitudinis ſunt tibi à nobis debita.

Propter bonitatem tuã donas nobis, quæ non debes,bona gratiarum tuarum, & nos quæ debemus tibi,reddimus laudis cantica.

Sacrificium enim laudis, honorificabit te: & ipſum

ipſum eſt iter, quo pergitur ad oſtenſionem ſalutaris tui.

Peculiare autem donum & eximiū, dediſti nobis ſcripturas ſanctas, in eruditionem & ſtabilimentum ſalutaris fidei noſtræ.

In verborum vtilitate, & ſenſuum obſcuritate condidiſti eas, vt duabus hiſce rebus, ſuperbos atque deſides abigeres indignos.

Humilibus tamen non negas introitū, qui exaudis humiles, clauem donas eis, per quam ingrediantur in illas.

Spiritus tuus ſanctus, ipſe eſt clauis intelligētię ſcripturarum tuarum, quoniā & ipſe eſt calamus.

Calamus fuit ſcribētium eas, & clauis eſt idem ipſe legentium eas.

Mihi autem paruulo puero tuo feciſti miſericordiam magnam nimis: introire in latitudinem earum, & oblectari in floribus paſcuæ tuæ.

Nec tibi hoc ſatis fuit viſum domine meus & pater vitæ meæ, vt & alios introducerem dediſti mihi, quoniam voluiſti.

Ex munere gratiæ tuæ, præſentes docuit lingua mea Apoſtolica ſcripta tua in conſpectu aduentantium omnium, enarraui in ore meo.

Non ego autem, ſed gratia tua mecum: in te enim faciemus magna, qui ſine te non poſſumus nec minima.

Mandatum nouum diſcedens reliquit nobis

 Chriſtus

Chriſtus filius tuus:diligere inuicem quomodo & ipſe nos prior dilexerat.

Dilectus diſcipulus tuus præceptum hoc in lingua negat impleri:opus & veritatem ſimul exigit.

Vas electionis, omnino erga omnes operari iubet bonum: & de adminiſtratione acceptarum à te gratiarum diſtrictè præcepit nobis.

Quem poſuiſti caput Apoſtolorum tuorũ, ipſe diſpenſatores multiformis gratiæ tuæ commonefacit diſpenſationis ſuæ.

Ego autẽ cognoui, quoniam debitor ſum omnibus abſentibus æquè atque præſentibus: quibus in vllo conducere potens eſt per gratiam tuã labor meus.

Propterea conſilium fuit mihi, literis tradere ad eruditionem abſentium fidelium tuorum:quæ infundebas in os noſtrum,& effundebas per labia noſtra præſenti multitudini.

In auxilio confiſus gratiæ tuæ, cœpi laborem hunc:& vſque ad finem non defuiſti mihi.

Sine te Deus, non cœpi neque finiui:ſi nõ adfuiſſet mihi gratia tua, non fuiſſet mihi reperire neque finem neque principium.

Perfecto nunc opere ecce venio ad te:vt offerã tibi primitias laboris mei.

Quomodo ad patrem familias, inferre ſolent perfecta opera ſua operarij boni: ita conſummato, quod iniunxiſti mihi,ecce ad te redeo.

Primitiæ enim operis mei publici ſunt,æditio iſta:non offeram eas neque dicabo alteri.

Tu mihi dediſti, nō dedit mihi alius:tibi quoque dedicabo,non præſentabuntur alteri.

Gloriam tibi debitā alteri non dabo: ecce offero labores meos ante conſpectum maieſtatis tuæ.

Ad te refero,tibi aſcribo,tibi nuncupo,tibi dico & dedico.

Si placens tibi eſt labor meus, non eſt ꝙ quæram vltrà:habeo quæcunque optaui omnia.

Domine tu noſti, quoniā non ſine labore perfeci opus iſtud,veruntamen ſi placitū eſt ante oculos tuos,non me laboris tædet neque pœnitet.

Placuiſſe tibi plena mihi remuneratio eſt: etiā ſi fuiſſet labor cētuplus,hoc ſolo mihi ſatiſfeceris.

Habe ergo Deus accepta quæ offert tibi puer paruulus tuus: & qui laboribus noſtris cū humilitate vti volent in bonum,benignus aſpicias eos.

De remuneratione nihil impræſentiarum agimus in hoc tempore, donec veniat tempus retributionis expectabo libentiſsimè.

Fiat miſericordia tua domine ſuper nos,quemadmodum ſemper in te ſperauimus.

In te ſperaui,& non ſum confuſus.quoniam tu dn̄e auxiliator fuiſti mihi,& eris defenſor meus.

Gloria,patri & filio & ſpiritui ſancto:

Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum,Amen.

AD LECTOREM

PRAEMONITIO.

QVISQVIS EX NOSTRIS Elucidationibus fructum quæris, Chriſtiane Lector, hìc tibi ordo erit ſeruandus, vt prius ipſa textus verba quorum requiris intelligẽtiam, per ſe legas atque iterum legas, etiã ſi non intelligas. Deinde, cum ipſa textus verba ſimpliciter ſic conſyderata, menti leniter impreſſeris, ad Elucidationem tranſiẽs, & ipſam per ſe legas attentè, ſine textus collatione, ac in ſimplici eius lectione tantiſper immorare vſque dum eius vim atque ſententiam, pro tuo captu, plenè comprehenderis. Tum demum ad collationem accedẽs, textus verba cum Elucidationis ſententia conferas: Vbi perpendendum erit exacto iudicio, quonam modo Elucidatio idẽ habeat, quòd textus: iterũq; textus quibus ſub verbis dicat, quòd ſecundùm ſentẽtiã verbis alijs habet Elucidatio. Conſyderandũ quoque, quid in textu poſitũ inueniatur, quantùm ad intelligentiam ſupra textus verba adijciatur, quod tibi textualis diuiſio, & per ſingulas particulas diſtributio, facilè indicabit. Frequenter enim adijcimus, quæ non reperiuntur in textu, ſiue propter ſententiarum conſequẽtiam & verborum connexionem demonſtrandã, ſiue gratia ſupplendi quæ deerant, & quæ erant mutilla ſua integritate perficienda, ſiue cauſa illuſtrandæ ſententiæ, aut alia ali-

qua conſimili ratione. Sic tamen hac in re temperatum eſt, vt non nimis multa temere adijcerentur, ne Cõmentarios potius quàm Elucidationem *exhiberemus.* Hunc ordinem *qui obſeruauerit, fortè* Dei *gratia aſſiſtente, vtilitatis nõnihil referre poterit, ex ijs quæ ſunt ex eadem* Dei *gratia per nos deſcripta. Contra verò, ſi hoc ordine naturæ & diſciplinæ perturbato, non prælecta, neque textus, neque* Elucidationis *ſerie, velis componere & ad inuicem comparare, quæ non ſunt diuiſim prius & ſeparatim expenſa: vereor ne ordine neglecto (qui in omnibus rebus, potiſſimum autem in ratione ſtudij, plurimum habet momenti) fruſtra in re alioqui perutili laborem inſumas. Quam rem cùm, ſecundùm* Chriſtianam *charitatem nulli optemus, iuſtum ac neceſſarium putauimus iſta præmonere.* In Deo *bene* Vale: *& noſtros labores ſanctis tuis ante* Deum *orationibus, adiuua ac conſolare.*

ARGVMENTVM
ELVCIDATORIVM, IN Epiſtolam ad Romanos, beati Pauli Apo-ſtoli.

CVM APVD ROMANOS *commixti pariter Gentiles, atque* Iudæi, *odioſis contentionibus vacarent, atque ſe inuicem præferri vellent in* Euangelij *gratia* Iudæis *patribus ſuis peculiariter factas promiſsiones adducẽtibus, atque ob hoc* Gentiles *contemnentibus:* Gentibus *ecõtrario ingratitudinem, & infidelitatẽ in exprobrationem illis obijcientibus:* Iudæis *iterum exiſtimantibus, ad ſuam legem debere tranſire, eos qui ſaluari vellent ex gentibus, contra* Gentilibus *legem noxiam eſſe ac ſuperſtitioſam reputantibus: ſicq; erga inuicem perfecti non eſſent in charitate* Chriſtiana: Paulus *fama* Apoſtolus *accepta de bonis illorum initijs, dolens has inter eos diſſentiones, & queſtiones agitari, epiſtola decreuit facere finem contentionibus.* In *qua id potiſſimum agit, vt vtrique populo demonſtret ex ſua conditione ſalutem non eſſe, id eſt, ex* Iudæo *ex ſuo* Iudaiſmo; *nec* Gentili *ex ſua* Gentilitate: *ſed omnes debere peccatorum remiſſionem, & verã quæ coram* Deo *eſt iuſtitiam, per gratiã* Dei, *ex fide* Chriſti *expecta-*

re, &

re, & in Euangelij *negotio, omnes qui credunt pares eſſe quantùm ad ſalutem.* Ita *vt nihil vltrà contra inuicem gloriari aut contendere debeãt pro ſuis ſuperſtitionibus, aut corporalibus obſeruãtijs, neque inuicem iudicare aut contemnere: ſed in pace & vnitate viuere, per charitatis manſuetudinem inuicem tolerantes, in mutuis imperfectionibus.* Atque *hoc quidem, totius epiſtolæ caput eſt.* Q*uò tamen clarior fiat: epiſtola quæ tota eſt obſcuritatibus plena, per ſingula capita diſcurrentes, velut* Epitomate *eam complecti tentabimus.* In *primo itaq; capitulo, poſt ſui* A*poſtolatus expoſitum miniſterium, & imprecatam illis gratiã, familiaria quædam amicè præfatus de illorũ audita bona fama & excuſatione quòd hactenus eos non viſerit cùm ſit omnibus debitor, nec erubeſcat* Dei E*uangelium, mox trãſit occaſione iuſtitiæ* Dei*, quæ in* E*uangelio reuelata eſt, ad* G*entium horrenda facinora (in quæ propter ſuam ingratitudinem,* Deo *permittente, turpiſſima & fœdiſſima ſunt prolapſi) commemoranda, quoniam* D*eum quem ex creaturis ſufficienter agnoſcere potuerãt, imo & agnouerant, non vt oportebat coluerunt, diuinum honorẽ idolis exhibentes.* In *cuius pœnam, ad reliqua quoque turpiſſima & innaturalia vitia,* Deo *permittente, traditos dicit: quæ & particulatim plurima enumerat.* A*tque in hoc totũ, perficit primum capitulum.* H*is verò ſic confuſis* G*entilibus, capite ſecundo: primùm quidem occultè, deinde apertius,* I*udæos quoq; humiliat, & peccato non carere demonſtrat, cùm alios (nempè* G*entiles) iudicẽt, & propter peccata contẽnant: in quibus ipſoſmet etiam reos inueniri conſtat, quos impoſſibile eſt,* Dei *effugere venturum contra omnes malè agentes iudicium. tametſi* I*udæi, legem à* Deo *ſcriptã, acceperint.* Q*uomodo*

modo enim Gentilibus, ad ſalutem non obeſt, quòd legem ſcriptam nõ acceperint, dum ſaluari poſſint ex lege naturæ, quæ eis ineſt: ſic nec illis prodeſt, vt non condemnentur, eadem, quæ illi agentes mala, quòd legem ſcriptam teneant, ſi opere non impleant. Cùm & præputiatus, iuſtitias legis ex naturali dictamine conſcientiæ cuſtodiens, apud Deum iuſtus habeatur, ac ſpiritualiter circumciſus: & circumciſus corpore, legis iuſtitias non obſeruãs, apud Deum habeatur incircumciſus. Quoniam verò hiſce verbis viſus eſt, incircumciſos Gentiles æquare Iudæis circũciſis. Tertio capitulo obijcit quæſtionem, ac ſoluit, quid Iudæi ex ſua habeant circunciſione, præ Gentilibus: dicens, non parum illud eſſe, quòd ſoli ipſi, Dei acceperint eloquia. Prophetarum videlicet teſtimonia, & patrum promiſſiones. Nec infidelitatem dicit obſtare quorundam, quo minus implẽda ſint eloquia promiſſionum Dei, cùm ſit Deus verax & fidelis, & eo magis, quo erga nos quoq;, omnes corruptione naturæ, vanos & mendaces, ſuam infidelitatem ſeruat: ſic vt ex noſtra infidelitate, Dei clarificetur veritas, obiter quæſtionem mouens ex huius verbi occaſione, quur iuſtus Deus, iram pro peccatis inferat, ſi (vt ex hoc videtur, quòd prædictũ eſt) per noſtram iniuſtitiam, Dei iuſtitia glorificatur. Sed eã quæſtionem in abſolutam relinquit. quod & aliàs ſæpe facit, potiſſimũ cùm de diuinis loquitur iudicijs, cuiuſmodi & hoc eſt quod modò queritur. Reſumit tamen hanc quæſtionem, ſecundùm virtutem, ſexto capitulo, & vtcunq; ſoluit. dicit autem (quæſtione illa dimiſſa) in nullo Iudæos Gentibus quantùm ad ſalutem, præſtare, ſed omnes peccato factos obnoxios (quod de Iudæis, peculiariter ex Pſalmi teſtimonio demonſtrat) egere Dei miſericordia, & vt in eis ipſe glorificetur, iuſtificando

ſtificãdo gratis per gratiam ſuam ex fide: per quam, omnem dicit Iudæorum illam vanam gloriationem ſublatam: poſtquàm per Dei gratiam & fidem, Iudæos & Gentes ex æquo iuſtificare, & ſaluare decreuit, communis omnium dominus. Nec tamẽ legis vult haberi deſtructor Paulus: ſed magis cõfirmator & conſummator. Quarto deinde capitulo, iterum ſibiipſi quæſtionem mouet, quidnam ſit, quòd Abraham velut pro magno dono circũciſionem accepit: ſi nihil ex hoc amplius habeat Iudæus apud Deum, quàm Gẽtilis. Ac primùm quidem præmittẽdo declarat, tum ratione, tũ ſcriptura, Abrahã nõ ex condigno operum ſuorũ merito (quod ſupercilioſi ac arrogantes quærebãt Iudæi, per ſuas obſeruãtias) ſed per fidẽ fuiſſe iuſtificatũ, etiam priuſquàm circunciſionẽ accepiſſet. Vnde euidẽs eſt, circũciſionẽ illi non dediſſe iuſtitiã: ſed ſignum tantùm fuiſſe iuſtitiæ, ſibi & ſuæ gẽti peculiariter datũ. Cùm tamẽ Abrahã ante illud ſignũ, verè iuſtus dictus ſit in ſcriptura, & habitus apud Deũ. Clarũ eſt etiã modò fieri poſſe, vt Gentilis ſine circũciſione iuſtificetur, eodem modo, quo Abraham tunc fuit iuſtificatus per fidem. Vnde duplices eius filios diſtinguẽs, Abraham facit patrem non ſolùm carnalium Iudæorum, ſed omnium etiam fidelium qui eius imitantur fidẽ. Neq; per legem dicit illum accepiſſe promiſsionem, ſuo ſemini adimplendam, ſed per fidem, per quam etiam filij eius ſecundùm ſpiritum omnes ſalutem conſequi poterũt. Vbi & fidem Abrahæ declarãs, mirè eam prædicat, atque commendat: quã & nobis dicit ad iuſtitiã, reputari, ſi in Chriſtum (qui deuicta morte, ad noſtrã iuſtificationẽ reſurrexerit à mortuis) credimus. Propter quod, quinto capitulo, omnibus, per Chriſtũ facta ſalute, monet pacem habere ad Deũ, omiſſa omni fiducia

carnali,

carnali, in ſola ſpe fixos gloriæ filiorum Dei, *quæ omnibus eſt cõmunis.* Cuius *ſpe etiã in tribulationibus, quæ pro fide* Chriſti *obueniunt, magnificè gloriamur (ſentientes bonum, patiẽtiæ fructum) in ſpe, quæ nũquam confundit, propter pignus, ſpiritus, quod accepimus.* Quod *ex eo declarat, quoniã ſi tunc cùm nondum eſſent ablata peccata mundi,* Deus *homo fieri, & pro hominibus mori dignatus eſt: multo magis nunc, peccatis mundi expiatis, & facta reconciliatione, ſalutem ſperare poſſint & debent fideles, neque poterunt rectè ſperantes confundi.* Et *quia de expiatione peccatorum, & facta reconciliatiõe per* Chriſtũ *in generalitate dixerat, pergit ſpecialius quomodo id factum fuerit pertractare.* Et *vt cõtrarijs iuxta ſe poſitis, res fiat clarior* Adam *veterem primum parentem, per ſuam inobedientiam, originali peccato commaculantem omnes poſteros, qui erant in lumbis eius, & in eo tanquàm in maſſa, comparat cum* Chriſto *nouo* Adam, *qui per ſuã perfectam obedientiam, omnibus in ſe credentibus contulit perfectam iuſtitiam, & à veteris* Ade *ſpurcitijs expurgauit, & omnes in pace cum* Deo *conſtituit: quomodo ille vnus miſerat omnes ſub ira* Dei, *à qua legẽ dicit liberare non potuiſſe ſuos obſeruatores, adeò vt per eius occaſionem etiam excreuerint delicta.* Capite *verò ſexto, queſtione propoſita ex prædictis, & ea quam capite tertio reliquerat inſolutam, modo quodã reſumpta an in peccato ſit permanendũ, vt gratia* Dei *abundet, vtq; magis clarificetur gloria* Dei: *reſpondet nequaquàm conuenire, vt qui ſemel peccato ſit mortuus, & per baptiſmũ in* Chriſti *morte ſepultus, ad anteacta malæ vitæ priſtina opera redeat, ſed tãtùm, vt in nouitate vitæ ad opera bona cum* Chriſto *reſurgat, ſciens ſe peccato mortuum,* Deo *debere de.*

cætero

cætero viuere, vt non vltrà regnet peccatum in carne: & corpora quæ prius ad iniquitatem exhibebantur patrandã: iam exhibeantur ad operandam iuſtitiam. Neque enim ideo *facilius peccare debemus, quòd ſub gratia ſumus: ſcientes nos ſemel per gratiam* Dei *liberos factos, à ſeruitute peccati ſeruos noſipſos addixiſſe iuſtitiæ: cui proinde nũc poſt conuerſionem, oportet corpora noſtra ſeruire, quemadmodum ante ſeruiebãt immunditiæ & concupiſcentiæ.* Atque *eo etiam magis, quo hæc (nempè iniuſtitia) ſuis ſeruitoribus mortem æternam confert, in ſtipendium & mercedem preterea nihil.* Iuſtitia *verò, ex* Dei *liberalitate, & modò fructum in ſanctificationem, & in futuro finem optimum, vitam æternam, ſuis donat ſectatoribus.* In *ſequentibus verò duobus capitulis, quomodo à duabus legibus per* Chriſtum *ſumus liberati, ad ſeruiendum legi nouæ* Euangelicæ, *declarat.* Et *primùm quidem ſeptimi capitis initio, de lege veteri ſub comparatione mulieris, quæ à viri lege per mortem eius abſoluitur, nos docet per mortem* Chriſti *legi ſubtractos, ad ſeruiendum* Chriſto *in libertate legis* Euangelicæ, *eo quòd per mortem* Chriſti, *lex mortificatiuas priſtinum perdiderit obligationes.* Quam, *ipſe legem mortis nominat, non quod ipſa peccatum ſit aut malum, aut quaſi per ſeipſa ſit mortifera, ſed quia per occaſionem, dum peccata demonſtrat, & gratiam auxiliantem non præbet, propter concupiſcentiæ peruerſitatem, ad mala incitat, dum nitimur in vetitum ſemper, cupimusq; negata: legem quidem (vt ſanctam nequaquàm accuſans, ſed corruptum ſenſualem appetitum in carne inhabitantem, qui etiam bonum poſſit in malum peruertere, grauiter accuſat.* Vocat *autem hunc concupiſcentiæ fomitem, & peccatum, & legem carnis.* Peccatum

quidem,

quidem, eo quòd omnis peccati ſit initium, & velut ſeminarium ſemper ad malum ſolicitans. Legem verò *carnis, ex eo quòd carnem ſolicitat, incitat, & modo quodam impellit, ad ea quæ vult ipſa (etiam contranitente ſpiritu) peragenda: & ſpiritus legi nolens ſubijci, ſemper rebellionem parat, etiam in ſpiritualibus viris, & aliquousq; iam perfectis: ita vt ſpiritu bona volente perficere, carnis iſta lex obſtrepat, & impediat frequenter, ſemper autem cum difficultate aliqua faciat operari bonum. Vnde capite octauo, de ea libertate quam per ſpiritum ſanctum aſſequimur (quæ eſt per grátiam* Dei*) prolixè & prorſus diuiniſſimè diſſerit: oſtendens, quemadmodum per* Chriſti *gratiā ab vtraq; lege, tam veteri illa, quàm carnali iſta, per* Chriſtū *liberamur vt nec ad illā obligemur, neq; per per hāc ad vllum malum cogamur, ſi modò ſpiritum* Dei *habeamus in nobis inhabitantem, & ſecundùm eius operemur inſtinctum, non ſecundùm carnis ſuggeſtionem: per quem ſpiritum, carnem dicit nunc mortificari viris, & in futuro reſuſcitādam ad reſurrectionem glorioſam: quoniam filij* Dei *ſunt & cohæredes,* Chriſti *fideles omnes, qui aguntur ſpiritu adoptionis filiorum* Dei: *per quem etiam graue non ducimus, pro* Chriſti *nomine paſsionibus affligi, propter expectationē ſuperuēturæ gloriæ, quomodo & mundialis machina tota nūc ſub ſeruitute laborat, expectans in glorificatione filiorum* Dei *requiem accipere nobiſcum, à laboribus ſuis. Ad quam tamen ſpeciali modo ſuſpirant, qui ſpiritus in ſe primitias habent, qui ſperare facit (quod adhuc non videtur) corporis & animæ glorificationem: qui etiam modò noſtram ignorantiam inſtruens, nos* Deum *orare decet gratiſſimis orationibus.* Per quē *extremò dicit fieri, vt fidelibus in quibus inhabitat, omnia*

cedant

cedant in bonum: atque ita diuinam prædeſtinationem, vocationem, iuſtificationem, per eum compleri in electis, vt in nouiſſimo die, nemo aduerſus eos vllis valeat accuſationibus præualere, & ſic nos modò in Dei *amore confirmare, vt nulla poſſit, à* Chriſto *creatore, creatura ſeparare, propter ſuperabundantem quam erga nos demonſtrauit charitatem, quando proprio filio, ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit eum.* A*tque hæc quidẽ capitulo octauo.* I*n nouo autem ſequẽti, ne quis in prioribus, eum contra legem, ex odio ſuæ gentis, loquutum fuiſſe exiſtimet, iuramẽto firmat, maximum ſe habere deſyderium conuerſionis & ſaluationis populi ſui* Iſraëlitici, *cui à* Deo, *in veteri teſtamento plurima erant exhibita peculiaria beneficia.* Nec *tamen ſe deſperare dicit, de impletione promiſſorum* Dei: *quamuis illi ſecundum carnem* Iſraëlitæ, *nolint* Euangelio *credere, cùm impleãtur in veris* Abrahæ & Iſaac *filijs, ſecundùm ſpiritum.* V*bi ſub* Iſaac & Iſmaël, Item Iacob & Eſau *(ex quibus vtriſq; alter tantùm à* Domino *ad implẽdam patris promiſſionem electus fuit) duas videtur lineas filiorum* Abrahæ & Iſaac *cõſtituere, alteram ſecũdùm carnem, quæ linea ſanctificatur in* Iſmaël & Eſau: Alteram *ſecundùm ſpiritum, eorum, qui dicuntur ſecundùm* Iſaac & Iacob *filios benedictiõis, in quibus implẽtur diuinæ promiſſiones.* V*nde ex verbo* Prophetæ, Iacob *dilexi,* Eſau *odio habui. in prædeſtinationis profundiſſimam deſcẽdit abyſſum, dicens,* Non *ex noſtris operibus, ſed ex* Dei *electione libera prædeſtinari bonos, & reprobari malos: nec currentis eſſe, nec volentis prædeſtinari aut reprobari: ſed* Dei *miſerentis: nec eum vllam facere iniuſtitiam, cùm pro peccatis punit peccatores, quoniam ſicut lutum in manu figuli, ita nos in manu* Domini,

Domini,vt nos vel reprobet in vaſa iræ,vel prædeſtinet in va ſa miſericordiæ. Quos dicit vocatos non ex Iudæis ſolùm, ſed & ex Gentibus:quemadmodum ex Prophetarum aſtruit teſtimonijs,quæ de Gentium olim incredularum loquuntur cōuerſione,ſimul cum Iudæis Chriſto credētibus:admirans in fine capitis,mirabili Dei iudicio factum eſſe,vt Gentes ex Dei gratia nō ſperatam neque expectatam ſuſceperint iuſtitiam, quam expectantes & multò antè præparati, per legem Iudæis oblatam reſpuerunt, impingētes per inuidiæ cæcitatem, in lapidem offenſionis. Vnde capite decimo, pro illorum conuerſione Dominum ſe dicit orare,teſtimonium illis perhibens (quod in ſe experientia didicerat) illos Zelo quidem Dei, ſed non ſecundùm veritatem & rectitudinem ſcientiæ fidei Zelare:propter ſuam carnalem legem mordicus tuendam, Chriſti filij Dei Euangelicam legem & æternam reſpuētes, cùm ſit tamen ipſe finis totius legis. Ipſa enim lex factorum, obſeruantes in vita tantùm conſeruabat corporali, ſed ſecundùm ſpiritum per ſe nō perfectè iuſtificabat. Noſtra autem lex fidei eſt:quæ hoc requirit à nobis,non vt multa faciamus cæremonialia(cuiuſmodi vetus requirebat) ſed vt ſine hæſitationibus & quæſtionibus, ſimpliciter credamus Chriſtum Dei filiū de cœlis deſcendiſſe,& eundem ab inferis deuicta morte ad cœlos aſcendiſſe. In qua fide noſtra ſalus tota conſiſtit, ſi eam corde credamus,& ore cùm tempus popoſcerit, confiteamur:quæ ſine diſtinctione aut cōſyderatione perſonarum, ex diuitis & liberalis Dei gratia,communis eſt omnibus, nomē eius ex fide vera inuocantibus: ſimul addens, quomodo per Apoſtolicam prædicationem,per vniuerſum orbem ſanctæ fidei prædicatio miſſa fuerit, ad omnium Gentium ſalutem.

quanquàm.

quanquàm ij,quibus primùm nunciata fuit,filij Iſrael,*pro-
pter inuidiam & pertinaciam ſuam noluerint acceptare ob-
latā, iuxta* Prophetarū *de vtroq; prædicta teſtimonia.* Quia
verò in his præcedẽtibus capitulis,multa de reprobatione Iu-
*daici populi dixerat , ne quis illos in vniuerſum putet ratione
generis ſui eſſe abiectos ,vndecimo capitulo.* Iſtud *infidelitati
aſſcribendum non generi docet & vſque adeò non generi,vt
etiā gratiſſimos dicat* Deo *eſſe futuros,propter electionem pa
trum ſuorū,& eis factas promiſſiones,ſi tantùm velint* Chri
*ſti fidem ſuſcipere,& ſpiritum illū inuidiæ & odij(quo ſunt
excæcati,vt non videant)deponere,ſicq; futurum,vt quemad
modum per infidelitatem ex bona oliua fuerāt eiecti, ita &
per fidem rurſum inſerantur.* Vnde *in principio capituli hu-
ius,iuxta exemplum* Heliæ,*dicit non dubitandum,quin plu-
rimi adhuc ſint ex* Iudæis , *quos* Deus *prædeſtinauit , nec in
vniuerſum omnes eſſe reprobatos, quanquàm per inuidiæ ſpī
ritū plures iam ſint excæcati.* In *medio autem, ratione patrū*
Deo*(qui de ſuis promiſſis pœnitere neſcit)chariſſimorum,eos
ſi conuertantur, acceptiſſimos fore demonſtrat , nihilominus
quam gentes.*Circa *finem verò capituli,myſterium cōuerſio-
nis* Iudæorum *in fine ſæculi,cùm plenitudo* Gentium *intraue
rit,aperiens , dicit: quomodo olim* Gentes *poſt longam ſuam
incredulitatem,tandem ad fidem conuerſæ , conſequutæ ſunt
miſericordiam, ita poſt eam infidelitatem in qua nunc ſunt*
Iudæi,*futurum,in conſummatione ſæculi poſt detectam* An-
tichriſti nequitiam , vt ad veritatem fidei reuertantur cum
Gentibus,*vt ſit vnum ouile , & vnus paſtor.* Vbi *per excla-
mationem,profunditatem diuinorum iudiciorum, & inæſti-
mabilem* Dei *ſapientiam admirans , in gratiarum actione*

hanc de Dei *prædeſtinatione ac reprobatione profundiſsimæ abyſſum, miro ſanctæ humilitatis egreditur artificio.* Dehinc,*ad moralia tranſit,capite duodecimo, quod moralibus & ſalutaribus admodum inſtructionibus totum eſt refertum:potiſsimum de animi humilitate.& gratiarum à* Deo *conceſſarum mutua ac fideli adminiſtratione in inuicem,& de vindicta per iracundiam non requirenda,& aliis huiuſmodi.*Capite *autem decimotertio, de obedientia præſtanda ſuperioribus poteſtatibus,etiam temporalibus,dat præceptũ: diuinæ ordinationi dicens reſiſtere eos,qui poteſtatibus à* Deo *conſtitutis negant obedientiam.* Monet *verò ſingulis ſua reddi debita, vt nulli ſint debitores:& charitatem fraternam erga inuicem exhibere,in qua tota lex impletur.* Eoq; *magis, quo iam in die ſumus & in tẽpore gratiæ,non amplius (vt olim,ante* Chriſti *aduentum)in nocte,propter quod operibus tenebrarum(nempe commeſſationibus & ebrietatibus & impudicitiis)abiectis,operibus lucis debemus noſipſos adornare,carnis deſyderia refrenantes.* Capite *autem decimoquarto,ad tollerandum inuicem,in charitate hortatur ſic vt nec perfectiores in fide per ſuperbiam contemnant imperfectos,adhuc aliquid* Iudaiſmi *in obſeruandis eſcis aut diebus retinentes:neque viciſsim infirmiores,iudicent perfectiores propter* Euangelii *libertatem,legalium obſeruantiarum diſtinctionem negligentes.ſed vt vnuſquiſq; iuxta ſuæ fidei rationem,conſcientiæ ſuæ ſatiſfaciat,à iudicandis fratribus multùm dehortãs,ex eo quòd ſoli* Chriſto *cõpetit iudiciũ, cui & viuimus,& morimur,ad cuius tribunal aſtabimus omnes,iudicandi ac pro nobiſipſis rationem redditurí.* Non *autem ad nos ſpectat iudicare inuicem.* Docet *autem deinceps,*

ſecun

ſecundùm veritatẽ nullum cibũ eſſe communem,niſi tantùm ex conſcientia eius qui cibũ aliquẽ pollutum aut immundum reputat:veruntamen propter fratris infirmi ſcandalum præcauendã,modis omnibus vult perfectiores,etiam ab eo qui ſecũdùm ſe licitus eſt cibo abſtinere, pro quo Chriſtus Dominus *etiã mori nõ dubitauit:adijciẽs in fine capitis, omne quod nõ ſecũdùm fidei rationẽ ſed contra cõſcientiã agitur, peccatum eſſe.* Decimoquinto *dehinc capitulo,quod prius propoſuerat replicat,vt inuicẽ ſupportemus in humili charitate,exẽplo* Chri*ſti,qui nõ ſuperbè ſibi placuit,noſtrã ſalutẽ contemnẽs,ſed noſtras in ſe infirmitates ſuſtinuit,ꝑ nobis improperia ſuſcipiẽs, ac pœnã mortis,quæ nobis ſunt (quẽadmodũ & cætera ſcripturarũ omnia)indubiè in exẽplũ deſcripta,vt per ea inſtruamur;ad bonũ & cõfirmemur in eis.*Deinde *pro Gẽtiliũ incircunciſorũ &* I*udæorũ circũciſorũ ex animo, vera concordia,* Deũ *deprecatur:& vt inuicẽ ſuſtineãt in mãſuetudine* Chri*ſtiana,exẽplo* Chriſti *eos hortatur:vt ſeinuicẽ nõ aſpernẽtur, ſed potius honorẽt ac reuereãtur in dño,qui &* I*udæos honorauit,& nihilominus etiã gẽtes,*I*udæos quidẽ factus eis ſalutis miniſter,in carne veniẽs adimplẽdã ꝓmiſſionẽ pr̃ibus eorũ factã.*Gẽtes *aũt,in eo quòd hãc ſalutẽ* I*udæis ex ꝓmiſſiõe oblatã,etiã in eos ex ſua miſericordia,voluit dilatare,iuxta* Prophetarũ *quæ adducit diuerſa teſtimonia.* Poſt *hæc circa mediũ capitis,ad familiaria deſcẽdẽs,ꝑ eorũ cõſummatiõe,tametſi de eis bene cõfidat,*Deũ *deprecatus,ſe excuſat quòd cõfidẽter ad illos ſcripſerit,rõne ſui miniſterij* Apoſtolici *quòd accepit in gẽtibus,in quo ſe ſolo dicit gloriari dũ eius prædicatio ſequẽtibus ſignis atq; ꝓdigijs ꝑ* Deũ *cõfirmata, vſq; adeò ꝓficit,vt in vicina omnia loca per circuitũ,*Euãgeliũ Chriſti

cum magno fructu peruenerit. Idq; in talibus locis, vbi nunquàm Chriſti fuerat prædicatum Euangelium. *Propter quod ſe dixit hactenus non potuiſſe ad illos accedere, propter nimiã in his regionibus occupationem, quanquàm ex multis anteactis annis ſummè id optauerit.* Nunc *tamen locũ nõ habens amplius in his regionibus, atq; ob hoc in* Hiſpaniã *iter meditans, ſperat ſe iſtâc tranſeundo, ipſos inuiſurum.* Et *nunc quidem, ſe proficiſci dicit in* Hieruſalem, *ad deferendum eam quam ab* Eccleſijs *Gentium collegerat pro pauperibus* Hieroſolymitanis *elæmoſynam: quo perfecto negotio, ſe ſperat iſtâc iter facturum in* Hiſpaniam. *Orari autem petit pro ſe, vt à peruerſis, qui in* Iudæa *ſunt hominibus, liberetur, & acceptã poſſit offerre in* Hieruſalem *oblationem ſuam, pro ſanctorũ neceſſitatibus.* Capitulum *verò ſextum decimum, totum penè ſalutationibus occupatur:* Niſi *quòd in medio, de cauẽdis ijs, qui diſſenſiones & mala dogmata cõtra* Apoſtolicã *doctrinã ſeminant, interponit. quos ſuo ventri dicit ſeruire, nõ* Dei *gloriam quærere: & ſua blandiloquentia ſimplices animos decipere.* A *quibus eos vult cautè attendere, ne ſuæ ſanctæ obedientiæ (cuius fama vbiq; vulgabatur) maculam inferant.* Iterũq; *poſitis ſalutationibus,* Deo *ſoli ſapienti, pro ſui reuelatione ſacramenti, gratias agens, ita terminat egregiam iſtam, & tam verborum quàm ſententiarum pondere magnificam* Epiſtolam.

Finit *argumentum.*

Elucidatio in epiſtolã ad Romanos, beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

Pa AVLVS in ſpiritus libertate Ieſu Chriſto deſeruiẽs,nouo miraculo de cælo,vocatus ad Apoſtolatus officiũ,deinde Spiritusſancti iuſsione ſingulariter electus,ad Euangeliũ Dei prædicandum: b quod licet nũc primũ ſit manifeſtatum, multò tamen antè in ſcripturis Prophetarum fuerat repromiſſum: quod quidem Euangeliũ de filio eius eſt, quem docet & ex patris voluntate prædicat ſolum & verũ ſaluatorem hominũ: c qui ſecũdùm humanitatẽ,temporali natiuitate factus eſt ex pro-

TEXTVS epiſtolæ ad Romanos, beati Pauli Apoſtoli.

CAPVT I.

P*a Aulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus,ſegregatus in Euangeliũ Dei,* *b quod antè promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo,* *c qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnẽ,*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

a qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute,

b ſecūdum ſpiritū ſanctificationis,

c ex reſurrectione mortuorū Ieſu Chriſti domini noſtri:

d per quem accepimus gratiā & Apoſtolatum, ad obediēdum fidei, in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti domini noſtri,

e omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis ſanctis,

f Gratia vobis & pax à Deo patre & dn̄o noſtro Ieſu Chriſto.

genie Dauid: a de quo fuerat ab æterno prædeſtinatum vt in tempore eſſet ſecundùm carnem manens Dei filius, eiuſdem omnino cū patre virtutis: b quod per ſpiritum ſanctū huius admirandi operis ſolum authorem factum eſt: qui in idem ſuppoſitum perſonæ vtrāque coniunxit naturam, diuinam pariter & humanā: c ſicuti patuit ex eo, ꝙ à mortuis ſurrexit ipſe Ieſus Chriſtus dominus noſter, quę reſurrectio ſine virtute diuina per potentiam merè humanā fieri nūquàm potuiſſet: d Per quem Chriſtum, à Deo accepimus gratiam remiſsionis peccatorū & ſpiritualium donorum, atque etiā Apoſtolatus officium: vt per meā prædicationē præſtetur obedientia fidei Chriſtianæ, ad gloriā nominis eius, in omnibus gentibus, de quorum numero etiā vos eſtis, à Chriſto Ieſu ad ſuam fidem vocati. e Ille (inquam) Paulus, ſalutē dicit omnibus qui ſunt Romæ, à Deo dilectis, vocatis ad ſanctitatem. f Hæc eſt autem ſalutatio

mea, Gratia vobis & pax à Deo
patre, & dño noſtro Ieſu Chriſto.
a Primùm quidẽ gratias ago Deo
patri per Ieſum Chriſtũ(per quẽ,
ab eodem cuncta nobis bona pro
ueniunt)pro omnibus vobis,ꝙ fa
ma fidei veſtræ vniuerſum mun-
dum pertranſijt,& in plurimis lo-
cis de veſtra fide fama bona ſpar
gitur. b Deum teſtor, cui ſeruio
ſpiritu,in denunciatione Euange
lij filij eius, ꝙ in omnibus oratio-
nibus meis veſtri memor ſim,aſsi-
duè deprecans vt placeat Deo,vel
tandem aliquãdo noſtrum iter ad
vos dirigere. c Valdè enim deſy-
dero videre vos, ob hanc cauſam
potiſsimum,vt aliquam ſpiritualẽ
gratiã,vel abũdãtius, vel firmius,
Deo donãte,quaſi ex meo aduen-
tu,ſuſcipiatis. d Hoc volo,vt per
meũ ad vos aduentũ pariter acci-
piamus cõſolationẽ,ꝑ fidẽ quã ad
inuicẽ cõmunẽ habemus, vos ean
dem nobiſcũ, & nos viciſsim eãdẽ
vobiſcũ.Magna enim cõſolatio fo
ret vtriſque, ſi ex aduentu præce-
ptoris,& Apoſtoli veſtri,& vos cer

a Primùm quidem gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtũ pro omnibus vobis, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mũdo.

b Teſtis enim mihi eſt Deus cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio filij eius, quòd ſine intermiſsione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis: obſecrãs, ſi quo modo tandem aliquã proſperũ iter habeã in volũtate dei veniendi ad vos.

c Deſydero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos,

d id eſt, ſimul cõ-

ſolari in vobis, p eam quæ inuicẽ eſt, ſidem veſtrã atque meam.

a Nolo autẽ vos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui venire ad vos (& phibitus ſum vſque adhuc)

b vt aliquem fru ctum habeam in vobis, ſicut & in cæteris gentibus.

c Græcis ac Bar baris, ſapiẽtibus, & inſipientibus, debitor ſum: ita quòd in me prom ptum eſt, & vobis qui Romæ eſtis, Euangelizare.

ti redderemini de ſide veſtra, & ego de veſtro, quem audiui, profe ctu. a Et omnino hoc vos ſcire cupio, quoniam per me nõ ſtetit, ꝙ hactenus ad vos non venerim. Cùm enim ſæpius propoſuerim, neſcio tamen quomodo varijs oc cupationibus, & eccleſiarum ſoli- citudinibus (quibus ob ſuam im- perfectionẽ adhuc noſtra præſen tia opus eſt) detentus atque impe- ditus, vſque modò non potuerim propoſitũ perficere. b Ideo (in- quam) propoſui venire ad vos, vt aliquem fructum & vtilitatem ſpi ritualem conferrem vobis: ſicut & cæteris gentibus non parùm con tuli. Neceſsitas enim mihi incum- bit, vt quantùm in me eſt, ad ſalu- tem perducam vniuerſos. c Nam Græcis ac Barbaris, ſapiẽtibus, & inſipiẽtibus, denique vniuerſis ci- tra delectum debitor ſum: Ita vt prõptus ſum (quãtùm ex me eſt) etiam vobis Romanis Euangeliũ prędicare. An putatis, ob erubeſcẽ tiam non audere me Euangelium Chriſti in Romam adferre, atque ideò

ideò hic malè deliteſcere? a Nequaquàm erubeſco Euangelium, quãdoquidẽ ipſum eſt virtus Dei, quod ſolũ ſaluos poteſt facere ſine diſcretione omnes credẽtes: b Et habent quidem in Euangelij gratia primas partes Iudæi, quibus à diebus antiquis peculiariter promiſſa eſt. Nihilominus tamen etiã Gẽtiles, ſi velint credere, per ipſum ſalui fiẽt. c Nam in eo & ꝑ ipſum Euangeliũ: vera iuſtitia corã Deo, quæ eſt ex fide, manifeſtè cunctis proponitur, in fidem, hoc eſt, vt credant Euangelio homines, & ex fide deinceps quærant iuſtificari: d Iuxta ſcripturam, quæ dicit: Iuſtum ex fide Dei iuſtificari, atque vitam animæ habere. e Docetur enim & prædicatur in eodẽ Euangelio ira magna Dei, & vindicta grauis, quæ ſuo tempore de cœlo, adueniente iuſto iudice, veniet ad puniendũ omnẽ impietatem, qua cõtra Deũ, & omnẽ iniuſtitiã, qua contra proximos peccauerũt homines infideles & maligni, f qui veritatem à Deo ſibi reuelatã iniuſtè

a Non enim erubeſco Euangeliũ, virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti:

b Iudæo primùm & Græco.

c Iuſtitia enim Dei in eo reuelat̃ ex fide in fidem:

d ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus autem ex fide viuit.

e Reuelat̃ enim ira Dei, de cœlo, ſuper omnem impietatẽ & iniuſtitiã hominum,

f eorum qui veritatẽ Dei in iniuſtitiam detinent.

a quia quod notum dei, manifeſtum eſt in illis.

b Deus enim illis manifeſtauit.

c Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta sũt intellecta conſpiciuntur,

d ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles:

e quia cùm cognouiſſent Deũ, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt,

f ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,

iuſtè occupãt, malè viuẽdo. a Dico veritatem illos detinere, quoniã quantùm ſatis fuit noſſe de Deo, habuerunt in ſua cognitione manifeſtum: b quoniã Deus ex creaturis, per virtutem naturalis luminis quod eis tribuit, neceſſariorũ eis cognitionem dedit ſufficientẽ: c Attributa enim Deo, quæ ſenſu percipi non poſſunt, à creatione mundialis machinę, per ea quæ in ipſis ſunt opera, quaſi per gradus quoſdã intellectu appræhenſa, vtcũque conſpici & cognoſci valẽt. d Ipſa quoque virtus ſempiterna, per quam omnipotentia Dei creauit omnia, & ipſa ſempiterna diuina bonitas, in qua per virtutem ſuam Dei potentia creata omnia diſponit, gubernat, & perficit: ita vt ſe per ignorantiam excuſare non poſsint. c Quoniam cùm cognouiſſent ex naturali lumine, & Dei beneficio, vnum eſſe verum Deum, non dederunt illi tamen diuinum honorẽ & gloriam, neque gratos ſe præſtiterunt pro accepta ſapientia, f ſed in cogitationibus

nibus ſuis vani facti ſunt, nullum bonum fructum facientes, de eo multa perquirere atque diſſerere volentes, nihil verò iuxta agnita ſtudentes operari. a Atque ita mens eorum & voluntas, propter inſipientiam malæ conuerſationis, ſunt obtenebratæ. b Cúnque ſe ſapientes iactitant, taléſque haberi velint, eo ipſo ſtultos ſe faciunt, & demonſtrant, dum illud haberi volunt, à quo longiſſimè abſunt. c Et gloriam incorruptibili Deo debitam, tranſtulerũt in imaginariam ſimilitudinem hominis corruptibilis, aut volucrũ, aut quadrupedum, aut ſerpẽtum, pro Deo vero, & immortali colẽtes imagines mortalium hominũ, aut irrationabiles beſtias. d Propter quod, iuſto ſuo iudicio permiſit illos Deus pertrahi à concupiſcẽtijs praui affectus ſui, ad fœdiſſimam immuditiam, ita vt ſua corpora inauditis contumelijs afficerẽt in ſuam ignominiã, e idque, vt iam dixi, quia ꝓ vero Deo, falſos deos (qui non ſunt niſi figmenta

a & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum.

b Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt,

c & mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedũ, & ſerpentum.

d Propter quod tradidit illos deꝰ in deſyderia cordis eorum in immundiciam, vt contumelijs afficiãt corpora ſua in ſemetipſis,

e quia cõmutauerunt veritatẽ dei in mendaciũ, & coluerunt & ſeruierũt creaturæ potius quàm

gmenta

creatori, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

a Propterea tradidit illos Deus in paſsiones ignominiæ.

b Nam fœminæ eorũ immutauerunt naturalem vſum in eũ vſum qui eſt cõtra naturam.

c Similiter autẽ & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerũt in deſyderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operãtes, & mercedem (quã oportuit) erroris ſui, in ſemetipſis decipientes.

d Et ſicut Deũ nõ ꝓbauerũt hr̃e in notitia: tradidit

gmenta hominum) coluerunt, ſeruiẽtes creaturæ, prætermiſſo creatore, in ignominiam eius, qui eſt ſolus Deus verus, & verè colẽdus, in ſæcula benedictus, Amẽ. a Hac inquam, de cauſa, in huius vindictã ingratitudinis iuſto iudicio, permiſit illos Deus ruere in paſsiones, ignominia, & confuſione plenas. b Nã fœminæ virorũ vſum naturalẽ relinquentes, abuſæ ſunt ſe inuicem contra naturæ inſtituta. c Sic & maſculi fœminarum vſu, qui ſecundùm naturam eſt, relicto, peruerſæ libidinis æſtu, in ſe inuicem, reclamante naturæ honeſtate, ſunt bacchati, turpiſsima fœditate ſe inuicem perfundantes, & ſuæ idololatriæ condignã mercedem, ſic maculati in ſeſe recipiẽtes. d Et ſicut agnitus Deus non eis complacuit, vt eum fideli deuotione, & cõuerſatione digna glorificarent: ita viciſsim repulit & illos Deus, permiſitque in ſenſum peruerſum ruere: vnde eruendi non erant, vt facerent ea quæ nequaquàm conueniunt.

Ipſos,

a Ipſos,inquam,maculatos omni iniquitate,peruerſa malitia, fornicatione,auaritia, libidinoſa, & laſciua nequitia,plenos inuidia, homicidio,cõtẽtionibus,dolis,moroſa malignitate: b aduerſum maiores in occulto ſuſurrones, poſt tergum in abſentia proximis detrahẽtes,odibiles Deo,ad inferendas contumelias, & probra paratos, c ſupra ſe de ſe ſentientes,alios præire cõtendentes, & ad magna aſpirantes,diligentes in adinuentione malorum, ſuperioribus inobedientes, d in quibus eſt nihil veræ ſapientiæ, nihil ordinis aut rectæ cõpoſitionis,qui neque naturali affectione cõmouentur ad pietatẽ,fœdera & pacta ſeruare non curant, compati nec ſibi, nec alijs neſciunt. e De his ego dico,quòd cùm Deum ex data ſibi cognitione iuſtũ cognoſcerẽt: noluerũt tamẽ intelligere,nec cordi illud imprimere peccatis mentem obſcurantibus, & volũtatem à recto abſtrahentibus, ꝙ qui talia agũt nefanda facinora, digni

illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciãt ea quæ non cõueniunt.

a Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatiõe, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cõtentione, dolo, malignitate,

b ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos,

c ſuperbos, elatos, inuẽtores malorum, parentibus nõ obediẽtes,

d inſipiẽtes, incõpoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia.

e Qui cùm iuſtitiam Dei cognouiſſent nõ intellexerunt,

ſunt

quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte.

ſunt æternæ mortis pœna. a Nō ſolùm qui ea faciunt per ſemetipſos, ſed etiam qui alios permittunt hæc agere, quos deberent & poſſent ab eiuſmodi cohibere: ne forte immunes ſe putent Gētiliū principes & ſapientes, qui cognoſcētes veritatem Dei, populum in idololatria ſua irreprehenſum dimiſerunt, quem ad veritatem inſtruere debuiſſent. Sic igitur patet nullam excuſationē relictā gentibus quin illi ſubiaceant iræ, quæ in Euangelio manifeſtata eſt, de cœlo vētura ſuper omnes impios.

a Nō ſolùm qui ea faciunt, ſed etiā, qui conſentiunt faciētibus.

TEXTVS *Cap.* II.

a Propter quod inexcuſabilis es, ô homo, omnis qui iudicas.

b in quo enim iudicas alterū, teipſum condemnas.

Eandē enim agis quæ indicas.

Elucidatio CAP. II.

EAndē a ob cauſam, certiſsimus expecta hanc Dei iram atque prædictam damnationem, quiſquis præſumis alium iudicare in eo quod ipſe agis, quēadmodum vobis contingit, qui odioſis contētionibus inuicē iudicatis, Iudæi Gentiles, & Gentiles Iudæos: cùm ſitis omnes peccatis inuoluti. b Hoc ipſo enim ꝙ alium iudicas & morte dignum pronūcias, veritatem noſce, te demonſtras:

itaque teipſum condẽnas,& ſentẽ
tiã dãnationis cõtra temetipſum
profers:cùm illud ipſum tu agas,
quod in alio condemnas. a Hoc
autem firmiſsimum habemus(iu-
xta quod reuelatum prędiximus)
iudicium Dei vẽturum,abſque di-
ſcretione contra omnes talia ma-
la agẽtes.Forte autem perſuades
tibi impunitatẽ,ꝑpterea ꝙ expe-
ctat Deus,& vindictã differt iræ
ſuę.Noli errare. b Nõ enim ideò
ſperas in finẽ effugere tu qui alios
iudicas in eo qđ agis,qa nũc deus
diſsimulat? c Quare copioſam dei
benignitatẽ,ꝑ quã tibi parcit:& lõ
ganimitatẽ:ꝑ quã te expectat: &
tolerantiam per quã te ſuſtinet,ſic
contemnis:abutens eis in malitiæ
tuæ augmentum? d Nunquid
non aduertis, his modis Deum te
allicere, & quodammodo inuita-
re ad pœnitẽtiam? e Tu verò ecõ
trario,propter durũ & impœnitẽs
cor tuum(quod te facit bona dei
non attẽdere,& beneficijs nõ emo
liri) cuncta nunc in meritum
data expendis,in damnationem
tibi

a Scimus enim quoniã iudiciũ Dei eſt ſecũdùm veritatem in eos qui talia agunt.

b Exiſtimas aũt hoc, ô homo, oĩs qui iudicas eos, qui talia agunt & facis ea,quia tu effugies iudicium Dei?

c An diuitias bonitatis eius & patientiæ & lõganimitatis contemnis?

d Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit?

e Secũdùm autẽ duriciẽ tuã, & impœnitens cor, theſaurizas tibi irã ĩ die iræ & reuelatiõis iuſti iudicij Dei qui reddet vnicuiq; ſecũdùm opera eius.

a ijs quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quærentibus vitam æternam.

b ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui nõ acquieſcunt veritati: credũt autem iniquitati ira & indignatio: tribulatio & ãguſtia,

c in omnem animam hominis, operantis malum.

d Iudæi primũ.

tibi comparandam, coaceruandã, & coëmendam quæ patebit ſuper te in die illa, quando iratus reuelabitur iuſtus iudex, qui mercedẽ dabit vnicuique ſecundùm opera ſua: a ijs quidem qui in perſeuerantia bonorum operum quæſierunt vitam æternam, redditurus eſt gloriam, honorem, & incorruptibilitatem æternitatis: b ijs autem qui cõtentionibus deſeruiũt, ſimplicitati fidei reſiſtentes, qui nolunt ſimpliciter ſimplici veritati Euangelicæ credere, ſed magis erroris impietatibus acquieſcunt, his, inquam, veniet vltio diuina, & intolerabilis atque implacabilis furor domini, atque inde afflictio tribulationis, & anguſtia cordis: c nõ in corpus tãtùm (quod pro minimo foret) ſed, quod grauius eſt, in omnem animam hominis cuiuſlibet, qui fuerit in hac vita malis operibus coinquinatus. d Sub qua ira & vindicta primas partes habent increduli & mali Iudæi ſi iuxta acceptam legis gratiam non vixerint. Nihilominus tamen

tamen & Gentiles,ſi malè fuerint operati,eidem erunt damnationi, ſine excuſatione obnoxij. a Gloria autē,& honor,& æterna pax, omni qui bene fuerit operatus: primùm quidem Iudæo, ſimul & Græco. b Nō enim reſpicit Deus perſonam hominis,vt ex perſonæ reſpectu,ſine operum examinatione,hunc iudicet, illum ſaluet: c ſed qui ſine lege ſcripta peccauerūt Gentiles ſine ſcripta etiam lege,propter ſolā naturalis dictaminis tranſgreſsionem, cōdemnabuntur. d Et qui ſcriptam legem acceperunt Iudæi,per eandē condemnabūtur,ſi eam fuerint trāſgreſsi. e Non enim apud Deum ſatis eſt ad ſalutē,legem accepiſſe, neque legis auditores ex ſolo auditu iuſtificantur: ſed qui legem acceptam impleuerint opere, hi euadent cōdemnationis iudiciū. f De gentibus autem quomodo & quare iudicabuntur, ita declaramus.Nam cùm gentes ſcriptam legem non habentes,naturali mētis lumine illuſtrati,ea faciunt bo-

& Græci.

a Gloria autem & honor,& pax omni operanti bonum: Iudæo primùm & Græco:

b nō enim eſt acceptio perſonarū apud Deum.

c Quicunq; enim ſine lege peccauerunt,ſine lege & peribunt.

d & quicūq; in lege peccauerūt, per legem iudicabuntur.

e Nō enim auditores legis iuſti ſunt apud Deū,ſed factores legis iuſtificabuntur.

f Cum enim gentes quæ legem nō habent,naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt e-

iuſmodi legem nō habentes, ipſi ſibi ſunt lex:
a qui oſtendunt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis,
b teſtimonio reddente illis cōſcientia ipſorum,
c & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendētiū in die cùm iudicabit Deus *occulta hominum ſecundùm euāgeliū meum p Ieſuchriſtū.*
d Si *autē tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in* Deo, *& noſti volūtatē eius, & probas vtiliora, inſtructus p legē: cōfidis teipſum eſſe ducē cæcorū, lumē eorū, qui in*

na opera, quę moralis lex a pręcepit ipſis, ſua mens lex quædā eſt in qua legis opera ſcripta ſe habere demonſtrant, b dum illis teſtificatur rationis dictamen (quod conſcientia) quid agendum eſt, quid omittendū, quemadmodū lex vetus iſta ſcripto indicat, c quod & cogitationes, quas hinc defendentes bonas, illinc accuſantes malas in ſe habent, apertè declarant: quæ & nunc quidē, coram cōſiſtorio rationalis iudicis agunt, & reuelabuntur apertius fiéntque palam, ante cōſiſtorium diuinitatis, in die illa cùm iudicabit Deus occulta cordium, per Ieſum Chriſtum ſecūdùm Euangelium quod prædico. d Nunc igitur audi Iudæe, vt comprimatur & tua elatio. Donemus tibi vt Iudæus cognomineris places tibi in lege, gloriaris in Deo, à quo legem accepiſti, per quam & noſti voluntatem eius, & vtiliora præ Gentibus potes probare. Confidis quoque te lege inſtructum ducere cæcos, & in tenebris exiſtētes illuminare, poſſe-

erudire inſipientes, infantes ac rudes docere, eo quòd habeas legem vt formam veræ ſcientiæ & certæ veritatis, donemus, inquam, hæc tibi. a Qui igitur doces alium cur teipſum non doces? qui prædicas nō furandum, cur ipſe furaris? qui clamas non mœchandum, cur ipſe mœcharis? qui idola abominaris immunda, cur ſacra polluis, legem præuaricando? quod certè æquale peccatum eſt. b Qui in lege gloriaris, cur præuaricando legem Deum blaſphemas? c Ecce enim Gentes veſtram malam conuerſationem videntes, vos inducitis in Dei blaſphemiā, atque ita p̄ occaſionē veſtræ cōuerſationis malæ, nomē Dei veſtri etiā inter Gētiles blaſphematur, ſicut per increpationem olim ſancti Prophetæ ſcripſerunt patribus veſtris. Quid autem vultis in circūciſione gloriari præ Gētibus dum legem tranſgredimini? d Fateor quidē cicūciſionem profuiſſe ſuo tempore legem obſeruanti. At ſi legem negligis, nihil tibi āplius circunciſio quàm

tenebris ſunt, eruditorē inſipiētiū, & magiſtrū infantiū, habētē formā ſcientiæ & veritatis in lege.

a Qui ergo aliū doces, teipſum nō doces? qui prædicas nō furādū, furaris? qui dicis nō mœchādum, mœcharis? qui abominaris idola ſacrilegium facis.

b qui in lege gloriaris p̄ præuaricationem legis, Deū inhonoras?

c Nomē enim Dei p̄ vos blaſphematur inter Gentes ſicut ſcriptum eſt:

d circūciſio quidē p̄deſt ſi legē obſeruas. ſi aūt præuaricator legis ſis, circunciſio tua præputium facta eſt.

a Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputiũ illius in circunciſionem reputabitur?

b & iudicabit id quod ex natura eſt præputiũ, legẽ conſummãs, te, qui per literã & circunciſionẽ præuaricator legis es?

c Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neq; quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu nõ litera.

d cuius laus nõ ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

præputium proderit, & eris propter legis præuaricationem, æquè atque præputiatus damnationi obnoxius. a Quin & præputiatus, ſi iuſtitias legis cuſtodierit, tanquàm circũciſus reputabitur. b Et ſtabit in iudicium præputiatus qui legem impleuit, aduerſum te, qui literæ inhærens tantùm & carnis circunciſioni, legem tranſgreſſus es minima obſeruans, & præcipua omittens, cæremonialia implens, & moralia tranſgrediens. c Non enim qui coram hominibus Iudęus eſt, hunc Deus Iudæum verum ſpiritualiter reputabit: neque circunciſionem carnis exteriorem, Deus circunciſionem veram reputat: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, hoc eſt, iuſtitias legis obſeruans, hic, inquam, coram Deo Iudæus eſt: & vera eſt circunciſio cordis quæ ſpiritu fit, non quæ carne: d cuius laus non coram hominibus (quia nunc latet) ſed coram Deo eſt qui intuetur abſcondita cordium.

Elucidatio CAP. III.

Voniam verò videmus circuncisum æquare incircunciſo, quęrat forſitā ex Iudæis quiſpiam. a Si ita eſt vt dixiſti, quid ergo habet Iudæus præ Gētili, in quo antecellit eum, aut quam præſtat vtilitatem circunciſio, quam pręputiatus nō habeat? Videris enim æquaſſe vtroſque.
b Huic quæſtioni ego reſpondeo, quòd in multis omnino Iudæorū præcellit cōditio: ſiue corpus ſpectes ſiue animum, ſiue temporalia promiſſa, ſiue ſpiritualia bona.
c Verùm inter cætera pręcipuum eſt reputandum, quòd illis diuina eloquia, hoc eſt, præcepta & promiſſa, ſint tradita in ſcripturis, per legē atque Prophetas. d Et licet plurimi patrū nō crediderūt Dei eloquijs, putabimus hoc illis imputari qui rectè crediderunt? e Certè ſi ita credimus, fidelitatem dei irritā facimus, eiúsque fidei multùm derogamus. f At verò Deus verax eſt, cùm ſit omnis hō mendax, ac per ſe prōptus ad mēdaciū

TEXTVS Cap. III.

a Quid ergo amplius Iudæo eſt! aut quæ vtilitas circunciſionis?

b Multùm per omnem modum.

c Primùm quidem: quia credita ſunt illis eloquia Dei.

d Quid enim, ſi quidam illorum nō crediderunt! e Nunquid incredulitas illorū fidem dei euacuauit? abſit.

f Eſt aūt deus verax, omnis autem homo mendax.

& infidelitatẽ, niſi à Deo inſpiretur ad eloquẽdum & operandum veritatem. Et tãtò Deus magis eſt verax, quantò etiam infidelibus & mendacibus nobis ſuam fidem ſeruat, a ſicut ſcripſit Dauid loquens domino: Mũda me à peccato meo, quo tibi ſoli peccaui: vt ſic tu iuſtus appareas in verbis tuis, quibus miſericordiã promittis pœnitentibus. b Et redarguãtur confuſi qui te criminantur & iudicant, vel de nimia ſeueritate vel de infidelitate. c Ex quo Dauidis verbo, fortè ſcrupulus vobis ſuboritur, quoniam ſi noſtra iniquitate Dei iuſtitia declaratur atque cõfirmatur, ſicut prędiximus, conſequi videtur, vt iniquus ſit deus, qui pro peccatis noſtris, irã velit inferre peccantibus. d Et ſic certè loquũtur homines ſecũdùm carnem ſapiẽtes, e ſed nequaquã ita res habet. Nõ enim poteſt eſſe iniquus, qui iudex eſt mundi. f Quòd ſi ita eſſet cùm iuſtitia dei in meo peccato plurimũ abundãter præ omnibus fuerit glorificata,

a ſicut ſcriptum eſt: vt iuſtiſiceris in ſermonibus tuis:

b & vincas cùm iudicaris.

c Si autẽ iniquitas noſtra iuſtitiã dei cõmẽdat: quid dicemus? Nũquid iniquus eſt deus, qui infert iram?

d Secundùm hominem dico.

e abſit, alioquin quomodo iudicabit deus hunc mũdum?

f Si enim veritas dei in meo mẽdacio abundauit, in

cáta,in eo quod mei miſertus eſt, qui erā primus & maximus peccatorum:quare ſicut peccator olim nunc meipſum iudico, cui ex tanto peccato videretur maior præ cęteris deberi gloria? a Et cur nō potius carni indulgentes mala faciamus etiā plura & ampliora,vt bona inde proueniant: quoniam optimū eſt Deū iuſtificari,& eius iuſtitiā ac miſericordiā cōmēdari: quòd nos qdā maleuoli affirmāt docere,ꝑ caluniā ex verbis noſtris peruerſè intellectis nobis obijcientes,quòd doceamus facienda eſſe mala,propter glorificatiōnē Dei: b ſed dānationē ſibi iſti cōquirūt, dū noſtris verbis ſic peruerſè intellectis,abutūtur ad noſtrā infamiā aut ad peccati libertatē.Sed miſſa hęc faciamus. c Quæramus ergo: Cùm (vt modò diximus) multa per omnem modū vtilitas ſit ex circunciſiōe,& multis ſint Iudæi beneficijs peculiariter affecti à Deo: an habent ex hoc aliqd,in quo meritò ſe debeāt corā deo pręponere Gētibus,iſque ſe anteferre,& cō-

gloriā ipſius: quid adhuc & ego tanquàm peccator iudicor?

a & nō ſicut blaſphemamur,& (ſicut aiunt quidam nos dicere)faciamus mala vt veniant bona?

b quorū damnatio iuſta eſt.

c Quid ergo! Præcellimus eos?

Nequaquàm.

a Cauſati enim ſumus Iudæos & Græcos, oẽs ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt:
b Quia non eſt iuſtus quiſquàm, nõ eſt intelligẽs, nõ eſt requirens Deum,
c omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt. Nõ eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.
d Sepulchrũ patẽs eſt guttur eorũ, linguis ſuis doloſè aiebãt, venenum aſpidum ſub labijs eorum.
e Quorũ os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorũ ad effundendum ſanguinem,
f cõtritio & in-

tra eos gloriari? Prorſus nihil. a Si quidem iam ante patẽtibus rationibus demõſtrauimus, tam Iudęos quàm Gentiles omnes, peccato eſſe obnoxios. Nam de Iudæis ſic quidem ſcribit proprius eorũ Pſalmiſta. b Quia non eſt iuſtus quiſquàm, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. c Omnes aberrauerũt, pariter inutiles facti ſunt, à legis impletiõe deficiẽtes: Nõ eſt ex eis qui faciat bonum, nõ eſt nec vnus quidem. d Ipſi pleni ſpurcitia & fœditatem exhalãtes eius qua interius pleni ſunt malitiæ vt alios quoque vorent, quodãmodo aperti ſunt, admodum ſepulchrorum patentium, quæ & fœtorem exhalant, & ad vorandum aperta ſunt, dolos loquuntur, doctrinas pluſquàm venenoſas labijs retinẽtes: e quorum os maledictis & amarulentia ſcatet, ita vt ad maledicendum ſint paratiſsimi, ſimiliter & prompti in ſanguinis effuſionem. f Conteruntur miſeri hæc agentes, in vijs ſæculi, laſſantur in via iniquitatis, ambulantes

vias difficiles:viámque pacis igno rantes,neſciunt Deum cõſtituere præ oculis.Nolo autem hæc à vobis Iudæis, in Gentes torqueri. a Scio enim & dico, quicquid hoc in Pſal.ſcriptum eſt, de nobis Iudæis ſcriptum eſſe: vt hac ſcriptura etiam veſtra comprimatur iactantia,ſicut & Gentium initio Epiſtolæ gloriam compreſsimus, b; atque ita demum omne os obſtruatur:ne glorietur quiſquã qua ſi ſine peccato apud Deũ, c & vt oẽs per humilitatem cõfeſsionis ſubditi fiant Deo, ab eo petentes iuſtificationem & peccatorum re miſsionem: d quoniam ex operibus legis fruſtra quæritur iuſtificatio,quam conferre lex ſuis obſeruatoribus non poteſt, e per legem enim tantùm demonſtrãtur peccata & in cognitionem peccati,ipſa hominem inſtruit,ſed auxi lium gratiæ ad ipſa euitanda non præbet,nec ſacramenta ad expiationem ſufficientia habet. f Nunc verò hoc nouæ legis tẽpore, mani feſtata eſt nobis & prędicata vera iuſti-

fœlicitas in vijs eorũ& viã pacis non cognouerũt, non eſt timor dei ante oculos eorũ.

a Scimus autem quoniã quæcunque lex loquitur ijs qui in lege ſunt, loquitur

b vt omne os obſtruatur,

c & ſubditus ſiat omnis mũdus Deo:

d quia ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis caro, corã illo.

e Per legẽ enim cognitio peccati.

f Nunc aũt ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & Prophetis.

a Iuſtitia enim dei per fidē Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credūt in eū. Non enim eſt diſtinctio.

b Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei,

c iuſtificati gratis per gratiam ipſius,

d per redēptioptionē quæ eſt in Chriſto Ieſu, quē propoſuit Deus propitiatorē per fidem.

e in ſanguine ipſius, ad oſtēſionē iuſtitiæ ſuæ.

f propter remiſſionem præcedētium delictorū, in ſuſtentatione dei, ad oſtēſionē iuſtitiæ eius in hoc tēpore, vt ſit

iuſtitia, de qua olim à diebus anti quis prædixerūt & teſtificati ſunt lex atque Prophetæ. a Hęc eſt aūt iuſtitia Dei, credere in Ieſum Chriſtum, cōmuniter propoſita omnibus de cœlo, quibus placuerit credere in eum citra omnem perſonę diſcretionē. b Quoniam quidem omnes peccauerūt, & neceſſe habent omnes, vt in ipſis glorificet deus: c nēpe hoc pacto, vt nō ex noſtrorū operū meritò, ſed per meram gratiā Dei iuſtificemur à peccatis noſtris, d per redemptionē quā gratis ex amore Chriſtus Ieſus operatus eſt: quem Deus pater in palam dedit, & in cōmune propoſuit omnibus ad repropiciādū & expiandum peccata omnium, qui per fidem in eum vellēt credere: e ad repropiciandū, in quā, per vim atque efficaciā sāguinis ſui: quē in cruce pro nobis effudit, vt oſtenderet nobis pater ſeueritatem iuſtitiæ ſuæ, qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed in mortem pro peccatis noſtris tradidit expiandis. f Hoc autem propitia-

pitiatore opus erat vt dimitteren tur nobis peccata quæ ab initio præceſſerunt,Deo lõganimiter to lerante vſque in hoc tempus quã- do iuſtitiam fidei quæ coram eo vera iuſtitia eſt,decreuit manife- ſtare,vt appareat ipſe iuſtus,iuſti- ficando omnes qui credunt in Ie ſum Chriſtum. a Nunc vides Iu dæe omnẽ tibi gloriationẽ aduer- ſus incircũciſos ſublatam nõ qui- dem legem veterẽ quæ eſt lex ope rum,in eos ſuperextendendo ſed legem fidei eis communicando, b Stat enim fixa ſententia, poſſe hominem iuſtificari ex fide Chri- ſti, ſine operibus legis. c Non enim eſt Iudæorũ Deus tantùm, ſed & Gentiũ:itáque curæ eſt illi, etiã de Gẽtibus ſicuti & de vobis: d vnúsque eſt Deus,qui & circũci ſos vos,& illos præputiatos eadẽ ex fide iuſtificat. e Ne ergo dixe ritis nos legẽ ſubuertere,imo verò dicite nos legẽ perficere atque fir- mare,quoniã in meliorẽ ſtatũ eã adducimus,in quo & communior ſit pluribus,& ſemper ſtabilis.

Eluci-

ipſe iuſtus & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti.

a Vbi ergo eſt gloriatio tua. Excluſa eſt? *per quam legem.* Factorũ? Non: *ſed per legẽ fidei.*

b Arbitramur e*nim iuſtificari hominem per fidem ſine opibus legis.*

c An *Iudæorum Deus tantũ?* Nonne *& Gentium? Imo & Gẽtium.*

d Quoniam quidẽ vnus eſt Deus qui iuſtificat circũciſionem ex fide: & præputiũ per fidem.

e Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit, ſed legem ſtatuimus.

TEXTVS

Cap. IIII.

a Quid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrẽ noſtrũ ſecundùm carnem?

b Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt habet gloriam, ſed non apud Deum.

c Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abrahã deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã.

d Ei autem qui operatur merces nõ imputatur ſecundùm gratiã, ſed ſecundùm debitum.

Elucidatio CAP. IIII.

O a Bijcietis mihi: ſi ita vilipẽditur circũciſio, dicatúrque nihil eius obſeruatio ad iuſtitiam facere: quid ergo tantùm pro magno dono eam accepit Abraham pater noſter ſecundùm carnem à Deo? Reſpõdebo paulopoſt, ſi ante probauero, non iuſtificatum Abraham eſſe, nec ex circunciſione, nec ex vllis legis operibus. Nemo enim quærens ex ſuorum operũ rigoroſo debito iuſtificari, gloriam habet coram Deo. b Igitur ſi Abraham ex operum ſuorũ condigno debito tantùm, iuſtificatus dicatur conſequitur, ipſum nõ habere gloriam apud Deum. c Sed vide, quia repugnat ſcriptura, dicens: inde Abraham corã Deo iuſtum reputatum, quod crediderit ei. Credidit, inquit Abrahã Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Dum autem fidem ad iuſtitiam reputatam dicit, gratiam ſignat, debitum excludit. d Nam homini operario, ex operum condignitate, ac rigore, debiti mercedem quæ-

quærenti:quæ datur merces non quaſi gratuita dicenda eſt, ſed ſecundùm debitum ſolui: a Qui verò ex operibus mercedē quaſi debitam nō ſpectat,credit autem in eum qui iuſtificat impium,nō auarè quaſi mercenarius in mercedē intendens tantùm, ſed quicquid operatur boni Deo liberaliter & fideliter committens,per hāc ſuam fidem iuſtus ille coram Deo habetur,ſecūdùm benignam Dei acceptationem, non ſecundùm operationis bonæ condignitatem: b quod & Dauid teſtatur,dum illū hominem deſcribit beatum,quem Deus gratuito iuſtum habet, non quaſi ex operum debito, perinde ac ſi ſatiſfeciſſet ad ſuam iuſtificationem. c Beati, inquit, hoc eſt, iuſti, quorum ſunt iniquitates remiſſę,& quorū peccata vltra Deus non videt nec recordatur. d Ille vir beatus eſt iuſtus, cui non imputat ſiue aſſcribit Dominus peccatum.Ecce abſolutam deſcribēs iuſtitiam,nullius facit operis mentionem, totam eam apud Deum in pec-

a Ei verò qui nō operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium: reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundùm propoſitū gratiæ Dei.

b ſicut & Dauid dicit beatitudinē hominis, cui deus accepto fert iuſtitiā ſine operibus.

c Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.

d Beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum.

a Beatitudo ergo hæc in circunciſiõe tãtùm manet, an etiam in præputio?
b Dicimus enim: quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.
c Quomodo ergo reputata eſt? in circunciſione, an in præputio? Non in circunciſione, ſed in præputio.
d Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio:
e vt ſit pater omnium credentiũ per præputiũ, vt reputetur & illis ad iuſtitiã, & ſit pater circunciſionis.

in peccatorum remiſsione conſtituens, quæ ſecũdùm Dei beneplacitum acquiritur, & nõ ſecundùm debitum vel condignum meritũ. Cui enim vult Deus peccata dimittit, & nulli in hoc debitor eſſe poteſt. a De hac ergo iuſtitię beatitudine vos interrogo, an inter Iudæos tantùm inueniatur, ſolis circunciſis peculiariter cõueniẽs, an potius etiam Gentibus cõmunis eſſe poteſt incircũciſis? b Huius autẽ ſecũdæ partis veritas clara eſt, ex eo quòd dicit ſcriptura: Abrahæ ſuam fidem reputatam à Deo ad iuſtitiam. c Sed quando hoc de Abrahã dicitur? an pro eo tẽpore quo iam erat circũciſus, an ꝓ eo quo adhuc erat incirũciſus? Indubiè antequam cirunciſus eſſet: id de eo ſcriptũ legitur. Nõdũ enim tũc tẽporis circunciſus erat. d Nũc audite cur ſit data Abrahę circũciſio. Accepit ille, ante per fidẽ iuſtificatus, ſignũ, quod eſt circũciſio vt eſſet ei ſigillũ cõfirmatiuũ, teſtificans iuſtitiã fidei quã in præputio habuit. e vt hac nota

primus.

primus inſignitus,pater reputaret̃
cunctorũ poſt credentiũ, etiam in
prępụtio,& vt illis ſua fides in iuſtĩ
tiã reputetur:vt & pater haberetur
verè & ſpiritualiter circunciſorũ:
a Nó ijs tãtùm qui carne ſunt cir-
cunciſi, ſed ſequacibus eius fidei,
qui illam inſequuntur fidei rectitu
dinem quam præputiatus adhuc
habuit,ſiue circũciſi fuerunt,ſiue
prępụtiati, b Et reuera promiſsio
nem factam ſibi & ſemini ſuo poſt
ſe(vt hæreditate acciperet & poſ-
ſideret terram promiſsionis,dicẽ-
te domino:Tibi & ſemini tuo da-
bo terrã hanc,)nó accepit ex legis
obſeruatione,ſed per iuſtitiam fi-
dei ſuæ. c Sic enim obſeruatores
legis hac via hæredes ſunt inſtitu
ti,tollitur meritũ fidei patris Abra
hæ,per quam,& non per legẽ,illã
promiſsionem accipere meruit à
domino,neque impletur Abrahæ
facta promiſsio,quæ in omnes Gẽ
tes reſpicit ſi ex ſola legis obſerua
tione acquiritur. d Nam lex ſecũ
dùm occaſionem aliquam, ma-
gis iræ obnoxios reddit, impe-
dimen-

a Nó ÿs tantùm qui ſunt ex circũciſione,ſed ÿs qui ſectãtur veſtigia fidei quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.

b Non enim per legem, promiſsio Abrahæ,aut ſemini eius vt hæres eſſet mundi,

ſed per iuſtitiam fidei.

c Si enim qui ex lege hæredes ſunt, exinanita eſt fides,

abolita eſt promiſsio.

d Lex enim iram operatur.

a Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio.

b Ideò ex fide vt ſecũdùm gratiã firma ſit pmiſsio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ,

c qui pater eſt omnium noſtrũ, ſicut ſcriptũ eſt,

d quia patrem multarum gentium poſui te, ante Deum cui credidiſti.

e Qui viuificat mortuos & vocat ea quæ non ſunt tanquã ea quæ ſunt,

dimentúmque prꝑſtat conſequendæ promiſsionis, quam ad eam cõſequendam præbeat adiumentũ. a De plurimis enim lex ſtatuit, aut præcipiens, aut prohibens, in quibus nulla eſſet præuaricatio ſi nõ eſſet lex. b Rectius ergo fides medium ſit conſequendæ promiſsionis, vt gratuita ſit & firma omni ſemini non ſolùm, ſed etiam ſpiritus, id eſt non Iudæo tantùm legis obſeruatori, ſed & Gentili fidem tantùm ſequenti Abrahæ, c qui per fidem pater eſt ſine diſtinctione omnium credentium, ſicut ſcriptum eſt: d Non vocaberis vltra Abram, ſed Ahraham, quia patrẽ multarum gentium conſtitui te: patrem vtique nõ apud homines, ſecundùm quorum iudiciũ ſolùm carnalium Iudæorum pater habe ris, ſed coram Deo apud quem cre dendo hoc promeruiſti. e Qui Deus poteſt eos qui nunc in infidelitate mortui iacent, ad vitam fidei reducere, & qui propter infidelitatẽ ante Deum quaſi nihil ſunt, poteſt ſua vocatione,

vt ſi-

vt fideles ſint, ei quę obediant per fidem efficere. a Abrahæ autem meritum ex fide hoc eſt, quoniam per fidem confidenter in domino ſperans, credidit, quod contra naturam impoſsibile, ac proinde nec ſperandum videbatur: b vt hac fide mereretur fieri & nominari (aucto nomine ſuo Abraham) pater multarum Gētium, ſecundùm quod dictum eſt ei: c Sic erit poſteritas tua in multitudine ſicut ſtellæ cœli, & arenæ maris. d Et quāquàm promittente ſibi domino de filio Iſaac eſſet emortuo iā corpore, nec vt prius erat adeò ad generationē valido, Sara quoque haberet vuluam emortuam, minimè tamen hæc conſyderans in fide vacillauit, e in repromiſsione quoque, quam de ſuæ poſteritatis multiplcatione & potentia acceperat, nihil hæſitauit, vlla ratione diuinis promiſsis diffidens: f ſed in ſuæ fidei ſimplicitate cōfirmatus eſt, dās gloriam Deo, credēdo ſermonibus eius: g certiſsimè ſciens potentē eſſe dominum ad implendum

a Qui cōtra ſpē in ſpē credidit, b vt fieret pater multarū gētiū, ſecundùm quod dictum eſt ei, c Sic erit ſemen tuū ſicut ſtellæ cœli, & arenæ maris. d Et nō infirmatus eſt in fide, nec cōſyderauit corpus ſuum emortuum, cùm iam ferè centum eſſet annorū & emortuā vuluā Saræ. e In repromiſsiōe etiā Dei *nō hæſitauit diffidētia. f ſed confortatus eſt fide dans gloriam* Deo. *g pleniſsimè ſciens quia quecū que pmiſit* Deus *potēs eſt & facere, ideò & repu-*

tatũ eſt illi ad iuſtitiam.

a Non eſt autem ſcriptum tantùm propter ipſum, quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ſed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrum à mortuis,

b qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtram.

dum quæcunque promiſerat, quãtuncunque ſibi ſecundùm naturæ curſum viderentur impoſsibilia: Ideóque inſtus habitus eſt ante Deum. a Non eſt autẽ ſcriptum: hoc de eius iuſtitia ex fide propter ipſum tantùm, ſed & propter nos poſteros eius, ad exemplũ, informationem, & conſolationem: quibus, ſicut & illi, reputabitur fides ad iuſtitiam, ſi crediderimus in patrem, qui reſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis ad vitam: b qui diuina diſpenſatione & permiſsione, propter omnium noſtrum delicta exhaurienda. traditus eſt in manus peccatorum, ad mortem: reſurrexit verò propria virtute mortem relinquens, & ad vitam rediens, propter nos iuſtificandos. Nihil enim profuiſſet nobis, Chriſtum moriendo pro noſtris peccatis ſatisfacere: niſi & reſurgẽs ſpiritum fidei nobis dediſſet, in qua eſt noſtra iuſtifica tio.

Eluci-

Elucidatio CAP. V

a IVſti igitur facti ex fide, curemus habere pacem, omnibus diſſenſionibus eliminatis, ad Deũ, per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, b quo mediante acceſſus nobis datus eſt credentibus, in hanc gratiam Dei (quæ eſt adoptio filiorum Dei) ad quam vocati ſumus, c in qua viriliter perſtamus, glorriantes in ſpe & expectatione eius gloriæ, quæ danda eſt filijs Dei. d Non autem in ea tantùm, ſed eius gratia in tribulationibus etiam gloriamur, quòd ſciamus, per tribulationes patientiam exerceri, patientiam autem probatos reddere, demum ex probatione ſpem tutam ſurgere. e Quæ autem ſic probata eſt ſpes, fieri nequit vt ſperantes fallat. Ecce enim pignus iam tenemus, eius quam expectamus gloriæ Dei, charitatem quam Deus pater abundanter effudit in corda noſtra per Spiritum ſanctum nobis dono datum.

TEXTVS Cap. V.

a Iuſtificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deũ, p dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ: b per quem habemus acceſſum, p fidẽ i gratiã iſtã, c in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ Dei.

d Nõ ſolùm aũt, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia aũt probationem, probatio verò ſpem.

e Spes aũt nõ cõfundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

a Vt quid enim Chriſtus cùm adhuc infirmi eſſemus ſecundùm tẽpus, pro impijs mortuus eſt?

b Vix enim pro iuſto quis moritur.

c Nam pro bono forſitan quis audeat mori.

d Cõmendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecũdùm tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

e Multò igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum.

f Si enim cùm inimici eſſemus recõ

a Certè quid opus fuerat, Chriſtum pro impijs, qui iuxta temporis rationem adhuc peccatores erant, vel ad tempus mori, ſi non per eius mortem nos vellet pater vitam conſequi? b Nam inter homines, tantam vix reperias charitatem, vt velit quis pro iuſto mori. Dico vix reperiri. c Nam forſitã poſsit inueniri, qui pro viro bono audeat mortem ſubire. d Deus verò ſuam erga nos charitatem, magnificè commendatam nobis & confirmatam fecit, in eo quòd ipſe pro iniuſtis ſecundùm tẽpus (quia nondum ablata erant peccata mundi) ad tempus mori dignatus eſt. e Et ſi ita eſt, imò quia ita eſt, multò magis ergo nunc in hoc tempore pacis & gratiæ, in quo à peccatis noſtris per effuſionem precioſi ſanguinis eius, ſumus emũdati, liberi erimus ab ira Dei ſuper incredulos ventura, per Chriſtũ. f Nam ſi tunc cũ adhuc inimici eſſemus, nondum peracta ſatiſfactione pro peccatis noſtris, miſſo ad mortẽ filio pater nos ſibi recon-

reconciliauerit, igitur nũc multò magis, poſtquàm reconciliati ſumus Deo per ſanguinem Chriſti, peccatis noſtris expiatis, à damnationis ira ſalui ac liberi erimus, per eundem iam morte deuicta, æternaliter viuentem. a Neque verò id expectamus tantùm, ſed etiam nũc in iſto peregrinationis tempore, magnificè gloriamur in Deo, per Chriſtum dominum noſtrum. per quem nobis tanta promiſſa ſunt, & per quem Deo recõciliati ſumus. b Propterea, ſicut per vnum hominem Adã prothoparentem, potuit peccatum in totum hunc mundum introire, & cũ peccato mors atque ita mors ſimul cum peccato in omnes poſteros pertranſeundo per propagationẽ deuenire: c per vnũ, inquã, Adã, in cuius lumbis oẽs poſteri originalis peccati macula ſunt maculati: ſic indubiè per vnum hominẽ, poterit & iuſtificatio & vita, in oẽs hoĩes diffundi. d Nec enim eſt arbitrandum, peccatum hoc ſimul cum lege intraſſe in mũdum.

ciliati ſumus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.

a Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in Deo, per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ, per quẽ nunc reconciliationem accepimus.

b Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hũc mundũ intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrãſijt.

c in quo omnes peccauerunt.

d Vſq; ad legem enim peccatum erat in mundo.

Nam ab initio præuaricationis, vſque ad legem, iam regnauerat peccatum hoc in mundo. a Non autẽ imputabatur, donec veniret lex ipſum manifeſtans. b Imo verò regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſi legem, etiam in eos qui nullo ſuo proprio actionis crimine præuaricati fuiſſent, ſicut Adã actuali inobedientiæ peccato, legis diuinæ præuaricator extitit: qui ¦Adam vetus typus & forma quædam eſt noui Adæ ſequentis, id eſt, Chriſti: quatenus hic omnibus author erit vitæ, vt ille mortẽ propagauit in omnes. c Gratias autem Deo, quòd præſtantius eſt donum gratiæ nobis per Chriſtũ collatum ad ſaluandũ, quàm Adæ delictum ad perdendum fuerit. d Si enim vnius Adæ delictum tã potens fuit, vt multis (id eſt, omnibus poſteris) mortis obligationem induceret: multò magis gratia nos Deo gratificans, & donum iuſtificationis, de plenitudine gratiæ vnius hominis Ieſu Chriſti gratis acceptum, abundãter deriuatũ eſt

a Peccatum autẽ nõ imputabatur, cùm lex nõ eſſet.

*b *Sed regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſem, etiam in eos qui non peccauerũt in ſimilitudinẽ præuaricationis Adæ qui eſt forma futuri.*

c Sed nõ ſicut delictum ita & donum.

d Si enim vnius delicto multi mortui ſũt, multò magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.

in multos,nẽpe in omnes qui in eũ credere voluerint. a Et nõ ſicut per vnũ peccatum Adæ,in vno tã tùm rei efficimur, nõ,inquam,ita donum gratiæ Dei,ab vno tãtùm peccato iuſtificat. b Nã mortis iudicium,ex vno peccato originis ab Adã deducto,in condemnationem omnium proceſsit: c gratia autem,non ex illo tantùm delicto originali,ſed ex multis ſuperiectis quæ ſibi quiſque auxit, in iuſtificationem omnimodam procedit, liberãs tam ab actuali quàm ab originali peccato. d Rurſum, ſi per vnũ delictũ vnius hominis potuit regnare mors multò magis p̲ vnũ Ieſum Chriſtum, verum vitæ authorẽ,regnabũt in vita,& vita regnabit in eis, qui nunc accipiunt abundantiam gratiæ & donationis,ad ſuam iuſtificationẽ, de eius plenitudine, poſt emendationem à peccato. e Igitur cõcludimus, quòd ſicut per vnius delictum ad cõdemnationem mortis,in omnes homines ventũ eſt:ſic & per vnius pleniſsimã iuſtitiã omnibus hominibus

a Et nõ ſicut per vnum peccatum, ita & donum.

b Nam iudicium ex vno in condẽmnationem.

c Gratia autem, ex multis delictis, in iuſtificationẽ.

d Si enim vnius delicto, mors regnauit,per vnum multò magis abũdantiã gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabũt, per vnum Ieſum Chriſtum.

e Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, ſic & per vnius iuſtitiã in omnes homines in iuſtificationem vitæ.

a Sicut enim per inobediētiā vnius hominis, peccatores cōſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionē iuſti conſtituētur multi.

b Lex autē ſubintrauit, vt abundaret delictum.

nibus qui quæſierint illam, venit iuſtificatio vitæ. a Nec miranda eſt horum effectuum tāta diuerſitas: qa ſicut ille per ſuā inobedientiam (eo quòd pater eſſet omniū primus) omnes nos fecit peccato obnoxios: ita per vnius Chriſti perfectam obediētiam (qui eſt caput & principium omnium credētium) multi iuſti redditi ſunt, id eſt, omnes credentes in eum. Sed hîc quid de lege dicemus! An non potuit lex auferre hoc peccatum à mūdo? Non profectò. b Lex enim ad tempus introducta, & impoſita fuit populo imperfecto: per cuius aduentum, vitio non obſeruantiū factū eſt, vt grauiora, & plura fierent ab eis peccata, dum multa præcipiuntur atque prohibentur, quæ ſine lege peccata non eſſent, dúmque malum demonſtrādo per occaſionem auget tentationem, & auxilium gratiæ non præbet. c Sed nihil hoc nunc oberit credentibus: quoniā vbi abūdauit delictum, abundantius ſupercreſcet & gratia: ita vt ſicut peccatum re-

c Vbi autē abūdauit delictum, ſuperabundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortē: ita & gratia regnet per iuſtitiā in vitā æternā, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

gnauit ad mortem,ſic gratia Dei nunc in fidelium cordibus dominetur,& regnet,per iuſtitiam fidei bonæ operationis,in vitam æternam,per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum,per quem nobis bona omnia prouenire fatemur.

Elucidatio CAP. VI.

QVanquàm a autem ſupra diximus, noſtra iniuſtitia diuinam iuſtitiam commendari:Rurſum,vbi abundauit iniquitas,ſuperabundare & gratiam,nemo tamẽ ex his exiſtimet conſequenter nos velle dicere, ꝙ bonum ſit in peccatis permanere, vt maior abundet gratia,& magis commẽdetur Dei iuſtitia,noſtra ſuperexcreſcẽte iniuſtitia. b Nos enim, qui ſemel peccato prorſus abrenunciantes,in conuerſione & baptiſmo, eidem mortui ſumus: nequaquàm licet adhuc in illo viuere,quòd ſemel deteſtatione ſempiterna,quantùm in nobis eſſet, abiurauimus. c Scire etenim vos oportet,fratres mei, omnem eum qui fide ſuſcepta baptizatur in nomi-

TEXTVS Cap. VI.

a Quid ergo dicemus! manebimus in peccato vt gratia abundet? Abſit.

b Qui enim mortui ſumus peccato,qũo adhuc viuemus in illo!

c An ignoratis fratres,quia quicunq; baptiZati ſumus in Chriſto Ieſu,in morte ipſius baptiZati ſumus?

nomine Ieſu Chriſti (baptiſmate nouæ gratiæ, quo ipſe diſcipulis baptizare præcepit) baptizari ad configurationem mortis eius, ex qua baptiſmus ſuæ emundationis habet virtutem.

a Cõſepulti enim ſumus cũ illo per baptiſmum, in mortem:

a Per baptiſmũ nanque per cõfigurationem quãdam, cum illo ſepulti ſumus, quaſi mundo penitus mortui, & à mũdi concupiſcentijs abſconditi, cum Chriſto, in morte eius: non quidẽ vt ab omni opere de cætero torpẽtes ceſſemus, quemadmodum nec Chriſtus in ſepulchro permanſit,

b vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

b ſed vt in opera nouæ vitæ, & per virtutem gratiæ Dei reſurgamus, quomodo Chriſtus à mortuis poſt paululũ ſurrexit, per virtutẽ inhabitãtis in eo diuinitatis.

c Si enim complãtati facti ſumus ſimilitudini mortis eius,

c Si enim modò in hac vita, Chriſto velut pinguiſsimæ radici & fœcundiſsimæ arbori, nos tanquàm plantulæ quædam, & ramuſculi coinſerti fuerimus, per aſsimilationem & configurationem mortis eius:

d ſimul & reſurrectionis erimus:

d nihil dubium: quin ſuo quoque tempore, gloriæ reſurrectiõis eius participes erimus. Participes

ticipes enim fiũt pinguedinis, quæ eſt in radice aut arbore, ramuſculi omnes, qui fuerint per inſitionẽ recte implantati. a Illud diligenter attendentes, quod vetuſtas omnis peccati & malæ conuerſationis, o-nisque priſtina iniquitas, ſimul cũ Chriſto (qui ipſam aſſumpſit & portauit pro nobis) crucis patibulo affixa eſt: id eſt, per Chriſti mortẽ in cruce deleta atque deſtructa, per debitam placationem & condignã ſatisfactionem, ante patrem: vt caro iſta peccatis ſubdita deſtrueretur, & ſibi moreretur, ſic vt amplius non ſit, neque dicatur corpus peccati, ad hoc ſine dubio, vt de cætero imperpetuum non amplius peccato ſeruiamus, propter quod expiãdũ, Dei filiũ pati & mori oportuit. b Qui enim verè cũ Chriſto mortuus eſt, neceſſe eſt illũ à peccato eſſe iuſtificatũ, & ecõtrario. Neque enim ſi adhuc peccato viuit & mundo, cũ Chriſto mortuus eſſe poteſt. c Et licet graue forſitan videatur Chriſti morti configurari, & cum ipſo mo-

a Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt,

vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà nõ ſeruiamus peccato.

b Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.

c Si enim mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo:

ri, non tamē nos fatiget moleſtia, quōniā firmiſsima fide tenemus, omnes qui nunc ſic cum Chriſto vitijs mori ſtudent, etiam in futura vita, ſimul victuros cum illo.

a ſcientes, quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nō moritur, mors illi vltra nō dominabitur.

a Scimus autem, quoniam Chriſtus ſemel deuicta morte reſurgēs, vltra ad mortem nō eſt rediturus, nec redire poteſt, mors vltra in illum non præualebit, nec illum (vt ſemel) tenebit iterum, vel ad momentum minimum. b Nam quòd Chriſtus ipſe mortuus fuit, id propter peccata generis humani ſemel ſuſtinere voluit, quod ad omniū ſæculorum expianda peccata ſufficit. c Quòd autem nūc ipſe reſuſcitatus tertia die, viuit, Deo viuit, id eſt, ex virtute diuinitatis ſuæ, quæ etiam corpus & humanitatem poſt reſurrectionem ſic glorificauit, vt mori amplius non poſsit. d Ad cuius configurationem in nobis exprimendam oportet, vt nobis firmiter perſuadeamus in animo, & diligenter ſedulóque imprimamus cordibus noſtris, ꝙ peccato verè mortui ſumus,

b Quòd enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel.

c Quòd autem viuit, viuit Deo.

d Ita & vos, exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato.

ſumus,vt ex illa perſuaſione poſt conuerſionem ab omni peccato abhorreamus,Deo autē viuentes, in Chriſto Ieſu domino noſtro,vt illius videlicet opera modis omnibus operari ſtudeamus. a Ne ergo permittatis,neque vltra rationem ſinatis,vt dominetur in vobis quod ſemel abiuraſtis peccatum,regnúmve obtineat in iſta veſtra corrupta carne,ſic vt obediēter perficere ſtudeatis praua deſyderia eius quæ ſuggerit. b Similiter neque membra corporis veſtri vltra exhibeatis in miniſteriū ſeruitutis peccati, & inſtrumenta ad malè agendum,quemadmodū olim eis abuſi eſtis: c ſed iam à conuerſione veſtra,quaſi ex mortuis in ſpiritu facti viuentes,præſtate vos Deo paratos in omne opus bonum, & membra virêſque corporis veſtri inſtrumenta ad bene agendum, in ſeruitute Dei, ad gloriā eius. d Nam poſthâc nulla prorſus ratione permittendum eſt in vobis regnum peccati,poſtquā peccatis eſtis mortui,& Chriſti ſa-

viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu.

a Nō ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcentijs eius.

b Sed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato:

c ſed exhibete vos deo tanquàm ex mortuis viuētes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo.

d Peccatū enim vobis non dominabitur.

a Non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.

b Quid ergo! peccabimus : quoniā non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia?

c Abſit.

d An neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediēdum, ſerui eſtis eius cui obeditis?

e ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam!

ſti ſacramentis ſanctificati. a Sub gratia enim Dei iam eſtis, quā & in baptiſmo accepiſtis, quæ cōtra malum fortificat,& ad bonū præbet auxilium,non amplius ſub infirma & inualida lege. b Sed qd! An ideò peccabimus magis, quia ſub gratia ſumus,nō ſub lege(quē admodum putant) eo quòd nunc prōpta ſit ſemper gratia Dei, quæ peccata remittit,quomodo ſub lege non erat? c Longè verò abſit hoc à fidelium cordibus, vt occaſione gratiæ Dei,licentiores fiant ad peccandum. d Magis autem illud apud nos perpendamus, ꝙ qui nos ſemel exhibemus ſeruos, addicimúſque & ſubijcimus vltro nei ad obediēdum,illius ſerui proculdubio ,noſtra hac voluntaria ſubiectione & traditiōe efficimur, illius, inquā,cuius ſic nos obedientiæ ſubijcimus. e Si peccati ad æternæ mortis præmia,quę ex illius ſeruitute promerebimur:ſiue ſalutaris obedientiæ fidei,& mandatorum Dei,ad fructum iuſtitiæ & ſanctificationis noſtræ, quam ex illa

illa beata ſeruitute conſequemur. a Deo autẽ gratias ago, de bona cõuerſatione veſtra, quoniã cùm fuiſſetis olim ſerui peccati, ipſo tñ vocãte ſanctæ obedientiæ Chriſtianę, ex animo in ſynceritate cordis, abiuratis erroribus, vosipſos ſubmiſiſtis. b Ad eã doctrinæ formã & ſanctę inſtitutionis modũ, in quibus vos Apoſtoli inſtituerũt à patrijs erroribus & vitijs priſtinis traductos. c Poſtq̃ aũt deſijſtis eſſe ſerui peccati, facti eſtis ſerui iuſtitię. d Quòd dico, vos iã fideles factos, ſeruos eſſe iuſtitię (cùm videat hęc eſſe ſecũdùm veritatẽ mera & ſola libertas iuſtitiæ ſeruire) id ego humano more loquor, propter carnis infirmitatẽ: ob quã, nihil dubito, qn laborioſũ adhuc vobis exiſtat, ſeruire iuſtitię. Neque grãde aliqd, & qđ ſupra humanas vires exiſtat, à vobis exigit: ſed ꝓpter carnis infirmitatẽ, parũ aliqd qđ humanũ ſit & rõnabile, & factu non difficile. e Nihil enim aliud exigitur à vobis, quàm vt, ſicut ante conuerſionem veſtram exhi-

a Gratias autem Deo, quod fuiſtis ſerui peccati: obediſtis autem ex corde.

b In eam formã doctrinæ in quã traditi eſtis,

c liberati aũt à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ.

d Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ.

e Sicut enim exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitatis ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem.

exhibuiſtis corpora veſtra ad perficiendum immúditiam & iniquitatem, ad iniquitatem perpetrandam: ita nunc exhibeatis eadem illa veſtra corpora, ex bona animi deuotione, ad perficiendum opera iuſtitiæ in eis, quibus ſanctificari valeatis, & ipſa quoque priſtinis vitijs emundari queant: dum iam ſacris actibus mancipantur, quæ olim prophanis. a Cùm enim ſeruiretis peccato liberi eratis iuſtitię, id eſt, ab ea vacui, eáque priuati. b Dicite verò mihi, quem fructum aut quid veri commodi tũc potuiſtis habere in vitijs & peccatis veſtris, de quibus nunc erubeſcitis, cum vobis ad memoriam reducuntur, & pro quibus, modò apud Deum confundimini, & pœnitentiam agitis? proculdubio nullum. c Imò inſuper finis illorum & exitus, ad quem deducunt, æternæ mortis damnatio eſt. d At verò nunc poſt conuerſionem veſtram, facti à peccati ſeruitute per gratiã dei liberi, & ſerui facti dei habetis fructum operum iuſtitiæ, ipſam

a Cùm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.

b Quę ergo fructũ habuiſtis tũc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?

c Nam finis illorum mors eſt.

d Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationẽ, finem verò vitã æternam.

ipſam ſanctificationem cordis & corporis veſtri,fructum haud dubiè præcioſum & optabilem:inſuper finalem retributionem,gloriã vitæ æternæ. a Nam ſtipendiũ peccati actibus debitum & determinatum,mortis æternæ damnatio eſt. b Vita autem æterna,nõ quidem ex condigno debito reddenda eſt pro operum in ſe condignitate:ſed exDei gratia et dono, pro operibus iuſtitiæ,eã nihilominus indubiè recipiemus,in Chriſto Ieſu domino noſtro,per quem & in quo, nobis ſunt noſtra omnia verè bona.

a Stipendia enim peccati,mors.

b Gratia autem Dei, vita æterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Elucidatio CAP. VII.

AD vos nunc ſermonẽ conuerto Iudæi, qui legis habetis ſcientiam, vobis ea quæ ſunt legis proponens: vt ex collatione clarum fiat,quod volumus. b Scitis enim quòd lex quælibet, ſuper hominem dominium non habet neque ſibi habet ſubiectũ,& obligatum, niſi donec ipſa vigorem habet,& in ſuo perſtat robore.Nã ſi antiquata fuerit, abrogata ac mortua,

TEXTVS Cap. VII.

a An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor,)

b quia lex in homine dominatur quantò tempore viuit?

mortua,nõ vltra ſibi tenebit quẽquam obligatum.

a Nam quæ ſub viro eſt mulier: viuente viro,alligata eſt legi.

a Et quidem mulier quæ ſub viri imperio per matrimonium eſt ſubiecta, donec vir eius viuit,alligata eſt legi: Ita vt illũ non poſsit pro libito relinquere.

b Si autem mortuus fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege viri.

b Si autẽ mori ipſum contigerit, hoc ipſo abſoluta erit, à lege viri: nec erit lex vel ius aliquod,quo prohibeatur alteri iungi.

c Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro.

c Atque ita donec vir viuit, adultera erit & reputabit:ſi priori relicto viro(ſub cuius lege tenebatur obligata)alteri ſe adiunxerit,ad actũ maritalem.

d Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri: vt nõ ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.

d mortuo autẽ viro,à lege & iure viri liberata eſt:vt adultera ne ſit nec reputetur ſi alteri ſe per matrimoniũ iunxerit.Legẽ viro comparamus, ſub qua hactenus vixiſtis in Iudaiſmo: vos autem legi ſubditos, cum muliere conferimus.

e Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti.

e Vos itaque fratres,legi eſtis mortificati:Id eſt,per mortem legis ei ſubtracti,quoniã ipſa mortua eſt vobis,p̃ corporis Chriſti mortẽ,quæ conſummauit legalia & vetera omnia,quoniã finis legis eſt Chriſtus,in

ſtus,in ſanguine ſuo nouã legẽ & omnia noua dedicans. a vt poſt hac alterius adhæreatis nouæ legi,hoc eſt, Chriſti Ieſu,qui à mortuis reſurrexit.Sic,inquam,illi adhæreatis, vt bonis actionibus de cætero vacantes,bonorum operũ fructũ vobis accumuletis in Deo, & ad gloriam eius. b Cùm enim nondũ ad ſpiritum fidei traducti adhuc in carnis concupiſcentia viueremus, malæ inclinationes & impulſus praui,quæ ex lege occaſionẽ non modicam ad ſeruiendũ accipiebant,modo quodã regnabant, & efficaciter dominabãtur in corpore noſtro, ſpiritum tenentes ſuppeditatum & captiuum, vt nos ad mortẽ et damnationẽ inducerent. c Nunc verò à veteri lege illa mortis occaſionẽ dante, & viuificare impotente, ſub qua vt paruuli ſub pædagogo cõcluſi detinebamur,per gratiã euangelij liberati ſumus, d ſic vt nos amplius in literali legis ſeruantia,ſed in ſpiritus libertate, per regenerationẽ noui facti,Deo ſeruiamus:

a Vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo.

b Cùm enim eſſemus in carne,paſſiones peccatorũ, quæ per legẽ erãt operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti.

c Nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur:

d Ita vt ſeruiamus, in nouitate ſpiritus, & nõ in vetuſtate literæ.

qui nos ab illa ſeruitute & vetuſtate,ad hanc nouitatẽ & libertatẽ,vocare dignatus eſt. a Neque verò,quod dico,paſsiones peccatorum per legẽ eſſe,ſic accipi velim,quaſi ſentiã ipſam legem eſſe peccatũ aut malũ. b Sed peccatũ aliquod,imò plura dico eſſe peccata,quæ non cognoſcerentur eſſe peccata,niſi per legẽ,ea prohibentẽ,atque ita prohibendo indicantẽ. c Exẽpli gratia,de actu cõcupiſcẽdi, quis vnquàm credidiſſet internũ ſolum cõcupiſcentiæ motum ſine exteriori operatione eſſe peccatũ,niſi lex indicaſſet,prohibens non cõcupiſcere rẽ alienam, nedum non furari exterius? d At verò ipſe qui in nobis habitat pec cati fomes (qui hic peccatũ nominatur,eò quòd omnis peccati ſit origo quædam.) id eſt, corrupta noſtra & peruerſa ſenſualitas,occaſionẽ accipiẽs ex mandato, quo innotuit cõcupiſcentiã eſſe peccatũ,dum nititur ſemper in vetita, exardeſcit vehemẽtius, vt operetẽ in nobis multiplicẽ concupiſcentiam

a quid ergo dicemus! lex peccatum eſt? Abſit.

b ſed peccatum non cognoui niſi per legem.

c Nam concupiſcentiam neſciebam,niſi lex diceret, Non concupiſces.

d Occaſione autem accepta,peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.

tiam & omnis generis peccatum. a Ante legē enim datā, peccatū quodāmodo mortuū erat, vt minus cognitū, minúſque validū & efficax. b Et quidē fuit tempus, quādo ſine lege ſcripta viuebant homines, ante videlicet legis dationē: & tunc ſibi viuere quodam modo videbātur, quādo lege ſcripta non redarguebātur, nec onerati cogebātur. c Per dationem autē legis reuixit valentius q̄ ante & apertius notiúſque, quod ante debile & incognitum latuerat: & nos morti facti ſumus amplius obnoxij, ex legis iudicio, nobis peccata demōſtrante, & occaſionaliter ad maiora & plura nos adducente dū multas ſuperaddit præceptiones & ꝓhibitiōes, quibus ante nō obligabamur, & peccata nota faciebat, ad quæ poſtmodū, cognito quòd eſſent peccata, corruptio ſenſualitatis inclinat ſolicitátque vehementius. d Atque ita re ipſa cōpertum eſt legē quæ ad vitam à beneficio Dei pro magno beneficio data erat, noſtro vitio nobis ſa

a ſine lege enim peccatum mortuum erat.

b Ego autem viuebam ſine lege aliquando.

c Sed cùm veniſſet mandatum, peccatū reuixit. Ego autem mortuus ſum:

d & inuentum eſt, mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem.

a Nam peccatũ occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me,

b & per illud occidit.

c Itaq; lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum & bonum.

d Quod ergo bonum eſt mihi factum eſt mors?

e Abſit.

f Sed peccatum, vt appareat peccatũ, per bonum operatum eſt mihi mortem,

g vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mãdatum.

ctã eſſe mortis occaſionẽ. a Corruptus enim ſenſualitatis fomes, accipiẽs occaſionem ex lege bona (vt ſupra diximus) ſeducebat homines à rectitudine rationis & vitæ, ad cõnſentiendũ carnalibus deſyderiis, b & per illius bonę legis occaſionẽ homines in peccati perpetrationẽ inducẽs interficiebat. c Non ergo culpamus legẽ, quæ eſt ſancta & ſine macula: neque mandatũ Dei quod omnimodis iuſtum eſſe fatemur, & ſanctũ & bonum. d Neque dico legẽ bonam per ſe mortẽ nobis eſſe factã, quaſi ipſa mortẽ effecerit hominibus, ſitque mortis cauſa. e Abſit enim vt hoc de sãcta Dei lege impiè aſſeramus. f Sed dicimus, quòd ipſe fomes peccati, per occaſionẽ bonæ legis hominibus effecerit mortẽ, ſic vt apparẽs, fieret, & validius quod ante latebat, priusq̃ per legẽ iudicaretur, g vt fomes peccati (quẽ hic ſemper peccatũ dicimus) appareret iã ſupra modũ peccans, per legis occaſionẽ: dũ poſt legẽ datã ad vetita magis ſolicitat &

tat & inducit, & propter expreſſam legis prohibitionẽ, grauiora ſunt peccata quæ cõmittit: vt ſic & in pluribus delinquat & grauius. a De lege enim illud ſcimus & fatemur, quod bona & ſpiritualis ſit in ſeſe, vtpote à patre ſpirituũ data, b homines autem ex corruptione quæ eis ineſt ex primi parentis peccato, carnales ſunt, primi parentis peccato & cõſenſu malo ſub peccati tyrannide traditi, cõſtituti, obligati, & quaſi venditi in ſeruitutẽ. Ecce quod dicturus ſum de toto humano genere, quatenus ſub illa corruptione fomitis continetur, ſub mea perſona dicturus ſum: ſic de meipſo loquẽs, quaſi præter peccati fomitẽ nihil in me foret, gratiã Dei quodãmodo diſſimulans. c Itaque quod ego ago ex corruptione carnis, nõ ſecũdùm rationis intelligẽtiã, ſed potius ſecundũ carnis ago malã cõcupiſcẽtiã, cui ex naturali propagatione oẽs ſubiicimur, donec per Dei gratiã liberemur. d Neque enim ſecũdùm carnẽ illud

a Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt.

b Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato.

c Quod enim operor, non intelligo.

d Nõ enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odio malum, illud facio.

facio, quod ſecundũ rationem vt bonũ eligo, ſed quod ſecundũ rationẽ deteſtabile mihi eſt malũ illud facio: ſequens magis in opere, fomitis tractũ peruerſum, quàm rationis rectũ dictamẽ, & voluntatis electionem bonam. a In eo autem, dum facimus ſecundũ carnis impulſum, quod ſecundum rationem deteſtamur, legem ſanè approbamus, quòd bona ſit, quãdo per rationẽ quod illa pręcipit, nos vt bonum iudicamus & eligimus, quamuis dominante concupiſcentia non perficiamus. b Itáque dũ ſic ex carnis mala inclinatione, contra rationem operor quod malum eſt, nõ ego ſecundùm ſpiritũ (qui eſt in homine potior pars) illud operor: cùm frequenter repugnante etiam ſpiritu, contra rationis imperium, in nobis paſsiones peccatorũ inſurgant: c ſed peccati fomes, qui in carne corrupta per priuationẽ originalis iuſtitiæ implantatus inhabitat, per traducẽ & propagationẽ à primis parẽtibus. d Experientia enim quotidiana

a Si autẽ quod nolo illud facio, cõſentio legi quoniam bona eſt.

b Nunc autem iã non ego operor illud:

c ſed quod habitat in me peccatum.

d Scio enim quia nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum.

diana certus ſum,quod in me ſecũ dum carnem, & in corrupta carne iſta,non habitat vlla ad bonũ inclinatio, ſed pronitas ineſt ad omne malũ. a Nam ex parte ſpiritus,video mihi bonũ frequenter in electione eſſe & deſyderio: ſed propter carnis concupiſcentiam, nequeo perficere,quod ſecundùm ſpiritũ vtcunque volebã.Iam autem diximus de homine nos ſic loqui,vt eſt in ſeipſo,ſine auxilio diuinæ gratiæ ſuperadditæ. b Nõ enim volentes ſumus ex nobis, vt bonũ quod quomodocunque eligimus,perficiamus: ſed malũ, quod ſecundùm ſpiritũ odio habemus,pficere potẽtes ſumus:quia nimirũ dominatur in homine ex ſua vitioſa origine,peccati fomes,non ſpiritus. c Si autem facio quod ſecũdùm ſpiritũ nolo:nõ vtique ego ſecundùm ſpiritũ(q eſt potior in homine pars),id facio: ſed caro ipſa & fomes peccati(qui in ea regnat donec per gratiã Chriſti deuincatur)vel repugnante ſpiritu,& contradicente voluntate, mala ex ſuſcitat.

a Nam velle adiacet mihi:perficere autem bonum, non inuenio.

b Nõ enim quod volo bonum, hoc facio : ſed quod nolo malum hoc ago.

c Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud ſed quod habitat in me peccatum.

a Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniã mihi malum adiacet.

ſcitat. a Inuenio igitur legem bonã eſſe & ſanctã qualem diximus, dũ volo bonum facere ſecundùm ſpiritum: quãquàm mihi malũ in proximo in carnis cõcupiſcentia adiaceat, quod me à perficiendo bono retrahit.

b Condelector enim legi Dei ſecundùm interiorẽ hominem.

b Nã ſecundùm ſpiritũ (qui eſt interior homo, & præcipua pars hominis) cõplaceo & delector in lege Dei, dũ ex naturali dictamine eadem eligo, quę lex Dei apertè pręcepit, tanquã bona.

c Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati: quæ eſt in membris meis.

c Sed cognoſco ex altera parte concupiſcentiã peruerſam & fomitẽ peccati in carne inhabitantẽ (quam etiã poſſumus legẽ quandam nominare, eo quòd cogat & inflectat, & dominetur in carne) quæ repugnat naturali dictamini mentis, & quæ violentia quadam me velut captiuũ reddit & ſeruire facit peccato. Libet itaque nũc exclamare in perſona eius, qui Dei gratia non adiutus, ſub tyrannide præmitur, quærens facere bonum & propter carnis concupiſcentiã non inueniens.

d Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

d Heu me infœlicem, & ex meipſo nihil niſi miſerum:

ſerum:quis me liberabit à corpore iſto morti obnoxio,liberúmque faciet à corruptione quæ in eo habitat,vt non vltrà in me dominetur! Quis talē mihi hoſtem ſubiugabit,aut infirmabit! Nunquid vetus Moyſi lex! Nūquid circūciſio! Nunquid legales obſeruantiæ oēs, in quibus gloriātur Iudæi? a Nihil horū ſanè:ſed gratia Dei ſola, quæ ſpiritum contra carnis corruptionem corroborat, concupiſcētiæ virtutē infregit, impetúmque minuit,& ſpiritui carnem obedire facit.Gratia, inquam, Dei,per Ieſum Chriſtum per quem ſunt nobis omnia: quia gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta cognoſcit. b Itaque nūc ego idémque (donec iſta accedit gratia Dei,atque ſecundùm partem aliquā etiā illa in nobis habitante) ſecūdùm ſpiritus bonam electionē, quæ legis Dei ſunt,Deóque placita, quæro perficere: ſecundùm carnē autem, quæ concupiſcentia ſuadet, & ad quæ fomes peccati inſtigat concupiſco.

a Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrū.

b Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.

Eluci-

TEXTVS Cap. VIII. | *Elucidatio* **CAP. VIII.**

a Nihil ergo nũc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu,

Ia Gitur ob gratiã Dei, adiuuãtem & liberantem à malitia inhabitantis concupiſcentiæ, nõ eſt quòd mortis æternæ damnationẽ timeant fideles, qui in Chriſtũ credunt quaſi eã non poſsint effugere:

b qui non ſecundùm carnem ambulant.

b Illi, inquam, non timeãt, qui ſecundùm ſpiritum, gratiæ Dei acquieſcentes, conuerſari ſtudent, & non ſecundùm carnis cõcupiſcentiã carnaliter viuere.

c Lex enim ſpiritus vitæ, in Chriſto Ieſu, liberauit me a lege peccati & mortis.

c Spiritus enim ſanctus, in fidelibus author vitæ ſpiritualis (quæ eſt velut lex quædã regulãs in bono ſpiritũ humanũ) ipſe eſt qui in Chriſto Ieſu credentem, liberat à lege peccati & mortis: id eſt, à fomite malæ cõcupiſcentiæ, atque etiã à legis veteris carnali obſeruantia: quoniã per ſpiritum Chriſti fit, vt nec fomes peccati nocere poſſit, neque ad legis vltrà obligemur ſeruitutẽ.

d Nam quod impoſsibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati,

d Quod enim veteri legi erat penitus impoſsibile, in eo quòd infirma erat per ſuas carnales obſeruãtias & ad ſaluandum inualida, Deus impleuit ſua prouidentia,

mittens filium ſuum indutum car
ne,eiuſdem,ſecundùm veritatem,
naturæ cum carne noſtra peccato
ſubdita,quanquàm eſſet eius caro
peccato minimè ſubdita: a atque
ita per filium ſuum factum velut
hoſtiam pro peccato, damnauit,
deſtruxit,expiauitque peccatum,
quod erat in carne noſtra, b vt
quam lex promittebat, ſed per ſe
conferre non poterat peccato,iu-
ſtificationem nos completam in
nobis & perfectam,Chriſti morte,
ſuperemus: c Nos, inquam , qui
non ſecundùm carnis deſyderia
adhærentes concupiſcētiæ, neque
in carnalibus veteris legis obſeruā
tijs,viuimus:ſed in veritate & li-
bertate ſpiritus,ſpiritualiter cōuer
ſamur. d Qui enim ſecundùm
carnales, vel concupiſcentias, vel
obſeruationes conuerſantur, non
ſapiunt neque ſciunt quæ ſpiritus
ſunt,ſed tantùm ea quæ carnis,&
ad carnē omnia referunt. e Quē-
admodū ecōtrario ſpirituales,quę
ſpiritus Dei ſunt, quærunt refe-
rúntque ad illū omnia. f Nā pru-
dentia

a & de. peccato. damnauit peccatum in carne,

b vt iuſtificatio legis impleretur in nobis,

c qui non ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundùm ſpiritum.

d Qui enim ſecundùm carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt.

e qui verò ſecundùm ſpiritū ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt.

f Nam prudētia carnis, mors eſt: prudētia aūt ſpiritus, vita & pax.

dentia carnis,ſicut mortē:ita ſpiritus ex aduerſo vitam operatur & pacem. a Carnis enim pruden tia,Deo aduerſatur,atque aduerſus ipſum exercet inimicitias, eo quòd legi Dei(quę ſpiritualis eſt) ſubijci nolit,ſiue quia ea quæ con tra legē Dei ſunt quærit,ſiue quia per carnales obſeruantias à libertate legis euangelicę auocat,& im pedimentum illi præſtat. b Ac proinde,qui adhuc in carne conuerſantur,carnalia ſequendo deſyderia,vel in carnalibus adhuc fidē do obſeruantijs,Deo nequeūt placere,donec ſic carni adhæſerint. c Spero autem,quoniam vos iam in carne nō eſtis,facti ſpirituales: quales eſtis indubiè,ſi ſpiritus Dei habitat in vobis. d Quòd ſi quis ſpiritum Chriſti nō habeat, extra Chriſtum ille eſt,& ad Chriſtū nō pertinet. e Si autem (vt ſpero) Chriſtus in vobis eſt, atque proin de etiam ſpiritus eius: ergo caro quidem mortua eſt,propter peccatum,quod cùm appetat, prohibetur perficere à ſpiritu ſancto, qui corpus

a Quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo,legi enim Dei,non eſt ſubiecta: Nec ei poteſt.

b Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.

c vos autē in carne non eſtis,ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis.

d Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet,hic nō eſt eius.

e Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidē mortuum eſt, propter peccatū: Spiritus verò viuit,propter iuſtificationem.

corpus peccato mortificat: ſpiritus autẽ viuit propter iuſtificationẽ & iuſtitiã, quam ex gratia ſpiritus ſancti cõſequitur. a Si, inquã, ſpũs patris, q̃ Ieſum à mortuis excitauit, in vobis manet, idẽ ipſe q̃ filiũ ſuſcitauit, veſtra quoque infirma & mortalia corpora viuere faciet, in operibus bonis nũc, & poſt modũ in ęterna vita, propter ſpiritũ qui in vobis habitat, à quo animæ procedit vita ſpiritualis, ſicut corpori ab anima ſua vita procedit. b itaque fratres, debitores ſumus: nõ quidẽ carni, vt ſecundùm eius viuamus deſyderia, ſed Deo, vt illius impleamus volũtatem, ſecundùm ſpiritũ. c Nam ſi ſecundùm carnis cõcupiſcentias peruerſas vitam duxeritis, moriemini in peccatis cõcupiſcẽtiæ veſtrę. d Si autẽ per ſpiritũ, carnis deſyderia ſupplãtare, & carnis opera mortificare ſtudueritis, ita demũ viuetis. e Quicũque enim in ſua cõuerſatione ac vitæ ſuæ inſtitutione ſpiritu Dei reguntur atque ducũtur, hi (vtpote eodẽ ſpũ regenerati)

a Quia ſi ſpiritus, eius qui ſuſcitauit Ieſum *à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.*

b Ergo *fratres, debitores ſumus, non carni vt ſecũdùm carnem viuamus.*

c Si enim ſecundùm carnẽ vixeritis, moriemini.

d Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

e Quicunq; enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.

ſecundùm adoptionem filij Dei ſunt.

a Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore:

a Spiritus enim quem accepiſtis credentes, nō eſt ſpiritus ſeruitutis & timoris, vt nos ſic iterū timere faciat quaſi ſeruos, quomodo olim Iudæi pœnarū terrore ſeruiebant:

b Sed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba, pater.

b Sed ſpiritus libertatis eſt, quo adoptamur in filios Dei, quo ſuggerente audemus Deum fiducialiter patris nomine compellare, illique dicere Abba: quod interpretatur pater.

c Ipſe enim ſpiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei.

c Ipſe enim ſpiritus diuinus, occulta ſuggeſtiōe, ſpiritui humano perhibet teſtimonium, in quo inhabitat, quòd veri ſimus filij Dei: de cuius teſtimonio nihil eſt dubitādum, quum ſit ipſe ſpiritus veritatis.

d Si autem filij, & hæredes:

c Si verò filij Dei ſumus: ergo & hęreditatis eius ſecundùm ſpem participes ſumus, eiuſdem ſuo poſtmodum tempore futuri poſſeſſores.

e hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.

e Hæredes quidem Dei patris, Chriſti verò filij, etiam cohæredes: quatenus & ipſe filius eſt Dei, & noſtrum omnium per carnis aſſumptionem frater effectus.

f ſi tamen compatimur vt & conglorificemur.

f Si modò per patientiam configuremur Chriſto, in ijs quæ

quæ pro eius nomine ſufferenda obueniunt: vt debito ordine hoc pacto, in tempore retributiõis, eidem ſecundùm gloriã etiam cõfiguremur atque aſsimilemur. Neque verò magnum aliquid videri cuiquàm debet, pro nomine Chriſti grauia quæpiam ſuſtinere, propter expectationem venturæ retributionis. a Scio enim & certiſsimè mihi perſuaſum habeo, paſsiones, quæ in hoc mundo obuenire poſſunt fidelibus, etiam ſi vniuerſæ in vnũ conglobentur, non eſſe tamen vllo modo ſufficientes ad promerendum quaſi ex condignitatis debito, illam venturi ſæculi gloriam, quæ ſuo tempore in nobis cũ effectu manifeſtabitur, qui modò credimus & ſperamus in eum, & perſequutionem patimur pro nomine eius. b Tanta enim erit illa beatitudo, vt ipſa quoque mundialis machina, & omnis quæ in eo eſt creatura, cum expectatione magna aſsiduè ſolitéque expectet, hanc filiorum Dei reuelationem: Id eſt perfectã in corpore &

a Exiſtimo enim, quòd non ſunt cõdignæ paßiões huius temporis, ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis.

b Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat.

anima, oĩm ſaluãdorũ glorificatione. a Interim enim donec finalis veniat omniũ iuſtorũ glorificatio, creatura oĩs quæ in mũdo eſt, & totus ipſe mundus, Sol etiam ipſe & Luna, cateráque aſtra & orbes cœlorum, varijs immutationibus motibúſque cõtinuijs, ſecũdùm generationes & corruptiones ſubijciũtur ad humanũ miniſterium, quæ omnia vanitas quædã ſunt & inſtabilitas, b non quidẽ ex ſuę naturæ cõditione, aut propter ſuum bonum, ſed propterea ꝙ ea Deus nũc ſeruituti ſubiecit, ad inſeruiendum homini pro hoc ſtatu mortali, propter quẽ facta ſunt oĩa, ſub ſpe liberationis in ſuo tẽpore, quãdo poſt finale iudicium, homini vltra eorum miniſterio nõ erit opus: c Nã tunc ipſa creatura quæ hactenus ſeruierat, ab illa ſeruitute corruptionis (id eſt inſtabilitatis, imperfectionis & ſubiectionis) libera fiet, filijs Dei ſic in libertatẽ gloriæ Dei trãſlatis. d Scimus aũt & firmiſsima fide tenemus, omnia creata: & cœleſtia, terreſtria, laboribus

a Vanitati enim creatura ſubiecta eſt:

b non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eã in ſpe.

c quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptiõis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

d Scimus enim, quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſq; adhuc.

ribus fatigari,& velut nobiſcum
ſub pōdere ſeruitutis,quā noſtra
cauſa ſeruiunt,gemere,& magno
deſyderio ſui laboris præmiū(nē-
pe requiē & innouationē in ſtatū
meliorem) ab initio expectare.
a Non ſolùm aūt corporalis illa
creatura ſuā liberationē expectat,
& deſyderat:ſed multò magis nos
ipſi,qui ſpiritus ſancti primitias,
&potiora eius dona,accepimus in
arrham futuræ cœleſtis glorię,ex
intimis cordis deſyderijs ingemi-
ſcimus & ſuſpiramus,donec im-
pleatur in nobis adoptio,& reue-
letur in nobis gloria filiorum Dei:
b expectantes pariter,& liberatio
nem corporis noſtri,ab omnibus
ſuis,quibus nūc aggrauatur miſe-
rijs. c Quāquàm enim modò iſta
oculis nō videmus,ſpes tamē nos
facit,de noſtra ſalute penitus ſecu
ros: d imò ſpes non eſt de eo qđ
iam videtur,& quaſi certū habet,
atque poſsidet. e Nemo enim il-
lud ſperare dicit,quo iā ante ocu-
los ſuos fruit̄,quaſi re iā certa &
habita. f Tunc autem ſperare

a Non ſolùm aūt illa:ſed & noſipſi primitias ſpiritus habētes,& ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei,

b expectātes redēptionem corporis noſtri.

Spe enim ſalui facti ſumus.

d Spes autē quæ videtur, non eſt ſpes.

e Nam quod videt quis,quid ſperat?

f Si autem quod non videmus,ſperamus,per patientiā expectamus.

dicimur aliq̃d,cùm id quo in pręſentia frui non datur,per patientiam tamen expectamus donec tēpus veniat,vt accipiamus illud in certam & firmam poſſeſsionem.

a Similiter autē & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram.

a Quomodo autē diximus de ſpiritu ſancto,quòd ipſe in nobis clamat,Abba pater,& quòd teſtimonium reddat ſpiritui noſtro,quòd ſimus filij Dei: ſimiliter dicimus, quòd ipſe eſt qui noſtrū imperfectum,benigno ſuo auxilio, clementer adiuuat in oratiōibus.

b Nam quid oremus,ſicut oportet, neſcimus:

c ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

b Nos enim ex nobis nihil niſi cæci & miſerabiles,neque quid,neque quomodo orare debeamus, cognoſcimus: c ſed ipſe ſpiritus mentē noſtram illuminans,& affectū voluntatis bonis deſyderijs ſuccendens poſtulare nos facit à Deo quæ ſalutaria ſunt,gemitibus & ſuſpirijs quæ enarrare vox,neque vlla lingua poteſt exprimere.

d Qui autē ſcrutatur corda, ſcit quid deſyderet ſpiritus,

e quia ſecūdùm Deum, poſtulat pro ſanctis.

d Verùm q̃ cordiū cognitor eſt Deus,optimè nouit quid ſibi velint ſpiritus pro nobis poſtulatiōes & affectuoſiſsimi gemitus: e quoniam quæ Deo ſunt placita,& hoībus ſalutaria,

ria,pro ſanctis poſtulat:nō(vt pro ſeipſis ſolent homines) tēporalia aut etiam noxia. a Scimus verò, quoniā ijs qui diligūt Deū,eiuſdē ſpiritus beneficio,omnia ſiue proſpera,ſiue aduerſa,ſiue lęta,ſiue triſtia,cedūt in bonū, & ad fructum creſcūt meritorū:Ita vt nulla via poſsint,ab ea ad quā prædeſtinati ſunt,gloria impediri: b his,inquā, qui ſecundùm propoſitū diuinæ prædeſtinatiōis,vocati ſunt ad fidē Chriſti, in ſanctitatē. c Nam quos ab æterno Deus ſic beatificā dos præuidit,hos & prędeſtinauit conformes,& ſimiles filio ſuo conſubſtātiali,qui eſt imago eius:proponens eis dare gratiam ſpirituſ-ſancti,per quā Chriſtiformes, imò Deiformes efficimur. d Sic tamē, vt ipſe in præcellenti gloria,ſit velut primogenitus inter multos fratres ſuos.Quanquàm enim omnes nos in quibus gratia Dei,filij Dei ſimus:Ipſe tamen conſubſtantialis & naturalis eſt filius,atque ita primogenitus ante omnem creaturam,tā dignitate quàm tempore.

a Scimus autem, quoniam diligentibus Deū,omnia cooperantur in bonum.

b his qui ſecūdùm propoſitum vocati ſunt ſancti.

c Nam quos præſciuit,& prædeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui:

d vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.

Nos verò tantùm adoptiui, & ſecundùm beneplacitum eius, ad id quod natura non eramus aſſumpti.

a Quos autē præ deſtinauit, hos & vocauit:

a Quos autem prædeſtinauit ab æterno ad gloriam ſuam, eoſdem ſuo tempore ad fidem & eccleſiam ſuam vocauit.

b & quos vocauit, hos & iuſtificauit:

b Quos autē vocauit (id eſt, qui eius vocationi obedierunt) eoſdem deinde à peccatis mundauit, & ad bona opera validos fecit.

c quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit.

c Quos verò ſic iuſtificauit, eoſdem & magnificauit: nūc quidem in gratiæ ſuæ donis magnificis, ac poſtmodum in gloria æternitatis ſuæ. Ecce hæc ſunt mira & magnifica erga nos diuinæ dilectionis teſtimonia. Quis vnquàm tanta ſperare auſus fuerat!

d Quid ergo dicemus ad hæc!

d Quid reſpōdebimus ad tantæ charitatis beneficia, fratres?

e ſi Deus pro nobis: quis contra nos?

e Si Deus tanto nos fauore proſequitur, & ſi ille tantū nobis demōſtrauit amorē: quis eſt q ſe ſperet nobis poſſe nocere, noſtrámque nobis ſalutē ſubtrahere?

f Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum:

f Ecce tanto nos amore Deus ꝑſequutus cognoſcitur, vt pro nobis redimēdis, nobiſque ſaluādis, nec pro-

ꝓprio & vnico filio ſuo pepercerit, ſed in mortem eum pro nobis tradiderit. a Igitur filium ſi nobis dedit & pro nobis, nihil dubiũ quin omnia ſimul ad noſtram ſalutẽ neceſſaria, cum illo & in illo nobis contulerit: nempe peccatorum remiſsionem, & gratię ſuę auxilium, & ſpiritualia omnia chariſmata, quæ nobis ad ſalutẽ ſunt neceſſaria. b Ecce Deus eſt, qui electos ſuos à peccatis iuſtificat: quis tam audax, qui eos quos Deus à peccatis abſoluit, quaſi peccati reos, audeat falſis criminationibus accuſare! c Quis tam potens q eos quos Deus iuſtos habet, poſſit cõdemnare? d Ecce Chriſtus Ieſus Dei filius ipſe eſt qui pro noſtra ſalute morti ſe tradidit, imò morte deuicta tertia die reſurrexit, & in cœlũ ſcandẽs, ad dexterã patris, in ęqualitatę glorię eius, vẽturus iudex, reſidet: e Qui etiã modò ad dexterã patris cõſtitutus, ꝓ nobis interpellare atque orare inſtanter, nõ deſinit. Et quis eſt, aut quę tãdẽ iſta creatura quę pręuale

a quomodo non etiam cum illo, omnia nobis donauit!

b quis accuſabit aduerſus electos Dei?

c Deus qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet?

d Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui & eſt ad dexterã Dei:

e Qui etiam interpellat pro nobis.

a Quis ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti?

b Tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an pſequutio, an gladius?

c ſicut ſcriptum eſt:

d quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

e ſed in his omnibus ſuperamus,

f propter eũ qui dilexit nos.

re ſe putabit, aduerſus eos quos ſic Deus tãti facit, quibúſque Deus tãta exhibet beneficia ſummæ charitatis? a Et nos, poſteaquàm tãta tam eximiæ dilectionis à Deo accepimus efficaciſsima teſtimonia: cuius tandem virtute, aut potentia ſeparari poterimus à dilectione eius, aut quid nobis obuenire poterit, quo ab eius amore ſe paremur, qui nos prior tam inaudita charitate dilexit? b Neque tribulatio quælibet, neque anguſtia, neque egeſtas vlla, ſiue victus, ſiue veſtitus, neque perſequutio quælibet, neque mortis periculum. c Sic enim apud Pſalmiſtã, in perſona fidelium pro Chriſto patientiũ ſcriptũ legimus: d Quoniam propter tuum amorẽ, & tui nominis confeſsionem, mortificamur aſsiduè, æſtimati tanquàm oues occiſioni deputatæ. e Sed hæc omnia per patientiam ſuperamus, eíſque per patientiam ſuperiores euadimus, ad longè etiam maiora parati. f Propter eius amorem, qui tanta nobis oſtendit,

dile-

dilectionis efficaciſsima teſtimonia. a Confido aũt in Domino, & certus ſum in gratia eius, quòd neque mortis comminatio,neque longe vitæ promiſsio,nec angeli, neque principantes eis, nec ſpiritusvirtutes operãtes,nec boni,nec mali, b nec inſtãtia,aut præſentia ſiue bona ſiue mala,nec futurã,nec vlla potẽtia,nec quicquàm eorum quæ ſunt in cælo ſurſum, aut ſub terra deorſum, c nec vlla (ſi quę eſt)creatura alia,nobis poterit auferre charitatem Dei, quã habemus in Chriſto Ieſu domino noſtro.

a Certus ſum enim: quia neque mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes,

b neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo,neq; altitudo,neq; profundum,

c neque creatura alia,poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Elucidatio CAP.IX.

NE verò me exiſtimare poſsit aliqs, ea quæ dixiſſe videor in legis derogationem & Euãgelicæ gratiæ cõmẽdationẽ, odio gentis meæ protuliſſe: a Ecce in veritate,quã loquor ſine omni fictione & mendacio,corã Chriſto Ieſu,ſimul atteſtãte mihi cõſciẽtia mea,in ſpiritu ſancto,teſtor mihi triſtitiã magnã,& dolorẽ aſsiduũ eſſe in animo,amplius quàm cre-

TEXTVS

Cap. IX.

a Veritatẽ dico in Chriſto Ieſu, nõ mentior,teſtimonium mihi perhibente cõſciẽtia mea,in ſpiritu sãcto:quoniam triſtitia mihi magna eſt & contin

unus dolor capiti meo.

di poſsit, ꝓpter Iudæos, qui adhuc in ſua infidelitate permanētes, nolunt ſubijci fidei & Euāgelio Chriſti. a Vſqueadeò enim hæc res mihi cordi eſt, vt optarim atque etiámnū optē (ſi fieri poſſet, & ſic Deo foret beneplacitū) ea quā expecto mercede retributionis priuari, atque ita modo quodā à Chriſto (licet nō amicitia, tamē æterna etiā præſentia) ſeparari, b pro ſalute fratrum, ſi vel tali ac tanto precio eos poſſem à ſua infidelitate & ſubſequutura dānatione redimere, vt ad Chriſtū cōuertantur, & ſalui fiant. Tanti mihi eſſe illorum ſalutē verè profiteor. c Fratres autem meos voco filios Iſraël, qui ſunt cognati mei ſecūdùm carnalē parētelā, quoniā ab eiſdē parētibus Abrahā, Iſaac & Iacob, deſcēdimus: d ad quos ptinet filialis adoptio, quoniā & olim eos dn̄s propter patres ſuos in filios & populum peculiarem aſſumpſit, & in adoptione filiorum nouę legis, ex ꝓmiſsione patribus facta, primas etiam partes habēt. e Quorū eſt etiam

a Optabā enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto,

b pro fratribus meis:

c qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem, qui ſunt Iſraëlitæ:

d quorū adoptio eſt filiorum,

e & gloria,

etiã gloria magna in eo quòd mi
rabilia Deus, pro eis ac patribus
eorũ,feciſſe & exhibuiſſe cogno-
ſcitur. a Quibus olim teſtamen- *a & teſtamentũ,*
tum illud vetus,tanquàm ſingula-
re beneficium datũ fuit,& modò
nouum offertur,acceptare volenti
bus. b Quibus olim & lex data *b & legiſlatio,*
eſt,& obſeqa peculiaria, ritúſque *& obſequium,*
diuini cultus ex legis pręſcriptiõe,
fuerunt deputata. c Quibus etiã *c & promiſſa,*
promiſsiones plures factæ ſunt,tã
de temporalibus quàm ſpirituali-
bus bonis. d Quorum inſuper pa *d quorũ patres,ex*
tres illi ſunt,ex quibus ſecundùm *quibus eſt Chri-*
carnis generationem Chriſtus na *ſtus ſecundùm car*
ſci elegit, atque dignatus eſt,q̃ eſt *nem,qui eſt ſuper*
ſuper omnia verus Deus,in æter- *omnia Deus bene*
nũ benedictus,amẽ.Atque hæc o- *dictus in ſæcula,*
mnia beneficia populo Iſraëlitico *Amen.*
peculiatiter exhibita, quo magis
multa ſunt,& magna eo magis do
lor aggrauat̃ mihi in animo,cùm
eos video,quos tãtis Deus benefi-
cijs ſemp̃ eſt proſequutus,& qui-
bus etiã nũc omnia quaſi primis &
præcipuis offeruntur, obſtinato
animo ſolos reſiſtentes Euange-
lio

a Non autẽ quod exciderit verbum Dei.

lio Christi. a Neque verò hæc dico, quaſi ſentiã promiſsiones Dei factas Abrahæ, de ſui ſeminis multiplicatione & beatitudine prorſus factas eſſe irritas, vt non impleantur propter Iudæorum obſtinatã incredulitatẽ. Omnino enim implentur, in ijs, qui ſunt ſecũdùm ſpiritum Iudæi, & filij Patriarcharum. b Non enim exiſtimãdum eſt omnes eos eſſe coram Deo veros Iſraëlitas, qui ſecũdùm carnẽ ex Iſraël ſunt ꝓpagati: c Neque omnes eos eſſe filios Abrahæ coram Deo, qui carne ab eo fuerint diſſeminati. Qui igĩt ſunt Abrahæ verũ ſemẽ? d Illi ſoli qui ſecundùm Chriſtũ (cuius gerit typum Iſaac) Abrahæ ſunt filij per fidem. e Hoc eſt, non omnes qui ab Abrahã carnis duxerunt originem, Deus pro filijs eius habet, neque tales apud Deum Abrahæ filij reputantur: f ſed qui ex fide nati ſũnt ſecũdùm promiſsionẽ, ſicùt & Iſaac ex promiſsione eſt natus, hi, inquam, ſoli reputantur de ſemine Abrahæ apud Deũ, & inter

b Non enim oẽs qui ex Iſraël, hi ſunt Iſraëlitæ.

c neq; qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij,

d ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen:

e Id eſt, nõ qui filij carnis, hi filij Dei.

f ſed qui filij ſũt promiſsionis, æſtimãtur in ſemine.

eos

eos computãtur. a De Iſaac aũt quomodo p repromiſsionẽ ſit na tus, docet nos ſcripturæ teſtimoniũ, qđ in Geneſi dictum legitur ab angelis hoſpitio receptis: b iuxta condictũ reuertar ad te anno altero, & erit Saræ filius. c Nõ ſolùm autẽ Sara in vno filiorũ accepit promiſsionẽ, ſed etiã Rebecca vxor Iſaac, ex eodẽ cõceptu in vtero geminos habens, in vno tãtùm accepit repromiſsionem. d Cùm enim nondũ in lucẽ fuiſſent æditi, neque bene adhuc egiſſent aliquid aut malè: vt Dei propoſitum & prædeſtinatio, ſecũdùm electionem ſuã & ſuum beneplacitũ firma maneret, & nõ ex hominũ meritis pẽdere demonſtraretur, Rebeccæ cõſulenti dominũ dictũ eſt de alterius tãtùm electione, e nõ ex operum meritis vel demeritis, quæ nulla præceſſerãt, ſed ex præſcientia & electione Dei, quos ipſe vult eligentis, atque vocantis, pro ſuo beneplacito. f Dictum eſt, inquam, ei quòd minor (nempe Iacob) eſſet prælectus à Deo, vt ei ſubij-

a Promiſsionis enim verbum hoc eſt,

b ſecũdùm hoc tẽpus veniam: & erit Saræ filius.

c Non ſolùm aũt illa, ſed & Rebecca, ex vno cõcubitu habẽs Iſaac patris noſtri.

d Cùm enim nondũ nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecũdùm electionem propoſitũ Dei maneret:

e nõ ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei:

f quia maior ſerui, & minori, ſicut ſcriptum eſt:

ſubijceretur maior. Cui conſonat Malachiæ teſtimoniū, dicentis in perſona Dei: a Iacob erat & Eſau, & tamen Iacob dilexi, eum ad primogeniturā eligens, & benedictionē paternā ei cōferens, atque etiam ad hoc vt in eo cōplerē promiſsiōes patribus factas, b Eſau reprobato atque ab his omnibus retruſo, cui tamen videbatur ſecūdùm iudicium humanū, vt primogenito, iſta magis competere. c Quid verò ſuper hac re dicemus? Nūquid iniquitatem & iniuſtitiam facit Deus, dum hæc agit atque ſimilia, pro ſuo beneplacito eligendo & reprobando, ante vlla merita vel demerita? d Abſit, vt talem Deo impinguamus blaſphemiam. e Sic enim eſt quomodo ad Moyſem loquēs dicit dominus: Miſerebor ego, inquit, cui voluero & miſericordiā pręſtabo, cui mihi placitū fuerit exhibere miſericordiā. Significās nimirū, in ſuo beneplacito ſitū eſſe, miſereri miſericordiámque exhibere, vel nō exhibere, citra oēm iniuſtitiā. f Non eſt igitur

a Iacob dilexi,

b Eſau autē odio habui.

c Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deū?

d Abſit.

e Moyſi enim dixit, miſerebor cui miſertus ſum: & miſericordiā præſtabo, cui miſerebor,

f Igitur non volētis neq; currētis,

igitur humanę poteſtatis, interiori vllo animi motu, aut externa quauis, quātũuis vehemēti atque etiā laborioſa operatione, in Deo prædeſtinationē cauſare, Deíque prædeſtinationē cōparare, a quę ſolius eſt Dei miſerētis qbus vult, & quos vult ſine operũ conſydera tione prȩcedētiũ, ab æterno prȩde ſtinantis. b Et de reprobatione quidē malorũ, exemplũ habemus in Pharaone: de quo in ſcriptura legimus à dño dictum, ad ipſum: c Ego dominus te Pharaonem in regni ſoliũ exaltaui, & mentē iſtā rebellē & cor inobediens in te venire atque permanere permiſi & permittā, ad eũ finē, vt clarificetur in te potētia mea: quā in te puniēdo ſic demonſtrabo, d vt cũ laude & gloria prædicetur nomen meum in vniuerſa terra. Hũc ecce quia noluit, reprobauit: quem ſi voluiſſet pro ſua miſericordia, ſaluare vtique potuiſſet. e Itaque videmus ex hiſce exemplis, quemadmodũ Deus pro ſuæ voluntatis arbitrio, quibus vult, miſericor-

a ſed miſerentis eſt Dei.

b dicit enim ſcriptura Pharaoni.

c Quia in hoc ipſum excitaui te.

d vt oſtendam in te virtutem meā: & vt annuncietur nomen meum in vniuerſa terra,

e Ergo cuius vult miſeretur.

diter

& quem vult indurat. diter miſeretur: Alios, pro ſuo placito (ſi velit) obdurari permittit, atque in obduratione permanere.

a Dicet itaque mihi, a Verùm ex his quæ iã diximus, mouere forſitan aliquis poſsit quęſtionem, & dicere: *b Quid adhuc quæritur?* b Si prædeſtinari & reprobari, eligi & obduratum permanere, in ſola Dei eſt voluntate: quid ergo adhuc quærela ſit aduerſus malos, & reprobos? Nã ſic Dei volũtas eſſe videtur: atque proinde nec repræhẽdi & puniri debere vidẽtur, cùm ſit ex Dei voluntate (vt ex dictis colligi videtur) obduratio: atque per conſequens etiam malitia omnis, quæ ex ea procedit. *c volũtati enim eius quis reſiſtit?* c Nam eius volũtati, quis velit reſiſtere, aut quis ꝓ eo quenquam repręhendat, quod Dei impleat voluntatẽ? Compeſce teipſum ô homo, ab inquirendis huiuſmodi quæ ſupra humanum captum exiſtunt, profundiſsimis & ſecretis Dei iudicijs. *d O homo tu quis es, qui reſpõdeas Deo?* d Quis enim es tu ô homo miſer & mortalis, qui poſsis te Deo ex aduerſo opponere, ad criminandũ ſiue culpandũ iudicia eius? *e Nunquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit quid me fecaſti ſic?* e Queadmodum

dum enim id quod per artẽ fingit figulus, qualecunque tandem ſit quod fingitur, non obmurmurat aduerſus figulũ, dicens: Quid me feciſti ſic? Ita neque homo cõtra deũ murmurãdo ſe poteſt oppone re, quaſi ille malè nos finxerit aut malũ quẽquàm creauerit: a Habétne figulus qui in luto operatur, hanc ſuper luto poteſtatem, vt poſsit de eo facere quodcũque ſibi fuerit placitum, ſiue vas in vſum aliquem honorificum, ſiue aliud in vſum minus honeſtum, atque etiã cõtemptibilẽ? b Quid ſi etiam Deus volens oſtendere ſe ueritatem iuſtæ vindictæ ſuæ, & potentiam ſuam facere manifeſtam in punitione impiorum, toleret nunc in hoc tempore impios homines, qui ſint ei in nouiſsimo die vaſa iræ, in quæ videlicet tũc effundat iram ſuam, exercendo in eos vindictam iuſtitiæ ſuæ: c Vt ex altera parte reluceat copioſiſsima illa & ditiſsima gloria miſericordiæ eius, erga vaſa miſericordiæ quæ prædeſtinauit ab

a an non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere, aliud quidem vas in honorem aliud verò in contumeliam?

b Quòd ſi Deus volens oſtendere iram & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum,

c vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam.

æterno, atque per gratiã ſuam in tẽpore præparauit, vt effundat in eos, impleátque gloria ſua iſta ſi Deus ita velit, tu quis es qui reſpondens Deo, aut contra illũ ſuper hoc agas? a Atque hos quidem quos ſic præparauit in gloriam ſuam, ipſe elegit: nõ ex carnaliter Iudæis tantùm, ſed etiam ex Gentilibus. b Iuxta quod in Oſee Propheta dicit dominus: Vocabo, inquit, eos qui olim populus meus non erant, vt fiant, ſintque populus meus, in quo per gratiam inhabitem: & populum, qui anteà dilectus non fuerat propter idololatriam, vocabo habebóque poſt vocationem dilectum, vt ei benefaciam: & qui prius ſub ira detinebatur, extra gratiã & miſericordiã, vocabo cõſequutum miſericordiam. c Futurúmque eſt in tẽpore illo, vt in locis illis Gentiũ, vbi inhabitabant qui nõ erant populus Dei illic poſtmodum vocentur ſintque & babitent, non ſolùm populus, ſed etiam filij Dei viuẽtis. Populus enim Gẽtium, qui idololatria ſua erat non popu-

a Quos & vocauit nos, nõ ſolùm ex Iudæis, ſed etiã ex Gentibus.
b Sicut in Oſee dicit: Vocabo non plebem meã, plebem meam:
& non dilectam, dilectam: & non miſericordiam cõſequutam, miſericordiã conſequutam.
c Et erit in loco vbi dictũ eſt eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij dei viui,

populus domini, nõ miſericordiã conſequutus, & non dilectus, ſuſcepta poſtmodum fide, factus eſt populus domini, & dilectus & miſericordiam conſequutus. Atque hoc quidem Oſee vaticinium, apertè de copioſa Gentium, quæ modò impletur vocatione prædixit.

a Cæterùm de vocatione Iudæorum, & paucitate vocandorum ex eis Eſaias clamat, & palam loquitur, b dicens, Ex maxima & innumerabili multitudine filiorum Iſraël, reliquias aliquas (id eſt, paucos electos) ad ſalutem fidei peruenturas. c Erit autem & veniet ſuo tempore, qui conſummabit & perficiet verbum prædicationis, legis prolixitatem in pauciſsima & facillima præcepta Euãgelica cõtrahens abbreuiãs ipſum in iuſtitia & æquitate, quoniã perfectam iuſtitiã & ſufficientem ad ſalutem, includit abbreuiatum verbũ ſancti Euãgelij. d Dominus enim ipſe (vt modò dictũ eſt) verbum Euangelij abbreuiatum prædicari faciet in omnibus finibus

a Eſaias autem clamat pro Iſraël:

b Si fuerit numerus filiorũ Iſraël tanquàm arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.

c Verbum enim conſummans, & abbreuians in æquitate.

d Quia verbum breuiatum faciet dominus ſuper terram.

terræ:ad cuius prædicationem cõuertentur ad dominum prædeſtinati ex Gentibus,atque etiam nõnulli ex Iudæis præordinati, qui per legis prolixitatem,iuſtificationem & ſalutem perfectam,conſequi non poterant. a Et iterum dicit Eſaias:Niſi dominus exercituum in Chriſto nobis aliquos dediſſet,ſeruaſsétque electos,iam ſicut Sodoma & Gomorra omnes in obſtinatione & damnatione perijſſemus,nec eſſet vltrà memoria noſtri inter bonos & ſanctos fideles.Sua enim ſingulari miſericordia,adhuc aliquos ex Iudæis in fide recta ſeruat Deus, & ſeruabit vſque in finem mũdi propter ſanctos Patriarchas patres eorum,vt nõ penitus pereat populus ille,qui tam electos patres olim habuit de numero fidelium, & ſaluandorũ.

a Et ſicut prædixit Eſaias: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen,ſicut Sodoma facti eſſemus & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus.

b Quid ergo de his dicemus mirabilibus Dei iudicijs? Mirãda ſanè ſed vera ſunt quæ dicimus.Quòd gentes quæ iuſtitiam non requirebant,in apertis & enormibus peccatis ſine rubore viuentes, ſtatim audita

b Quid ergo dicemus?quod gentes quæ non ſectabãtur iuſtitiam,apprehenderunt iuſtitiam,

audita prædicatione Euangelica, credẽtes agentésque pœnitentiã, appræhenderunt iuſtitiã veram, a (iuſtitiam dico fidei) b Filij autem Iſraël, qui ex lege ſua quærebant iuſtificari,ſtudentes ſuis corporalibus cæremonijs peccata tollere,ad veram iuſtitiam(quantùm ad magnã eorum partem)non peruenerunt. c Et quare hoc illis euenit?Quia non ex fide quærunt iuſtificari,vnde debuerãt, ſed ex legis carnali obſeruantia,vnde non poterant,reſiſtentes enim Chriſto & eius doctrinã nolentes recipere, d ſic offenderunt vt caderent: & factus eſt eis qui erat ſaluator datus, eorũ peruerſitate, quaſi lapis offenſionis, & ſui caſus occaſio, e de quo ſcriptum eſt:Ecce ſuo tẽpore mittam in populo Iſraël lapidem offenſionis, & petram offendiculi, id eſt, Chriſtum Ieſum, in quem impingendo, & cui reſiſtendo ſeipſos lædent, & qui illis erit in ruinæ interitúſque occaſionẽ. f Omnis autem qui in illum non impegerit, ſed ei per fidem cum

a (Iuſtitiam autem quæ ex fide eſt)

b Iſraël verò ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit.

c Quare? quia nõ ex fide, ſed quaſi ex operibus.

d Offenderunt enim in lapidem offenſionis,

e ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali,

f & omnis qui credit in eum non confundetur.

charitate adhæſerit, non erit confuſus in nouiſsimo, ſed erit ei in ſalutem ſempiternam.

TEXTVS Cap. X.	Elucidatio CAP. X.
a Fratres voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deum, *ſit pro illis in ſalutē.*	Ita Terū dico vobis, fratres mei (ne quis de me ſiniſtrè ſuſpicetur, odio me habere gentem meā) deſyderium cordis mei vel ſummū id eſſe, ad quod etiam precibus, quantùm poſſum apud Deū, nitor aſsiduè, vt ipſi quoque Iudæi ad Chriſtū cōuerſi, fiant ſalui.
b Teſtimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem quidem Dei *habent,*	b Nā hāc rem in meipſo ſatis expertus, teſtimonium illis perhibeo, quòd zelum habeant, atque feruorem, quo ſe putant pro Dei gloria agere:
c ſed non ſecundùm ſcientiam.	c ſed inſipiens & ſtultus eſt eorum zelus, qui non eſt ſecundùm fidei ſcientiam: Imò fidei contrariatur. Idcirco enim tam feruidè aduerſus Chriſti nomē agūt, quoniam putant per Chriſti nomē, veri Dei (quē colunt) gloriam imminui: & ob hoc, ipſum impugnantes, Deo ſe putant præſtare obſequium.
d Ignorantes enim iuſtitiā Dei, *& ſuam quærentes ſtatuere,*	d Nam quia verā ignorant iuſtitiam, quæ ex fide eſt corā Deo: ſuam verò illam, quæ ex legis

legis operibus eſt coram hominibus, ſecundũm carnalem legis obſeruantiã, quærunt cõfirmare, nec permittere volunt, vt per legem fidei antiquetur, ita ſit, vt propter ſuam apparentem iuſtitiam, quã tueri mordicus & intertenere quęrunt, a iuſtitiam fidei quæ perfecta eſt coram Deo, non ſolùm non acceptent, ſed etiã impugnẽt. Quod ſummæ proculdubiò inſipientiæ & dementiæ eſt. b Totius enim legis veteris finis eſt Chriſtus, vt in eo, & per eum conſequantur perfectã iuſtitiam, omnes qui credunt in eum. Finis, inquã, eſt ad quem omnia legis, tã cęremonialia, quàm iudicialia præcepta reſpiciunt: ad cuius aduentum, ſuos obſeruatores lex præparabat, & ad quã ipſa ſuis teſtimonijs tranſmittit, ſibi ſubiectos. Denique ipſe finis eſt & perfectio, & conſummatio omnium tam cæremonialium, quàm iudicialiũ, quæ in eius morte facta ſunt irrita: Vnde patet, inſipienti admodum zelo illos agi, quo nunc oblatam fi-

a iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.

b Finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti.

dei iuſtitiam, recuſant, atque etiã impugnant. Nam de iuſtitia quæ ſecundùm legẽ & ex lege eſt, quàm ſit imbecillis atque inualida patet ex eo quod ſolùm à morte corporis cuſtodiebat obſeruãtes, nõ autem animam à peccatis iuſtificare potuit, a Iuxta quod Moyſes ſcripſit in libro Leuitici, quòd iuſtitiã quæ ex lege eſt qui opere impleuerit, viuet per eam, id eſt, Qui iuſtitias legis omnes, & præcepta omnia diligenter impleuerit, mortis pœnam atque etiam cæteras corporis pœnas tranſgreſſoribus deputatas, effugiet, nullum veræ iuſtificationis fructum ex legis obſeruatione aſsignans. b At verò fidei iuſtitia, hoc exigit atque poſtulat vt non dicas quaſi non dubius aut incredulus apud temetipſum: Quomodo fieri potuit qđ dicũt Chriſtiani, vt Chriſtus Dei filius de cœlis deſcenderit ad terras! c Et quis eſt qui aſcendit in cœlum? hoc eſt, vt illũ inde nobis deduceret, q huius rei certitudinẽ nobis poſsit exponere? Neque iterum

a Moyſes enim ſcripſit, quoniam iuſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit homo, viuet in ea.

b Quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit, Ne dixeris in corde tuo,

c Quis aſcendit in cœlum! id eſt Chriſtum deducere.

rum dicas dubius in corde tuo: Quomodo verũ eſſe poteſt quod dicunt Chriſtiani, Chriſtũ mortuum ab inferis reſurrexiſſe ad vitã! a Et quis huius rei cauſa, ad infernum deſcendit, id eſt, ad Chriſtũ excitandũ à mortuis reſuſcitandũque ab inferis? Hoc eſt, fidei iuſtitia, nõ operatione carnaliũ obſeruantiarũ cõſiſtit, ſed in hoc vt ſine vlla hæſitatione, aut dubitatione, ac ſine quæſtionibus, cõtradictionibúsque, ſimpliciter credatur Chriſtus Dei filius de cœlo deſcẽdens humanã aſſumpſiſſe naturã, eundémque poſtquã vt homo mortuus extitiſſet, tertia die ad vitam diuina ſua virtute redijſſe. Abſque quæſtionibus, inquam, eiuſmodi & hæſitationibus quæ fidei firmitati repugnant. b Sed iuxta ſcripturæ verbum (vt eam noſtro ſermoni noſtróque propoſito aptemus) prope & intra te eſt verbum fidei, & in corde tuo, & in ore tuo: ſi fidem rectam & corde credis, & ore confiteris. Et intra te totius Euangelij habere potes rationem,

a aut quis deſcẽdet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtum à mortuis reuocare.

b Sed quid dicit ſcriptura? Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.

rationem, ſi tantùm velis abſque hæſitationibus & interrogationibus eiuſmodi, ſimpliciter (vt oportet) credere. Nam fides ſola omnium eorum quæ credimus, tota ratio eſt. a Hoc autem verbum de quo nunc loquimur, in quo ſolo eſt perfecta ſalus, verbum ſancti Euangelij, eſt verbum fidei Chriſtianæ quod prædicamus: b Nēpe quod omnis qui in corde ſuo ſimpliciter firmitérque crediderit dominū noſtrū Ieſum Chriſtum, quòd ipſe verus ſit Dei patris filius, quē pater à mortuis tertia die reſuſcitauit, ac cætera quæ de illo ſanctum prædicat Euāgelium, ea etiam cùm opportunum fuerit ac neceſſarium, in ore confiteri non formidans, neque erubeſcens, ſalutem illi conſequetur, quiſquis tandē fuerit, ſiue Gētilis, ſiue Iudęus. c Tametſi enim fides quæ in corde eſt per ſe iuſtificet, non erit tamen ad ſalutem finalem ſufficiēs: d niſi & ore (cùm res popoſcerit, & occaſio occurrerit) paratus ſis quod corde credis, cōſtanter cōfiteri.

a Hoc eſt verbū ſidei quod prædicamus:

b quia ſi confiteâris in ore tuo Dominum Ieſum & in corde tuo credideris, quòd Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.

c Corde enim creditur ad iuſtitiā:

d ore autem confeßio ſit ad ſalutem.

teri. Atque ita de cæteris cęterorũ mẽbrorũ officijs: quæ omnia debent eã quæ in corde eſſe dicitur: fidẽ atteſtari, quæ fidei ſunt cõſona (cùm occurrit occaſio) libẽter operãdo. a Nam de hac ſalute omnibus indifferente, ſcriptura prophetica loquitur pro hoc tem pore gratiæ dicens: Omnis qui in Chriſtũ credit, fide viua & charitate formata, per quæ dilectionẽ operatur, nõ confundetur, ſed ſaluabitur. b Non enim nouit Deus (quãtùm ad hanc rem) vllã inter Iudæum & Gentilẽ differentiam. c Ipſe enim vnus idémque, omniũ hominũ ſine diſcretione aut exceptione, ex æquo vniuerſalis eſt do minus, copioſus in miſericordia, & liberalis admodũ in ijs quę ſunt ſa lutaria, erga omnes qui illum rectè (vt oportet) inuocauerint. d Omnis enim quicũque ex fide vera, & perfecta charitate inuocauerit nomen domini, de corde puro & conſcientia bona, ſalutem conſequetur æternam. e Sed vt inuocare poſſent, neceſſe erat vt prius

a dicit enim ſcrĩ ptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur.

b Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci.

c Nam idem dominus omnium di ues in omnes qui inuocant illum.

d Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ domini, ſaluus erit.

e Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt?

prius crederẽt in eum quem inuocarent. a Credere verò non poterant in eum, quem nunquàm audiſſent. b Neque rurſum audire potuiſſent, niſi aliquo prædicãte. c At qui prædicantes, vt veri ſint & apoſtolici prædicatores, neceſſe eſt vt mittantur à Deo. d De quibus prædicatoribus apud Eſaiam per admirationem ita legimus: Quàm mundis ſunt affectibus futuri, & quàm gratus eſt futurus illorum aduentus, quos mittet Deus ad annunciandum pacis per filiũ Dei terris allatæ, noua gaudioſáque nũcia, & præparata fidelibus bona cœleſtia. Itaque (à primo ad nouiſsimum colligendo ſermonẽ) nõ poſſunt inuocare ad ſalutẽ nomẽ domini, niſi mittãtur, qui prædicent eum quem inuocare oportet, Chriſtum Ieſum. e Verum quanquàm mittantur qui prædicent, non omnes tamen fidem habent Euangelio, quod prædicari audiunt. f Eſt apud Eſaiam teſtimoniũ, q de miſterio humanitatis Chriſti loquuturus, in pſona apoſtolo-

a Aut quomodo credent ei quẽ nõ audierunt? b Quomodo autẽ audient ſine prædicante? c Quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur? d Sicut ſcriptũ eſt: Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem euangelizantiũ bona.

e Sed non omnes obediũt Euãgelio,

f Eſaias enim dicit:

ſtolorũ nouæ legis loquitur domino, dicẽs: a Dñe perpauci admodũ ſunt, qui noſtro auditui, id eſt, verbo Euãgelij, quod à te audiuimus didicimúſque prædicandum populis, velint habere fidẽ: quíque doctrinam quam à te didicimus, velint ſuſcipere. b Ex quo patet, fidem haberi ex auditione prædicantis. Quanquã enim fidẽ in nobis principaliter ſpiritus ſanctus operetur interius, exterius tamen, ex miniſterio prædicantis, per auditionẽ comparatur: Ita vt apud Deum prima ſit & præcipua Euangelicæ prædicationis authoritas, eiúſque fructificationis, nempe fidei efficientia: auditus verò tantùm miniſterium præbeat operationi diuinæ. c Auditus autẽ eſt per verbum prædicationis ſancti Euangelij, quod per os loquentiũ inſonat in auribus audientiũ, vt poſtquã audierint, credãt. d Quęro autẽ. Num vlla excuſatiõe poſſint ſe excuſare, per hoc quod nó audierint, qui in incredulitate ſua hoc tempore publicationis Euangelij

a Domine quis credidit auditui noſtro?

b Ergo fides, ex auditu.

c Auditus autẽ, per verbũ Chriſti.

d Sed dico: Nunquid non audierunt?

gelij permanent? Nō eſt ſanè hac in parte, vllus excuſationi relictus locus. a Quandoquidem (iuxta Pſalmiſtæ teſtimonium) in omnes terræ partes exiuit ſonus prædicationis eorum, & in vltimas quoque habitationes orbis terrarum peruenerunt verba prędicantiū Chriſti Euangeliū. b Sed de populo Iſraël quid dicemus? Nunquid forſan ille non cognouit? Cognouit vel maximè: quanquàm aduerſus veritatē, excæcante inuidia, repugnauerit ſemper, atque etiamnum repugnet. c Dixit propter hoc Moyſes prior quidem, ſed tectius, & aliquanto occultius, pœnam infidelitatis eorum, in his verbis, ex pſona domini: d Ego dominus, vos filiōs Iſraël, ſi mihi fueritis inobedientes, vſqueadeò deprimam & populum Gentilium, quem vos quaſi nihilum & quaſi non populum reputabatis, ſic honorificabo & exaltabo: vt aduerſus illos odio ſitis, & indignatione commouēdi intra voſmetipſos, & inuidiam exerceatis aduerſus eos, quaſi iam vobis

a Et quidem in omnem terrā exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū:

b Sed dico: Nūquid Iſraël nō cognouit?

c Primus Moyſes dicit,

d Ego ad æmulationem vos adducā in non gentem,

vobis prælatos in ſalute: adeò vt ipſi eos iam inſequi debeatis, ſi ad eandem ſalutem velitis pertingere. a Et per populũ iſtum, qui vt inſipiens olim reputabatur, ad irã vos adducam: quando illos videbitis in ſalute, vobis quoque factos priores. b Eſaias autem poſterior poſt Moyſem, apertius etiam & clarius audet dicere, de Iſraëlitici populi abiectione, & Gentiliũ aſſumptione, ſub hac ſententia, in perſona domini: c Inuenerunt me (ait dominus) & ad cultũ meum ſe conuerterunt, qui me non ſolebant requirere, neque meum nomen reuereri, cùm in idololatria viuerent: d palam me illis exhibui & obtuli, qui me pro Deo ſuo non ſolent colere, nec tanquàm ad Deum pro neceſsitatibus occurrentibus ad me recurrere. e Ad populum verò Iſraëliticum, vocem longè diſsimilem loquitur, dicens: ſe continuo velut apertis vlnis ſtetiſſe, in modum expectantis & præſtolantis, ad recipiendum eos in ſalutẽ, ſi ad fidem voluiſſent conuerti,

a in gentem inſipientem, in iram vos mittam.

b Eſaias autem audet & dicit:

c Inuentus ſum à non quærentibus me,

d Palàm apparui his qui me nõ interrogabant.

d Ad Iſraël autẽ dicit, Tota die expandi manus meas ad populum nõ credentem, & contradicentẽ mihi.

verùm

verum illi credere recuſantes, etiã contradicere atque repugnare veritati, nihil formidarunt.

TEXTVS Cap. XI. *Elucidatio* CAP. XI.

a Dico ergo,

QVæ erat forſan aliquis, ex ijs quæ iam de Gẽtium vocatione, & Iudęorum pro magna parte obſtinatione, diximus.

b Nũquid Deus repulit populum ſuum?

b Nũquid Deus in vniuerſum totum illum Iudaicum populum abiecit aut reprobauit, quem olim tam peculiarem ſibi populum habebat, & vnicè clarum?

c Abſit.

c Abſit vt dicamus, in vniuerſum filios Iſraël omnes, à Deo eſſe reprobatos.

d Nam & ego Iſraëlita ſum, ex ſemine Abrahã, de tribu Beniamin.

d Alioqui & ego repulſus ſum, atque reprobatus qui ſum de filijs Iſraël, ſecundùm carnis propagationem natus, ex progenie Abrahæ, ex tribu Beniamin.

e Nõ repulit Deus plebem ſuã, quam præſciuit.

e Nequaquàm, inquam, Deus populum ſuum in vniuerſum repulit, ex quo multos adhuc ſaluandos prædeſtinauit atque præſciuit.

f An neſcitis in Helia quid dicit ſcriptura,

f Neque verò incommodè huic loco poteſt accõmodari, id, quod in ſacra hyſtoria de Helia legimus: Is enim (vt ex

ex ſcriptura vos noſce arbitor) cùm ad mortem quęreretur ab impia Iezabel, falſa exiſtimatione deceptus, in oratione ſua ad dominum, contra Iſraëliticum populũ loquebatur, allegãs neminẽ fuiſſe relictum præter ſe, qui Dei verus eſſet cultor. a Domine, inquit, populus iſte filij Iſraël ſeruos tuos Prophetas occiderunt, altaria in quibus tibi ſolita erant offerri ſacrificia, demoliti ſunt. b Ego verò ex omnibus filijs Iſraël relictus ſum vnus tui nominis cultor, & nunc etiam mihi quærunt vitã tollere. c Verùm diuina reſponſione admonitus, audiuit ſibi dicentẽ Dominum. d Tu te Helia ſolùm putas relictum, cùm ego mihi notos habeã vſque ad plura milia, quos per gratiam meã ſeruaui, mei nominis ſolius cultores, qui nullum vnquàm honorationis vel adorationis ſignum ſtatuæ Baal, neque vlli idolo exhibuerũt, nullum præter me Deum agnoſcẽtes, aut adorantes. e Sic (vt noſtro propoſito illam aptemus hyſtoriam) etiam

quemadmodũ interpellat Deum aduerſum Iſraël?
a Domine Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderunt.
b & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam.
c Sed quid dicit illi diuinũ reſponſum?
d Reliqui mihi ſeptem milia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.
e Sic ergo & in hoc tempore.

h nunc:

reliquiæ ſecũdùm electionem gratiæ Dei, ſaluæ factæ ſunt.

nunc in hoc tempore gratiæ Euã gelicæ, nihil dubitandum eſt: quã-quàm maiorem Iudæorum partẽ videmus in ſua infidelitate perma nere, tamẽ relictos eſſe, atque ſem per relinquendos fore, nonnullos ex vniuerſo populo Iſraël, quos Deus ſecũdùm electionem gratiæ ſuæ faciat ſaluos, ſic vt nunq̃ vniuerſum Iudæorũ genus, Deus credatur in totum abiecturus.

a Si autem gratia, iam non ex operibus,

a Si autem per gratiam Dei eligentis ſalui ſunt futuri, fiántque ſalui: nõ ergo ex operum debito, eo modo quo ex legis ſuę operib⁹ olim quęrebant ſalutem.

b Alioquin gratia, iam non eſt gratia.

b Nam ſi ex operum debito ſaluarentur, iam id quod eſt gratia (nempe ſaluari) non eſt gratia: quoniam ex debito foret, quod repugnat gratiæ.

c Quid ergo?

c Quid ergo dicimus! Aut quorſum hæc? d vt clareat nimirum, quoniam totus quidem Iſraëliticus populus quod quærebat ex lege ſua, nempe iuſtificationem & ſalutem, non potuit aſſequi:

d Quod quærebat Iſraël, hoc nõ eſt conſequutus.

e Electio autem conſequuta eſt,

e verùm qui electi ſunt ex eis, tanquàm reliquiæ quæ-

quædam,pauci admodum in comparatione totius populi, hi demum, nunc tandem conſequuti ſunt per fidem,quòd olim quærebant per legis carnalem obſeruationem. a Cæteri verò qui non ſunt ad fidem electi, in cæcitate ſua permiſsi ſunt & permittentur á Deo. b Sicut apud Eſaiam ſcribitur: quòd illos Deus in mẽtem malitioſam, inuidam, atque veritati ex propoſito repugnantem,& conſimilem peruerſum affectum,venire permiſerit, b vnde factum eſt: vt oculos habentes, quæ Dei ſunt non videant: & aures habentes,quæ veritatis ſunt audire non valeant: Inuidia nimirum,& oculos excæcante, & aures eis infœliciter obturante, quales in hunc vſque diem, obſtinati permanerent. c Quorum miſeriam & infidelitatem graphicè depingit Propheta Dauid: cùm per increpationis modum, quid ſecundùm diuinæ iuſtitiæ rigorem futurum ſit ijs qui Chriſtum impugnauerunt, impre-

a cæteri verò excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt:

b Dedit illis De*us ſpiritum compunctionis,*

b oculos vt non videant, & aures vt non audiant,

vſque in hodiernũ diem.

d Et Dauid dicit:

a. Fiat mensa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem, & in ſcādalum, & in retributionem illis.

b. Obſcurētur oculi eorum, ne videant.

c. & dorſum eorum ſemper incurua.

cando prænunciat, dicens: a Car-
nalium promiſsionum apparatus
(in quas ſemper intentos habent
mentis ſuæ oculos) fore illis occa-
ſionem mortis, tāquàm laqueum,
quo irretiantur ad perditionē: fo-
re etiam illis in retributionem fi-
nalem, poſtquàm nō ſperēt aliam:
& in offendiculū, qđ illos ab æter
na faciet ſalute cadere: quia dum
tēporalibus inhærēt promiſsis, cœ-
leſtia & ſempiterna lōgè meliora,
negligunt. b Obſcurabitur (in-
quit) acies mentis eorū: ſic vt veri
tatem videre nequeāt, c & ſemp
ipſi in ima reſpicient, quomodo ſo
lent, qui dorſo incuruato incedūt:
idque vel tēporalia ſemp bona re-
ſpiciendo, vel ſub pondere, & ſer-
uitute legis grauiter ſudādo. Quę
omnia ſic fieri apertè videmus: q̄n
propter temporalium promiſsio-
num reſpectum, in quem intendūt
ex legis cōſuetudine, Chriſtū abſ-
que illis venientem contēpſerunt,
& ab æterna retributione cecide-
runt. Et qui (ſi veritati voluiſſent
acquieſcere) illuminari potuerant

oculis

oculis,atque per libertatem Euangelicam exonerari ab onere legis, in ſua cæcitate obſtinati permanent,obſcurati oculis mentis ſuæ: & dorſo adhuc incuruato,ſub pōdere legis ſudant. a Sed iterum quærimus,nūquid ſic offenderūt Iudæi in hac ſua obſtinatione,tātùm vt caderent,ſine vlla vtilitate alia,aut ſine ſpe reparationis eorūdem? b Non ita eſt,quoniā infidelitatē eorum cōſequuta eſt,grādis eſt vtilitas,& omnino eſt caſus reparabilis. c Quorum prius quidem ex eo patet,quòd illorum malitiam Deus conuertit in bonū:qn̄ ex occaſione infidelitatis & malitiæ eorum ſalutē miſit populo Gētium,Iudæis enim repugnantibus verbo Euangelij,Apoſtoli ad Gentes conuerſi ſunt, atque ita, occaſione malitiæ Iudæorum,ſalus venit Gentilibus: d ſic vt iam cogātur hos imitari,& inſequi,tāquàm apud quos ſalus vera inhabitet, & per hos illi prouocentur,ad ſalutem:quomodo olim econtrario, Gentiles æmulabantur Iudæos,

a Dic ergo,Nūquid ſic offenderunt vt caderent?

b Abſit.

c Sed illorum delicto ſalus eſt gentibus,

d vt illos æmulētur.

eos inſequentes, & ab eis quodã-
modo ad legem tranſeundo, ſa-
a Quòd ſi delictũ illorum diuitiæ ſunt mundi, lutis modum poſcentes. a Quòd
autem nõ ſit eorũ lapſus irrecupe
rabilis, ita oſtenditur: quoniam ſi
Iudæorum peccatum, occaſio fue-
rit quòd mundus ſit ditatus, ſalu-
te vndequaque diſperſa & cir-
cunfuſa, quæ prius in paruulo Iu-
dææ loco deliteſcere videbatur,
b & diminutio eorum, diuitiæ gẽtium: b & ſi credẽtium Iudæorum pau
citas, occaſionem dederit, vt apud
Gentes conuertantur plurimi:
c multò magis indubiè & mun-
c quantò magis plenitudo eorum? dus ditabitur, & Gentes honorifi-
cabuntur, ex illorum plenitudine,
id eſt, ſi etiam ipſi cõuertantur ad
fidem, vt impleatur, tam ex Iudęis
quàm ex Gentibus, ouile domini:
quomodo futurum eſt in fine ſæ-
culi, quando mundus (omnibus o-
mino in vnam veram fidem con-
cluſis) copioſiſsimè diues erit, vn-
dique pulſa egeſtate verbi Dei, &
eius atque omnium ſpiritualium
bonorum abundantia, vbique re-
dundante in vniuerſa terra. Neque
metuendum Gentibus de illorum
reditu.

reditu. a Quinimo vobis Gentibus audacter dico & liberè: quandiu vt ſum, permanebo Apoſtolus Gentium, miniſterium iſtud mihi commiſſum, tanta diligentia propono excercere, vt etiam vltra mihi commiſſos, quo ſic honorabilius velim extendere ad hoc, laborando, (quantùm in me erit) vt & Iudæi ſalutem conſequantur: b vt quoquo modo ad veſtri æmulationem in bonum, veſtrámque imitationem, prouocem illos fratres carnis meæ, & ſaluos faciam, vel aliquos ex illis. Omnino enim expetenda eſt, & votis omnibus depoſcenda, illorum ad Chriſtum conuerſio. c Si enim illorum à Deo propter incredulitatem defectio, orbi penè vniuerſo occaſionem attulit reconciliationis, per ſancti Euangelij prædicationem quæ ab illis repulſa, in Gentes pertranſijt, d quid tñ eſt futurũ, & quam gaudẽda res erit, ſi etiam ipſi rurſus aſſumantur ad fidem? Nihil aliud ſanè, quàm ſi à mortuis quis ad vitam redeat. Hoc

a Vobis enim dico Gentibus, quãdiu quidem ego ſum Gentiũ Apoſtolus, miniſteriũ meum honorificabo:

b ſi quo modo ad æmulandum, prouocẽ carnem meã, & ſaluos faciam aliquos ex illis.

c Si enim amiſſio eorum, reconciliatio eſt mundi.

d Quæ aſſumptio niſi vita ex mortuis?

eſt:grande illis reaſſumptis erit beneficium,& cæteris omnibus magni materia gaudij,nulli verò vllum exinde nocumētū: quomodo mortuo ad vitā redeunte, gaudēt omnes,& nemo detrimentū patit. a Et planè iuxta generis cōditionem,nō incōgruum,nec indignū videtur,vt reaſſumantur aliquando Iudęi,ratione patrum ſuorum: quoniam delibationi merito debet reſpondere maſſa, & radici,q ex ea procedunt rami. Iudæorum verò populus,qui tanquàm maſſa vna reputatur,delibationem ſanctam habuit atque fidelē, b & ex ſancta radice, ipſi tāquàm rami ꝓceſſerūt,nēpe ex Patriarchis, & Prophetis,q fuerunt fideles &Deo bene credētes.Ipſi enim ſunt delibatio &radix,totius maſſæ ab eis propagatæ,& omnium ramuſculorum ab eis poſtmodum naſcentium.Talis ergo cùm fuerit eorū origo,talis eorum delibatio, taliſque radix:non eſt ob patrum merita,de eorū ſalute deſperandū penitus.Neque vobis Gētilibus,vlla ratio-

a Quòd ſi delibatio ſancta eſt,& maſſa,

b & ſi radix ſancta,& rami,

ratione aduerſus illos, eſt ſuperbè aut contentioſè gloriandum. a Eſto enim, ex illis ramis propter infidelitatem plurimi exciſi ſint, vos verò de oleaſtro ſterili aſſumpti ex parentibus idololatris progeniti, illorum loco inſiti eſtis & implãtati bonæ oliuæ, ſecundùm ſpiritum filij Patriarcharum facti, illis qui ſecundùm carnem videbantur exciſis, deinde radici aſſociati & coniuncti, per virtutem fidei, participes facti eſtis ſpei promiſsionum cœleſtium illis factarum: b Noli tamẽ quiſquis ex Gẽtibus credidiſti, ſuperbè gloriari, aut cõtendere, aduerſus illos qui rami erant & exciſi ſunt. c Quòd ſi gloriari omnino velis, dicetur tibi ad compreſsionem elationis tuæ, quia non ſuper te (frater) radix plantata eſt, ſed tu ſuper radicem adiunctus es: atque ideò potes & tu excidi, atque effringi, quemadmodum & illi effracti ſunt, & à radice ſua euulſi. d Si rurſus cõtendis, dicens: Effracti ſunt & exciſi rami illi tanquàm

inuti-

a Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autẽ cùm oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es:

b Noli gloriari aduerſus ramos.

c Quòd ſi gloriaris, non tu radicẽ portas, ſed radix te.

d Dicis ergo.

Fracti ſunt rami, vt ego inſerar.

a Bene: ppter incredulitatẽ fracti ſunt.

b Tu autem fide ſtas:

c noli altum ſapere, ſed time.

d ſi enim Deus naturalibus ramis non pepercit:

ne fortè nec tibi parcat:

e Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei.

f In eos quidẽ qui ceciderunt ſeueritatem:

inutiles, vt ego inſererer. a Rectè quidem dicis illos exciſos eſſe, ſed propter incredulitatem, non propter generis ſui abiectionem exciſi ſunt: b quemadmodum & tu nunc ſtas, & in radice manes, ſed per fidem non ratione tui generis, aut alia quacunque ex cauſa. c Propter quod ne ſuperbè ſapias, nec tibi placeas nimiùm ſed in timore age ſolicitus: ne fortè & tibi contingat, à fide (quæ eſt Dei donum) excidere, atque ita ex bona oliua eijci. d Si enim Deus, eos qui naturalis carnis propagatione à vera radice, id eſt, ab ipſis Patriarchis deſcenderunt, propter infidelitatem, ſecundùm rigorem iuſtitiæ ſuæ abiecit, & extra electorum numerũ reprobauit, tibi quoque metuendum eſt, donec in hoc corpore agis, nequando idipſum cõtingat, e conſydera verò hîc, & attentius intuere, ſimul in Deo, & miſericordiæ benignitatem, & iuſtitiæ ſeueritatem: f Hanc quidẽ, aduerſus exciſos reprobóſque infideles ramos, manifeſtius oſtẽ-

ſam

ſam: a Illam verò, in vobiſipſis ex Gentibus conuerſis, qui illorum loco eſtis inſiti : ſi tamen permanſeritis vſque in finem, dignè viuentes illa benignitate, quā vobis præſtitit Deus. b Alioquin & tu qſquis fueris, ſine perſonarum acceptione, eijcieris atque reprobaueris. c Sed & illi ſi non permanſerint in ſua infidelitate, velintque reuerti ad fidem Chriſtianam, iterum reaſſumentur in bonam oliuam: & infidelium numerum, vnde exciderunt, rurſus deputabuntur.

d Neque enim tam impotens eſt Deus, quin illos iterum poſsit (ſi modò ipſi velint) vnde ſemel eiecit, inſerere. e Si enim tu Gentilis, qui naturali propagatione, oleaſtri ramus eras, ab infidelibus parentibus, ſecūdûm carnem progenitus, inſitus eſt contra natiuitatis rationem, in oliuam bonam, filius Patriarcharum propter fidē effectus: f multò apparentius eſt de ijs, qui ſecūdùm naturalem carnis propagationem ab illis deſcende-

a in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate,

b Alioquin & tu exciderus.

c ſed & illi ſi nō permãſerint in incredulitate, inſerentur.

d Potens eſt enim Deus iterum inſerere illos.

e Nam ſi & tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturā inſertus es in bonā oliuam:

e quantò magis hi qui ſecundùm naturam inſerentur ſuæ oliuæ?

Digitized by Google

ſcenderunt,vt iterum inſerantur in ſuam oliuam: ſi reuerti ad ſuæ originis ſimilitudinē velint:id eſt, ad fidem,quæ in patribus eorum ſemper claruit.

a Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, vt nō ſitis vobiſipſis ſapientes:

a Ne verò ſitis in oculis veſtris ſupra quàm oportet ſapientes,ac(vt ſolent eiuſmodi) vobiſipſis nimium placentes,ecce ocultum vobis pandam,de Iudęorum in fine mūdi reditu myſteriū.

b quia cæcitas ex parte contigit in Iſraël.

b Dico enim,quòd Deus cæcitatem infidelitatis venire ac manere permiſit ſuper bona parte populi Iſraëlitici,

c donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret.

c donec plenitudo electorum ex gētibus,ad fidem intrauerit:atque ita demum in fine ſæculi,pariter omnes cum Gētilibus in vnam fidem reuertantur,vt fiat vnum ouile & vnus paſtor: iuxta quod ſcriptū eſt in Eſaia:

Sicut ſcriptū eſt: d veniet ex Syō, qui eripiat,& auertat impietatē à Iacob.

d Veniet ex Syon,qui eripiet & auertet auferētque & tollet peccata,à populo Iſraël.

e Et hoc illis à me teſtamētum, cùm abſtulero peccata eorum.

e Et hoc à me diſpoſitum eis teſtamentum tunc implebitur,cùm per fidem,ipſis peccantibus,dimiſero eis peccata eorum. Quod vaticinium ſicut partim impletum eſt in Chriſti primo aduentu,

tu,ita implebitur perfectius in fine mundi. a Sunt ſanè modò ratione Euangelij,cui nolūt acquieſcere,ſub odio & ira Dei: b manēt tamen ratione electionis patrum ſuorum,Deo apprimè dilecti:ſi tātùm velint ad fidem ſeſe conuerte re. c Quæ enim Deus ſemel dat vel promittit,ſic facit ſine pœnitētia & retractione:ita(vt quantùm ex parte eius eſt)nō reuocet quod dedit,neque neget quod promiſit: niſi nos donis acceptis ipſi faciamus indignos aut obſtemus ipſi quo minus in nobis impleātur promiſſa Dei. d Queadmodū enim vos qui olim non credebatis, nūc Dei miſericordiam inueniſtis, & fideles facti eſtis, occaſione incredulitatis Iudæorum:ſic & illi modò in Euāgelij gratiam & miſericordiam,quam vos creditis,credere recuſant. e Vnde fiet,vt tandem quum ſe viderint ſpe ſua fruſtratos,ad eandem gratiam confugientes,quam in vobis vidēt,miſericordiā inueniāt. f Ecce prolixiſsima deductione videtis quoniam

a Secūdùm Euangelium quidē inimici,propter vos: b ſecundùm electionem autē chariſsimi,propter patres.

c ſine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio Dei.

d ſicut enim aliquādo & vos nō credidiſtis Deo, nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis, propter incredulitatem illorum:ita & iſti nunc crediderunt in veſtram miſericordiam,

e vt & ipſi miſericordiam conſequantur.

f Concludit enim Deus omnia in incredulitate vt omniū miſereatur.

niam admirabili & nouo conſilio, Deus omnes tã Gentiles quàm Iudæos, incredulitate teneri permiſit vt omnibus ſuo tẽpore miſericordiæ ſuæ impenderet beneficiũ. Gẽtiles quidem ſub tempore legis naturę & Moſaycæ, vt in tempore nouæ legis vocarentur ad miſericordiã. Iudęos verò modò ſub tpe gratiæ, vt in fine ſæculi ad miſericordiam reuocẽtur. a O profunditatem inexhauſtam theſaurorũ ineſtimabilis ſapientiæ ac ſciẽtiæ Dei, quàm ſunt modis omnibus incomprẹhenſibilia iudicia eius occultiſsima, & nimis admirãda, quibus omnia ęquiſsimè & rectiſsimè iudicat, gubernat atque diſpẽſat: b & viæ eius rationẽsque & modi, qbus agit omnia prorſus à nullo intellectu creato, valẽt vllis perueſtigationibus inueniri. c Nec enim quiſquàm eſt, qui propoſitũ diuinæ mentis, per ſe poſsit, aut potuit vnquã, cognoſcere. d Neque à quoquâm expoſcit conſilium, neque cum quoquàm, velut minus per ſe ſapiens, communicat

a O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius.

b & inueſtigabiles viæ eius!

c Quis enim cognouit ſenſum domini!

d aut quis conſiliarius eius fuit!

ſua conſilia, qui per ſe ſibi ſuffi-
ciẽtiſsimus eſt, ipſa nimirum æter
na ſapientia. a Denique, quis
eſt qui de hoc gloriari poſsit, qua-
ſi Deo prior aliquid dederit, vt
ſic ex debito accipiat retributio-
nem? Nemo certè quicquàm ei
prior dare poteſt, quod non ante
ab illo acceperit. b Quoniam ex
ipſo tãquàm omnis bonitatis fon-
tali & in exhauſto principio: & p
ipſum velut vniuerſale principiũ
efficiens: & in ipſo tanquàm in fi-
ne vltimo & optimo, & conſeruan
te benigniſsimo, procedunt, efficiũ
tur, conſeruantur, & ſunt, quæcun
que creata ſunt vniuerſa. c Cui
omnium creatori, laus ſit & gloria
in æternitate, Amen.

a aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

b Quoniam ex ipſo,

& per ipſum, & in ipſo,

ſunt omnia.

c Ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amẽ.

Elucidatio CAP. XII.

His itaque ſic cõpoſitis & ſub
peccato, vt nemo glorietur,
omnibus concluſis: nunc demũ ad
ea quæ mores, queãt inſtituere ſer
monem paululùm diuertamus.
a Obſecro itaque vos per eã miſe
ricordiã, quàm à Deo communiter
omnes qui credidiſtis experti eſtis:

TEXTVS Cap. XII.

a Obſecro itaq; vos fratres, per miſericordiam Dei,

a vt exhibeatis corpora veſtra. a vt corpora veſtra, quę hactenus vel Gentilibus ritibus, vel Moſaycis exhibuiſtis obſeruantijs, cõuerſi ad fidem Chriſti, nunc ſtudere exhibeatis oblationem Deo, b in opera nonæ vitæ, in omni ſanctitate: ſic vt placeat Deo, qui eſt omnis ſanctitatis & veritatis amator. c Sitque amodo obſequiũ, quod Deo præſtare vultis: non vt olim Gentium irrationabilẽ, nec vt Iudæorum carnale, ſed rationabile, atque ſpirituale, vt Deũ (qui ſpiritus eſt) ratione magis & ſpiritu, quàm corporalibus ſacrificijs, colere ſtudeatis. d Et ne vitam veſtram ducatis ad ſimilitudinem, & modum hominum huius ſæculi, in vitijs & concupiſcentijs: ſed nouam viuẽdi formam, ſecũdùm ſancti Euangelij doctrinam aſſumite, ſecundùm nouitatẽ mentis veſtræ & ſpiritus, quem in baptiſmo accepiſtis: e vt ipſo opere experiamini & experiẽtia probetis, quid ſit quod fieri, aut omitti velit Deus, quod bonũm ſit Deóque beneplacitum, ſiue acceptum & perfectũ.

b hoſtiam viuentem, ſanctã, Deo placentem:

c rationabile obſequium veſtrum.

d Et nolite conformari huic ſæculo, ſed reformami ni in nouitate ſenſus veſtri,

e vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta.

fectum. a Peculiariter autē,quātùm ad ſuperbiæ vitiū ſecundùm gratiam Apoſtolici muneris, quæ mihi àDeo eſt data,vt ſim fidelis, omnes vos hortor ac moneo: ne quiſquàm de ſe ſentiat amplius, quàm oporteat,néve ſibi quis nimium placeat. b ſed hortor, vt ad mediocritatem quiſque de ſe ſapiat & ſentiat,ſecūdùm id quod in ſe eſt,& eo modo quo oportet: c Iuxta menſurā fidei,qualitatem videlicet & quantitatem, q̄ à Deo accepit,nihil de ſe amplius præſumendo extra debitam menſuram. d Quemadmodum in vno corpore multa cc nſpiciuntur membra, diuerſis deputata officijs & operationes diuerſas habētia:ita fideles omnes, vnum corpus cōponimus cuius Chriſtus caput exiſtit,cuiuſque ſpiritu,totum corpus illud cū capite ſuo in vnum compingitur & coaptatur: e Sumus verò mēbra inuicem cohærentia, habētes dona ſecundùm multiformē gratiā Dei,qua nobis:alteri hæc,alteri illa,pro Dei placito diſtribuitur

i diuerſa

a Dico enim per Gratiam,quæ data eſt mihi,omnibus qui ſunt inter vos,nō plus ſapere quàm oportet ſapere,

b ſed ſapere ad ſobritatem:

c & vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei.

d Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eundē actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.

e Singuli autem alter alterius mēbra: habentes autem donationes, ſecundùm gratiā quæ data eſt nobis,differentes:

diuerſa quibus inuicem alter alte
a ſiue Prophetiā ſecundùm rationem fidei: ri deſeruimus. a Sunt enim, qui
Prophetiæ donum ex gratia Dei
acceperunt, quæ proportionari ſo
let fidei eius qui accipit, per quam
occulta fidei myſteria illuſtrati, re
ctè capiunt & intelligunt: vt alijs
quoque illuminādis, ipſi ſufficiāt.
b ſiue miniſteriū, in miniſtrando: b Sunt alij qui adminiſtrationi:
cuiuſlibet munus à Deo acceperūt
ſiue in ſpiritualibus, ſiue in corpo
c ſiue qui docet, in doctrina: ralibus miniſterijs. c Sunt, qui
docendi gratiā habent, vt poten-
tes ſint & alios docere, qui minus
d Qui exhortat̃, in exhortando: intelligunt. d Sunt, qui ex Dei do
no, in ſuccedendo ad bonum fra-
trum animos, plurimum valent.
e Qui tribuit, in ſimplicitate: e Sunt quibus eſt, vnde in ſimpli
citate cordis ſui, ob Dei amorē, be
nignè & liberaliter ſuccurant egē
f Qui præeſt, in ſolicitudine: tibus. f Sunt quibus aliorum cu
ra eſt à Deo commiſſa, vt ſibi cre-
ditis cum ſolicitudine inuigilent.
g Qui miſeretur, in hilaritate: g Alij hoc à Deo acceperunt, vt
quomodocūque iuxta ſuæ faculta
tis & virtutis proportionē, miſeri-
cordiā præſtēt, ſi nō rebus, ſaltem
animo, ijs q̃ miſericordia indigēt.

Eſt

Eſtq́ue hoc domũ Dei, vt in cordis hilaritate alacriter id queant agere,quod per ſe alioqui moleſtũ eſt corpori.Denique varia admodũ & multiformia ſunt Dei dona. a Veruntamẽ in omnibus ſemper dilectio adſit neceſſe eſt,eáque ſine fictione vera & integra. b Sitis quoque,neceſſe eſt,in omnibus ſemper declinantes à malo, omnẽ etiam mali occaſionẽ ſolicitè fugientes,& bona diligentiſsimè ac ſedulò ſectantes, c charitate fraterna & amore mutuo, inuicem familiarius & viſceroſius diligentes: d ad fouendã mutuã beneuolentiã ſtudentes inuicem deferre, & modeſtis peruenire honorationibus:abſque pigritia ſemper ſoliciti ac vigilẽtes: e ſpiritu per dilectionẽ,ad queque bona feruentes:in omnibus quæ agitis,ſemper domino veſtrã ſeruitutẽ exhibentes:in cœleſtiũ expectatione ac ſpe gaudentes:in tribulationibus,propter ſpem venturorũ bonorum(ſi quæ occurrant pro Chriſti nomine perferenda)exhibentes illęſam

a Dilectio ſine ſimulatione,

b odientes malũ adhærentes bono,

c Charitate fraternitatis inuicẽ diligentes.

d honore inuicem præuenientes,ſolicitudine non pigri.

e ſpiritu feruentes,domino ſeruiẽtes,ſpe gaudẽtes, in tribulatiõe patientes, orationi inſtantes,

Digitized by Google

a Neceſsitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes.

b Benedicite perſequentibus vos. Benedicite & nolite maledicere.

c Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.

d Idipſum inuicem ſentientes.

e Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.

patiētiam, in orationibus aſsidui: a Chriſti fidelium inopiæ, iuxta facultatis cōditionem, de proprijs miſericorditer ſubuenientes: Erga exteros quoque hoſpitalitatis beneficium libenter & ſtudioſè exercentes. b Benedicite ijs qui vos perſequūtur, eis, pro malis quæ ingerunt, precādo bona. Benedicite, inquā, tanquàm benedictionis filij & à maledictione prorſus abſtinete, quæ ſeruis Dei non conuenit. c Cum ijs qui ſpirituali & ſancto gaudio gaudent, pariter gaudete: & cū ijs qui in afflictionibus agūt, ex compaſsione pariter dolete. Nā inuidorum eſt, alijs gaudentibus contriſtari, & gaudere dolentibus proximis, quod Chriſtianum non decet. d Eundem erga inuicem benignitatis affectum habentes, quod in proximo eſt, quaſi in vobiſipſis ſentientes, aut idem ſentiētes adinuicem vt non ſitis in ſententia fidei diſſentientes, e Non magna vobis, quæ ſupra vos ſunt, perſuadentes, nec ſublimia quęrentes: ſed humilibus vos accomodantes:

tes: humilibus vos adiungentes, humilia ſectantes. a Nō ſitis prudentes in oculis veſtris vobiſmetipſis per ſuperbiam vanè placentes: b Nemini vnquàm malū pro malo ex ira reddētes, quod ſaluator vetuit: c prouida circunſpectione curātes, vt quæ agitis bona non ſolùm Deo ſint accepta, ſed etiā coram omnibus hominibus in exēplum valeant lucere, ad gloriam Dei vt veſtro exemplo, cęteri quoque, ad boni æmulationē prouocentur. d Quantū fieri poterit cum omnibus hominibus pacem habere ſtudentes, vt (quantùm in vobis eſt) nemini vnquàm iuſtam aut rationabilē turbationis aut irę cauſam, detis. e Non proprias iniurias vindicantes chariſsimi, nec voſmetipſos de aduerſarijs per irā & vindictæ amorem vlciſci quærētes, quod Chriſtus vetuit: f ſed credēdo potius, ira aduerſarij vincenda eſt, quàm iracūda vindicta. Qui enim per patientiam cedendo locum dat iræ: plerunque aut iram declinat, aut frangit, ſedátque

a Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos:

b Nulli malum pro malo reddentes:

c prouidentes bona, non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.

d Si fieri poteſt (quod in vobis eſt) cum omnibus hominibus pacem habentes.

e Non voſmetipſos defendētes, chariſsimi:

f ſed date locū iræ.

que, aut minuit quã reſiſtendo ac vindicando, magis exagitaſſet.

a Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.

a Nã quod ipſi de noſtris iniurijs nõ vindictam debeamus per nos quærere, vox domini in cantico Moyſi loquẽtis, nos docet. Ad me inquit, ſpectat vindicta, & meũ eſt vlciſci: Mihi cõmitte quod meum eſt, & ego ſuo tẽpore retribuã, ijs, qui faciunt iniuriã.

b Sed & ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum: ſi ſitit, potum da illi.

b Quinimo ſi eſuriẽ patitur qui ſe tibi inimicum exhibet, vt Euangelicam conſequaris gratiã, accuratè & ſtudioſè paſce illum: ſi ſitierit, potum da illi: & ſi in alia qualibet egeſtate cõſtitutum videris pro tua facultate ſtudiũ ſit tibi illius indigentię ſubuenire.

c Hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius.

c Sic enim faciendo, fieri poterit: vt illum lucrifacias, eiuſmodi beneficijs in tui amorẽ accendẽs, & in peccati ſui pœnitẽtiam inducens, quaſi carbonibus ſuper caput impoſitis atque cõgeſtis.

d Noli vinci à malo,

d Nõ te permittas à malo vinci, vt illi cõſentias, malúmque pro malo reddas, ſed ſtude (quod melius eſt) in bonitate malũ vincere,

ſed vince in bono malum.

& mali aſperitatem atque ardorẽ

per

per bonitatis dulcedinem mitigare atque extinguere. Malum enim malo creſcit amplius: ſed bonum & virtus facilè vincit omnia.

Elucidatio CAP. XIII.

Oa Mnis homo viuens in hoc corpore ſciat ſe ſubijci debere per obedientiam & reuerentiã prælatis à Deo in poteſtate conſtitutis. b Nõ enim eſt vlla poteſtas aut prælationis veræ ſupereminẽtia, quam Deus nõ cõſtituit, cuius prælati omnes, legitimi ſunt vicarij: c & illæ ipſæ quæcũque ſunt poteſtates à Deo cõſtat eas eſſe ordinatas: quæcũque à Deo ſunt, rectè ordinata atque inſtituta ſunt, & ſeruari iure optimo debent. d Ac proinde cõcluditur eũ qui obedire recuſans, poteſtati reſiſtit nõ homini tãtùm, ſed magis diuinæ ordinatiõi repugnare, cùm id quod Deus ordinauit & inſtituit, conatur infringere. e Qui verò diuinę ordinationi reſiſtũt clariſſimũ eſt eos hoc ipſo ſibi dãnationẽ cõciliare, pro ſuæ inobediẽtiæ demerito. Rectè aũt poteſtates â Deo

TEXTVS Cap. XIII.

a Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.

b Non eſt enim poteſtas niſi à Deo.

c Quæ autẽ ſunt, à Deo ordinatæ ſunt.

d Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.

e Qui autem reſiſtunt ipſi ſibi dãnationem acquirunt.

a Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.

b Vis autem non timere poteſtatẽ? Bonũ fac: & habebis laudem ex illa.

c Dei enim miniſter eſt tibi in bonum.

d Si autem malũ feceris, time. Non enim ſine cauſa gladium portat.

e Dei enim miniſter eſt vindex in iram, ei qui malum agit.

f Ideoque neceſſitati ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram,

inſtitutas eſſe atque ordinatas, patet. a Nã principes non ſunt dati ad timorẽ ijs q̃ operant̃ bonũ, ſed ijs qui malũ operãtur. b Si autẽ velis non timere poteſtatem, & ab eius ſeueritate eſſe ſecurus, nihil opus eſt, niſi vt mala fugiens, opereris quod iuſtùm ac bonũ eſt. Atque hoc faciens, non ſolùm non erit quid metuere debeas: quin & laudẽ & alia virtutũ præmia, pro honeſtis tuis actionibus ab ea potius reportabis. c Dei enim miniſter eſt à Deo tanquàm vicarius ſuo in loco conſtitutus, tibi quidẽ & omni bene agẽti in bonum, nẽpe in tutelam & defenſionẽ ab impijs oppreſſoribus. d Si verò qđ malum eſt & iniuſtum feceris, eſt indubiè cur timeas. Nec enim fruſtra, neque pro nihilo gladiũ portat, e Dei enim vicarius & miniſter eſt, vltionis gratia, ad exercendum iram & vindictam, aduerſus illos qui operantur quod malum eſt, & morte dignum. f Atque ideò quoniam Dei miniſter eſt à Deo conſtitutus, neceſſarium

eſt

eſt omnino, vt poteſtatibus ſitis ſubditi:non tantùm propter euitandam illorum iram & declinanda ſupplicia,ſeruili quodã timore, ſed etiam coram Deo ex dictamine cõſcientiæ veſtræ,quæ hoc iuſtũ & rationabile teſtatur. a Quẽ admodum vel ex eo facilè probari poteſt,quod tanquàm ex ſuperioribus,inferiores illis tributa ꝑſoluitis:quod ſanè veræ eſt ſubiectionis ſignum. b Sunt enim miniſtri Dei,ab eo inſtituti authoritatè habentes,& eius locum tenentes,ad hoc ipſum ſeruientes:vt loco Dei (quemadmodũ ſuprà dictũ eſt) & bonis ſint in tutelam,& malis in vltionem. c Perſoluite itaque, vt iuſtũ eſt, omnibus ſua debita,Cui tributũ debetis,ſoluite illi:cui vectigal debetis, vectigal illi ſoluite:cui timorem & reuerentiã obedientiámque debetis,ſoluite: cui honorẽ debetis,ſicut debetis, ita ſoluite. d In ſumma, ad hoc laborate, vt quantũ in vobis eſt & fieri poterit,nulli ſubtrahatis quod debitũ eſt,nõ reddẽtes cùm poſsitis:

ſed etiam propter conſcientiam.

a Ideoq; enim & tributa præſtatis.

b Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes.

c Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum:cui vectigal,vectigal: cui timorem,timorẽ: cui honorem, honorem.

d Nemini quicquã debeatis,niſi vt inuicem diligatis.

ſus proximũ non patitur exercere eũ,in quo ſecũdùm veritatem inſuerit. a Itaque totius legis quę- dam plenitudo & integritas, vna dilectio eſt:quia ipſa eſt,in qua im plẽtur ſimul omnia,quę lex quo ad proximum obſeruanda præcipit.

a Plenitudo ergo legis, eſt dilectio.

b Atque hoc,nẽpe dilectiõi vacare,amplius mó nos cõuenit obſeruare:attẽdẽtes cõſyderãtẽſque cõditionẽ tpis in quo ſumus,quoniã iam nouiſsima hora eſt,& tempus vt à ſomno exurgamus: Id eſt,ab infidelitate,vel à torpore, vel etiã ab ocioſo legis cultu.

b Et hoc ſcientes tempus:quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

c Nũc enim appropinquauit regnũ cœlorũ,& propinquior eſt nobis noſtra ſalus modo,quàm olim,quando credendo expectabamus ſalutẽ adhuc vẽturã,& per Chriſtum operandam, quam nũc credimus & ſcimus per Chriſti aduentũ operatã & cõpletã,nihilque reſtare amplius,quàm vt ſalutem operatam & oblatam, per fidem acceptemus.

c Nunc enim propior eſt noſtra ſalus,quam cum credidimus,

d Noctis tempus iam abijt,& expirauit duratio eius:Id eſt,infidelitatis tenebræ, & legalium obſcuritas , iam præ-

d Nox præceſsit:

a dies autem appropinquauit.

præterierũt. a Dies verò (qui eſt tempus lucis) iam aduenit illuceſcente Sole iuſtitię, & claritate ſancti Euangelij, vbique radios ſuos ſpargente.

b Abijciamus ergo opera tenebrarum,

b Omni ergo ſtudio, & cura tenebrarũ opera à nobis abijciamus, deteſtantes & abiurãtes vitia omnia & peccata, quibus in tenebris agentes commaculantur infideles.

c & induamur arma lucis:

c Pro his verò ſtudium ſit nobis aſſumere lucis & fidei bona opera, velut arma quædã, quibus induti & honeſtemur, & aduerſus impugnantiũ tela reddamur ſecuri:

d ſic vt in die honeſtè ambulemus,

d vt armis lucis induti, honeſtam ducamus conuerſationem noſtrã, queadmodũ diei conditio expoſtulat. Ipſa enim cõditio diei expoſcit, vt tunc honeſtius incedant homines, bonis ornati indumentis, quàm in nocte, quãdo vel nudari prorſus, vel vilioribus vti ſolent.

e Non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione:

e Non iam vt olim guloſi comeſſatiõibus ſuperfluis & ebrietatibus indulgentes, neque (quæ ex his cõſequi ſolent) luxurijs & impudicitijs vacantes: neque cõtẽtionibus & æmulatio ni-

nibus,pro honorũ aut tpaliũ bonorũ aſſequutione,per ambitionẽ aut per auaritiã intẽdentes:quę omnia nõ diei neque lucis, ſed noctis & tenebrarũ ſunt opa. a Quin potius omnibus his abiectis, circũdãtes voſipſos opibus bonis,ſic induite dñm Ieſum Chriſtũ, vt in omnibus operibus veſtris ipſe reluceat,vt illũ glorificetis & portetis, etiã in corpore veſtro. b Et ante oĩa cauete,ne ad perficienda carnis deſyderia proni ſitis atque ſoliciti:néve illi ad omnia quæ cõcupiſcit implenda curam adhibere velitis,quæ neceſsitatis ſunt illi miniſtrare contenti.

a ſed induimini dominum Ieſum Chriſtum.

b & carnis curã. ne feceritis in deſyderijs.

Elucidatio CAP. XIIII.

TEXTVS Cap. XIIII.

QVoniã verò in totius eccleſiæ cœtu,alij fide ſunt robuſti & validi,alij adhuc infirmiores,idcircò quemadmodum ad inuicem hi pacificè queant agere,nũc dicere pergamus. a Eum itaque qui ſecundùm fidẽ adhuc infirmus eſt, & imperfectus, vos qui validiores eſtis & perfectiores, ne deſpicite propter infirmitatẽ, ſed aſſu

a Infirmum autem in fide,aſſumite,non in diſceptationibus cogitationum.

ſed aſſumentes fouete, donec creſcat ad perfectionem, nō per diſceptationum ambages, cum illo contendendo, ſed in ſimplici manſuetudine illū ſuſtinētes, atque in ſpiritu lenitatis inſtruentes. a Sunt enim qui in Euangelica libertate perfectè cōfidentes, nullum cibum reſpuant tanquàm immundū: ſed ex fide Chriſti, audent ſine ciborū delectu quibuſlibet veſci, quæ in macello venundātur, aut in mēſa apponuntur, cū gratiarū actione. Sunt imperfectiores alij, qui nondum perfectè Euangelij gratiam & libertatem agnouerunt. b Qui ſic infirmi ſunt & imperfecti, ſinantur vel olus ſolum (ſi velint) manducare, & in ſua imperfectione tolerētur ab alijs perfectioribus, nec ſtatim ob ſuam imperfectionem deſpiciantur. c Qui mādúcat quæ appoſita ſunt ſine delectu, eum qui à cibo aliquo tanquā immundo abſtinet, nō contēnat, ob ſuam imperfectionem: ſed potius in manſuetudine toleret imperfectionē fratris ſui. d Conſimiliter

a Alius enim credit ſe manducare omnia.

b qui autem infirmus eſt, olus mãducet.

c Is qui manducat, non manducantē nō ſpernat,

d & qui nō manducat, manducantem non iudicet.

militer is qui propter conſcientiã abſtinet ab aliquo cibo, caueat, ne quaſi tranſgreſſorē iudicet eum, qui ex libertate conſcientiæ, propter Euangelicæ libertatis gratiã, confidenter quibuſlibet veſcitur. a Aſſumpſit enim vtrúmque Deus per vocationē ſuam, ad eandē fidei gratiam. b Tu igitur quis es ô homo, vt iudices illum qui nō ſeruus tuus eſt? ſed alienus, id eſt, domini à quo eſt aſſumptus? c Siue ſteterit, ſiue ceciderit homo: domini eſt iudicium, & illius intereſt cuius homo ſeruus eſt. Ipſe videat, & iudicet: tua nihil refert. Stabit autem vterque. Ille quidem in ſua conſcientia atque hic item, in ſua. d Potens eſt enim Deus, vnumquenque in ſua conſcientia in fidei ſtabilitate conſeruare. e Salua enim fidei vnitate, fieri poteſt: vt alius imperfectior fide, diem à die diſcernat, iuxta legis ritum, dierum adhuc obſeruantias diiudicans: hoc nimirum imperfectionis, ex Iudaiſmo ſecum gerens. f Alius verò omnem diē ex æquo reputat,

a Deus enim illũ aſſumpſit.

b Tu quis es, qui iudicas alienũ ſeruum?

c Domino ſuo ſtat aut cadit.

Stabit autem,

d Potens eſt enim Deus ſtatuere illum.

e Nam alius iudicat diem inter diem:

f Alius autẽ iudicat omnem diẽ.

reputat, ſine legaliũ præſcriptionũ obſeruatione: a In huiuſmodi rebus, ſuo quiſque iudicio perfruatur, & ſuæ cõſcientiæ quiſque ſatiſfaciat. Neuter enim, ſi ſuæ cõſcientiæ ſatiſfaciat condemnandus venit. b Nã qui diem diſcernit, & dierum obſeruantiam legalem adhuc tenet, ad Dei honorem (quem in lege veneratur) id facere creditur. Atque econtrario, qui dierum obſeruantiam negligit, ad Dei gloriã id ſimiliter facit, libertatem quàm contulit per filium, confidenter acceptans. c Et qui ſine ciborum delectu quibuſlibet veſcitur ad gloriam Dei id facit: quoniam poſtquàm manducauit, Deo gratias de perceptis donis agit. d Atque in cõtrario qui propter conſcientiam legis abſtinet à quibuſdam, ad gloriam Dei id facit, ſecundùm intentionem animi ſui, quem adhuc in lege reueretur: & gratias agit Deo, qui ſibi dat abſtinendi virtutem, & alia ſufficientia abſque lege vetitis, quibus ſuſtentari poſsit. Sic enim

a Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abũdet.

b Qui ſapit diem, domino ſapit:

c & qui manducat, domino manducat.
Gratias enim agit Deo.
d Et qui nõ manducat: domino non mãducat, & gratias agit Deo.

omnia ad Domini gloriam fieri
debét à fidelibus. a. Nemo enim
hominum ſibi viuit aut moritur,
quaſi ipſemet ſibi ſit iudex aut do
minus: b. ſed in omnibus ſemper
ſiue viuimus, ſiue morimur, domi
ni ſumus, & ſub illius ſtamus iudi-
cio, tam in vita, quàm poſt mortẽ,
& eundem mortui atque viui de-
bemus agnoſcere iudicem. c Ad
hoc enim Chriſtus ſecundùm hu-
manitatem mori voluit, & tertia
die reſurgere: vt per mortis poſsio
nem, quatenus homo, mereretur re
ſurgens accipere poteſtatem iudi-
ciariam, & plenum cum poteſtate
dominium, ſuper omnes viuos ac
mortuos. d Cùm itaque ſolus ſit
in cœlis dominus, cui traditum eſt
cùm poteſtate dominium: quæ eſt
hæc præſumptio, vt quod Dei eſt,
ſibi vſurpet homo, proximum ſuũ
iudicans propter eſum, aut ſper-
nens propter abſtinẽtiam? e O-
mnes enim exhibebimur ante iu-
dicium Chriſti, & ab vno iudice
illo omnes pro meritis accipiemus
ſententiã. Non autẽ inuicẽ, alius

*a Nemo enim no-
ſtrum ſibi viuit:
& nemo ſibi mo-
ritur.*

*b Siue enim viui-
mus, domino viui-
mus: ſiue mori-
mur, domino mo-
rimur. Siue ergo
viuimus, ſiue mo-
rimur, domini ſu-
mus.*

*c In hoc enim
Chriſtus mortuus
eſt, & reſurrexit,
vt & viuorũ &
mortuorum domi-
netur.*

*d Tu autẽ quid
iudicas fratrem
tuum? aut tu qua-
re ſpernis fratrem
tuum?*

*e Omnes enim ſta-
bimus ante tribu-
nal Chriſti.*

a Scriptum eſt enim: Viuo ego, dicit dominus: quoniam flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.

b Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo,

c Non ergo amplius inuicem iudicemus: ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum.

d Scio & confido in domino Ieſu, quia nihil cōmune per ipſum,

e niſi ei, qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt.

alij erimus iudices. a Scriptum eſt enim: viuo ego, dicit dominus: quoniam veniet dies, in qua me omnis creatura rationalis agnoſcet verum dominum, mihíque reuerentiā exhibebit vt vero domino: & omnis lingua dabit confeſſionem Deo: ſiue miſericordiā ſaluantis cōmendādo, ſiue iuſtitiam condemnātis, ſecūdùm conſcientiæ dictamen, cōprobādo. b Itàque vnuſquiſque noſtrum reſpondebit, & examinabit de operibus ſuis, ante iudicium iudicantis Dei. c Ac proinde, nos inuicē iudicare non debemus, quod Dei eſt, nobis vſurpantes. Potius aūt hoc apud ſeſe quiſque indicet, curet, & prouideat, ne verbo, aut facto quicquā faciat, in quo offendi vel ſcādalizari poſsit infirmior. d Equidē credo, & certus ſum, & firmiſsimè id mihi perſuaſum habeo in fide dñi Ieſu, nullā eſcā, imò nullā oīno rē per ſe immūdā eſſe, vt illius vſu qui liberè vtitur, poſsit contaminari, e tñ qui adhuc pſuaſum habet aliquam eſcam, vel rem immun-

mundam eſſe, huic propter iſtam quã adhuc in Iudaiſmo tenet cõſcientiam, illa eſca immunda reputatur: non quidem per ſe, ſed illi tãtùm, propter conſcientiam, qua ſtante, ſi manducauerit quod commune reputat, peccabit, & polluetur. Atque horum infirmitati condeſcendendum eſt, hoc potiſsimũ tempore: quo nondum plenè innotuit Euangilicæ libertatis veritas, plurimis adhuc ex conuerſis ad fidem, in legis obſeruantijs iſtis permanentibus. a Si enim tu qui perfectior videris, coram infirmo, nimia libertate manducaris quæ ille reputat immũda, propter cibum tuum fratrem contriſtas, conturbas, offendis, ſcandalizas: illi dans occaſionem, imò (propter infirmitatem) cauſam te iudicandi, vt tranſgreſſorem: hac ſanè in parte, nõ ita agis vt Chriſtiana charitas expoſtulat. b Noli (quęſo) per tuum cibum illum in peccatum mittere, vel vt te iudicet, vel vt de fide Chriſti dubium incurrat, quem tanti Chriſtus repu-

a Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur,

iam nõ ſecundùm charitatem ambulas.

q Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.

 tauit,

tauit, vt etiam mori pro eo dignaretur. a Non ergo faciamus bonũ libertatis noſtræ, infirmorũ maledictioni & maledicentię obnoxiũ: quod certè fiet, ſi abſque reſpectu noſtra libertate in ſcandalum fratrum vti voluerimus. b Nõ enim in eſca vel potu ſitum eſt regnum Dei, nec cœleſte regnum per horũ obſeruationẽ comparatur: ac proinde ſinantur infirmi, quibus velint vti: nec pro hoc ita multum zelandum eſt, vt cõpellantur manducare quę ſunt lege vetita, c ſed perfecta vitæ iuſtitia, & internum gaudium in ſpiritu ſancto, hæc & modò regnum Dei intra nos efficiunt, & in futuro nos ad æternũ regnum perducent. d Qui enim ſic in his Deo ſeruit, iſta ſectãdo, hic placet Deo, & probatus erit ab omnibus, inter quos ſic ſanctè cõuerſatur. Nam iuſtitiã ſeruare illęſam, & pacem cum omnibus tenere in gaudio, ſine amaritudine: & Deo nos gratos faciunt, & hominibus quibus cũm cõuerſamur etiã infidelibus, gratos & amabiles reddunt.

a Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum.

b Non autem eſt regnum Dei eſca & potus,

c ſed iuſtitia, & pax, & gaudiũ in ſpiritu ſancto.

d Qui enim in hoc ſeruit Chriſto placet Deo, & pbatus eſt hominibus.

reddunt. a Nos itaque vt pacis filij,quæ ad pacem faciunt ſtudio ſè inſequamur:quantùm in nobis eſt,omnem turbationis cauſam auferentes fratribus: b & ea quibus inuicem poſſumus ad bonum promouere, & ad profectum perducere,diligenter cuſtodiamus:pro nulla cauſa vlli dantes occaſionẽ ſcãdali,aut peccati cauſam. c Noli (quæſo te iterum) opus quod Deus creauit, & per fidem ac baptiſmum modo quodam creauit, propter eſcam tuam perdere, illũ occaſione tuæ nimiæ & indiſcretæ libertatis,in peccati mortalis periculum conijciendo. d Equidem non nego, quin munda ſint omnia,atque ob hoc omnia(quãtùm ex ſe)ad manducandum eſſe licita: ſed ſi quis cibum aliquem manducat cum infirmi fratris ſcãdalo & offenſione, illi malum eſt, & ad vitium deputatur non cibus ipſe qui æditur,ſed libertatis ſuæ cum ſcandalo abuſus. e Quanquàm enim & caro & vinum nemo dubitet eſſe per ſe munda,ſi

a Itaque quæ pacis ſunt ſectemur,

b & quæ ædificationis ſunt, inuicẽ cuſtodiamus.

c Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.

d Omnia quidẽ munda ſunt, ſed malum eſt homini,qui per offendiculum manducat.

e Bonum eſt non manducare carnem,& non bibere vinum,neq; in quo frater tuus offenditur,aut ſcãdalizatur, aut infirmatur.

tamen in horũ vſu, ex infirmitate frater quiſpiã ſcãdalızatur, aut offenditur, oĩno bonũ erit etiam ab his illicitis propter vitandũ fratris ſcãdalum, abſtinere. Sic & de alijs oĩbus dicendũ eſt, in quibus contigerit fratrẽm ſcandalizari, aut offendi. Eſto, fidem habes perfectam qua credis te poſſe propter Euangelicæ libertaris gratiam quibuſlibet ſine peccato veſci: a Fidem iſtam ſi habes, habe coram Deo in tua conſcientia, qui tibi remunerabit mercedem perfectè credentiũ. Cæterùm ad fratris ſcandalũ, aut cum fratris ſcandalo, caue vtaris. b Beatus eſt & iuſtitiam ſeruat, qui in eo quod tanquàm bonum approbat, ſeipſum non condẽnat, faciendo cóntra id quod bonum iudicat. Exempli gratia: qui tanquàm bonum approbat, conſcientia dictante, non manducare hoc aut illud, iuſtitiam ſeruabit ſi abſtineat vt dictat ratio, quam perderet, ſi contra id qđ probat ágeret, manducando. c Qui autem tanquàm illicitum, quippiã diſcernit

a Tu fidem quã habes, penes temetipſum, habe coram Deo.

b Beatus qui nõ iudicat ſemetipſũ, in eo qđ probat.

c Qui autem diſcernit, ſi mãducauerit, dãnatus eſt:

nit ac dijudicat:ſi hac ſtante conſcientia mãducauerit, ſeipſum facit cõdénationi obnoxium: cõtra cõſcientiam mãducando:quod iudicabat illicitum & immundum: a idque nõ ex ipſius cibi immũditia,ſed quia nõ ex fide, & cõtra eam quam intus habebat ex ſua fide cõſciẽtiam,egit. b Omne aũt quod cõtra conſcientiam fit, quã ex ſua quiſque fide ſibi format:eo ipſo ꝙ contra conſcientiam peccatum eſſe conſtat: etiam ſi res in ſe mali habeat nihil.

a quia non ex fide.

b Omne autem quod non eſt ex fide,peccatum eſt.

Elucidatio CAP. XV.

I a Llud autẽ fraterna charitas expoſcit:vt qui perfectiores ſunt inter Chriſtianos,infirmos cũ mãſuetudine & lenitate ſupportare debeant,in ſuis imperfectionibus: & non ſibijpſis ſuperbè placere, atque ita fratres infirmos deſpicere, aut imperfectiones eis exprobãdo irritare,quod faciũt ſuperbi & ſupercilioſi homines,qui cæteros facili ex cauſa deſpicientes,ſibijpſi nimium placent. b Sit hoc omnibus cõmune ſtudiũ:vt quan-

TEXTVS Cap.XV.

a Debemus aũt nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere:

Vnuſquiſq; veſtrũ proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.

tùm fieri poteſt cum Deo, quiſque fratri ſuo placeat in bonum: non per adulationem, ſed per ſanctam & pacificam conuerſationem, vt in noſtra conuerſatione ædificentur proximi. Nam ex charitate ꝓpter Deum laborare ad placendũ proximis, res eſt magni meriti, nõ ſic autem in malum. a & quidẽ pro hac re, Chriſti habemus exẽplum: qui nõ ſibi ſuperbè placuit, vt nos deſpiceret, neque quæ ſibi ſecũdùm carnis fragilitatem erãt placita, quæſiuit: ſed quæ humilia erant, & quæ carnis fragilitas horrebat, etiam aſpera improperia, pro nobis libenter ſuſcepit. b Iuxta quod ſcriptum eſt: Ceciderũt ſuper me improperia, irriſiones, atque illuſiones, eorum qui tibi in me exprobrabant, quam Chriſti vlipenſionem, nobis trahere debemus in exemplum. c Quæcũque enim ſpiritusſancti operatione in ſcripturis à temporibus antiquis tradita ſunt, ad noſtrã informationem ſcripta fuere, d vt per exẽpla patrũ in ſcripturis nobis propoſita,

a Et enim Chriſtus non ſibi placuit,

b ſed ſicut ſcriptum eſt: Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me.

c Quæcũq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt:

d vt per patientiã & conſolationem ſcripturarum ſpẽ habeamus.

poſita,patientia roborati,& conſolatione dulciſsimorum eloquiorum confortati in ſpe noſtra firmi & ſtabiles in finem vſque permaneamus. a Ipſum autem Deum, cuius eſt ſolius donare patientiam & conſolationem veram ſpiritus: precor vt det vobis vnus idémque ſentire cùm inuicem,vt in eadem fidei ſententia ſitis & permaneatis omnes,ſecundùm Chriſtũ Ieſum, vt in veritate: b vt vna eadémque fide,quæ concordes facit animos,& vno ore eandem cõfeſsionem fidei exprimẽte,ſic honorificetis Deum,qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti. c propter qđ ſuſcipite inuicẽ,ac fouete per patientiã:ſicut & Chriſtus vos aſſumpſit,fouítque,& cõdeſcẽdẽdo euexit, ad honorem & gloriam Dei. d Nã de modo quidẽ, quo Chriſtus vos aſſumpſit atque ſuſcepit, dico Chriſtũ Ieſum circũciſionis (id eſt populi Iudaïci) à Deo patre miſſum fuiſſe & datũ miniſtrũ, prædicatorẽ,& operatorẽ ſalutis, ꝓpter veritatẽ Dei,qui fidelis eſt

in

a Deus autem patientiæ,& ſolatij det vobis idipſum ſapere in alterutrum,ſecũdùm Ieſum Chriſtum,

b vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti.

c Propter quod ſuſcipite inuicẽ,ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos,in honorẽ Dei.

d dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circũciſionis.

propter veritatem Dei ad confirmãdas promiſsiones patrum:

Digitized by Google

in omnibus verbis ſuis, ad implẽdas in illo promiſsiones patribus eorum factas. a Gentes verò, licet Chriſtum in carne ſuæ ſalutis miniſtrum per ſe non habuerint: tamen & ipſos dico Deum honorare debere, ſuper maxima ſibi gratia & miſericordia à Deo exhibita, nõ minus quàm Iudæis, cùm tamen nullæ ipſis promiſsiones, neque patribus eorum factæ extitiſſent. b Quod olim in ſpiritu Dauid prçuidẽs dicebat, Propterea confitebor tibi ſuper Gẽtibus domine, & nomini tuo pro illis cantabo. c Et alibi dicuntur Gentes ſimul cum plebe electorum Dei gauiſuræ ſpirituali lætitia poſtquàm illi fuerint annumeratæ. d Et in alio loco, cohortans Gentes ad lætitiam, ſic eos in ſpiritu alloquitur: Laudate dominum pro exhibita miſericordia omnes Gentes, laudate eum omnes populi nationum. e Et alio in loco Eſaias dicit: Ex radice Ieſſe exſurrecturum rectorẽ Gẽtium, & principem populorũ in quẽ Gentes ſperabunt.

a Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum.

b Sicut ſcriptum eſt: Propterea cõfitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo cantabo.

c Et iterũ dicit, Lætamini Gẽtes cum plebe eius.

d Et iterũ, Laudate omnes Gẽtes dominum, & magnificate eum omnes populi.

e Et rurſus Eſaias ait, Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere Gẽtes, in eo Gentes ſperabunt.

Deus

a Deus autem ipſe,qui eſt tota & vera,ſpes omnium credẽtium,abũdare vos faciat copioſè, in omni gaudio & pace ſpirituali, per fidẽ rectam quæ ſunt tenenda,vt oportet credendo,vt abundet in vobis ex Dei liberalitate ſpes & fortitudo vera,quæ eſt à ſpiritu ſancto. Non aũt id precor,ꝙ vobis illa penitus deeſſe exiſtimẽ. b Perſuaſum enim habeo,& cõfido in dño de vobis:ꝙ & copioſè iam in vobis inhabitet vera dilectio charitatis:ſimul & ſcientia ſpiritualis: c ita vt nõ ſolùm poſsitis ꝑ charitatẽ inuicẽ ſupportare,ſed ꝑ ſcientiam etiã ſalubriter monere,atque ad ꝑfectiora bonis inſtructionibꝰ infirmiores adducere. d Parcite verò me erga vos aliqua ex parte nimiæ audaciæ (vt cuiquàm videri poteſt)per quam,ego cognitus,vobis nũquàm viſis, tam prolixis literis præſumpſi ſcribere: e non tamen quaſi ignorantes vos inſtruens, ſed potius tãquàm commonefaciens,de ijs,quæ vobis alioqui bene erant cognita.

a Deus autẽ ſpei, repleat vos omni gaudio & pace in credendo:

vt abundetis in ſpe,& virtute ſpiritus ſancti.

b Certus ſum aũt fratres mei,& ego ipſe de vobis,quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, & repleti omni ſcientia.

c Ita vt poſsitis alterutrum monere.

d Audacius autẽ ſcripſi vobis fratres,ex parte,

e tanquàm in memoriam vos reducens:

a propter gratiã quæ data eſt mihi à Deo.
b vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in Gẽtibus,
c ſanctificãs euãgelium Dei:
d vt fiat oblatio Gentium accepta & ſanctificata, in ſpiritu ſancto.
e Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deũ.

a Quod autẽ feci,id feci propter gratiã iſtã Apoſtolici muneris quę mihi à Deo cõmiſſa eſt: b nẽpe vt ſim miniſter & Apoſtolus Chriſti Ieſu,in Gẽtibus. c Euangeliũ Chriſti velut rem aliquã ſacram, verbo & exẽplo prædicãs & adminiſtrans: d vt per meã prædicationẽ,Gentes omnes quas ei lucrifacio,eique velut oblationẽ, offero,in fide perfecta & inſtitutione bonę conuerſationis Deo placentes fiant,& ſanctificatæ in domĩno,in ſpiritu ſancto. e Atque in his ego meam gloriam conſtituo: non quaſi in meipſo,nec apud hõmines,ſed in Chriſto Ieſu in quo facta ſunt per me omnia ante conſpectũ Dei ad gloriã eius.

f (Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Chriſtus,)
g in obedientium Gentium, in verbo & factis, in virtute ſignorum & prodigiorũ, in virtute ſpiritusſancti:

f (Nã de his quę per me Chriſtus nõ effecit,nec audeo,nec volo gloriari.) g Gloria,inquã,mea, quã habeo ad Deũ in hoc eſt, vt obedire faciã Gẽtes fidei:idque in verbo prędicatiõis & in opere cõuerſatiõis, & in virtute ædendi ſigna atque prodigia,per virtutẽ dono datam mihi à ſpũ ſancto,ad cõfirmationem

nem prædicatióis meæ. a Ita vt his medijs, vniuerſas regiones & loca omnia ab Hieruſalē vſque ad Illiricū, repleuerim euāgelio Chriſti, illud in eis prædicando ac notificando. b In Euangelio autem prædicando, illud ſemper obſeruaui: vt rudiſsimis omnino prædicarē, qui de Chriſti fide nulla fundamenta ab alio prius acceperāt. Nō vbi ante me per aliū eſſet prædicatus Chriſtus, nolens ſuper ea quæ ab alijs erāt incœpta, ædificij mei ſtructuram collocare: ſed ijs qui à nullo alio quicquā ante audiſſent de Chriſto. c Iuxta ſcripturā quę de Gentium conuerſione loquens dicit: Quoniam illi quibus hactenus Chriſtus prædicatus non fuerat, Apoſtolica prædicatione edocti, cognoſcent eum, atque ea quæ prædicant credunturque de illo. d Et qui Chriſtū prædicari nunquàm audierāt, per apoſtolicā doctrinā illuminabunt lumine fidei, videāt, & credāt in eum. Quæ res (nēpe in loca, in quibus nūquàm audita fuerat fidei prædicatio inferre

a Ita vt ab Hieruſalē per circuitū vſq; ad Illiricū repleuerim Euangelium Chriſti.

b Sic autem prædicaui Euangeliū hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentū ædificarem:

c ſed ſicut ſcriptū eſt: Quibus nō eſt annunciatum de eo, videbunt:

d & qui non audierunt de eo, intelligent.

ferre Euangeliũ)quãti ſit laboris nihil dubiũ quin facilè ꝑſpicitis.

a Propter quod impediebar plurimum, venire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc.

a Atque his quidẽ negotijs,hactenus impeditus fui,quo minus ad vos inuiſendos acceſſerim: & vſque modo nõ fuit per occupationes laborioſiſsimas,quæ mihi incumbũt,licitũ neque opportunũ, vt venirẽ ad vos.

b Nunc verò vlterius locum nõ habens:in his regionibus,

cupiditatem autẽ habens veniendi ad vos, ex multis iam præcedẽtibus annis,

b Nũc verò cũ his in regionibus noſtra pręſentia nihil vltra diſcipuli habeãt opus, ſatis in fide inſtructi,& firmati,cũctisque ritè diſpoſitis, cùm in omnibus vicinarũ regionũ vrbibus iam prædicationem abſoluerim, habuerim verò, ab annis aliquot deſyderium vos aliquãdo inuiſendi,ſpero nunc compleri poſſe deſyderiũ meum.Meditor enim iter in Hiſpaniã,vt etiam illis, Chriſtum penitus adhuc ignorantibus, annunciem Euãgeliũ.

c cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quod præteriẽs videam vos, & à vobis deducar illuc.

d ſi vobis primùm ex parte fruitus fuero.

c Et cùm venerit,vt iuxta propoſitum verſus Hiſpaniã iter direxero:ſpero iſtàc me facturũ iter per vos, atque ita in trãſitu vos videre, & ꝑ vos deducẽdũ illuc: d poſteaquàm aliquanto tẽpore apud vos permãſero,&

ro, & in vobis fuero conſolatus.

a Nunc autẽ proficiſci propono quantotius in Hieruſalẽ ad miniſteriũ fideliũ pauperũ qui ſunt in Hieruſalem, deferendo illuc collectam pro eis eleemoſynã, ab eccleſijs Gentiũ. b Conſenſerunt & voluerunt, me procurante ac ſolicitãte, Macedones & Achaici, qui in temporalibus ſunt abundantiores de ſuis facultatibus cõmunicare, & communem collationẽ facere, pro eis qui inter fideles ſunt egẽtes in Hieruſalẽ ad ſuccurrendum eorũ inopiæ. c Sic enim eis placet, neque nos ab illis extorſimus: Nec mirũ ſi placuit quoniam aliquomodò, quãtùm ad hanc rem, eis ſunt obligati ac debitores.

d Nã ſi ſpiritualiũ facti ſunt participes Gentiles, per gratiã Dei: quæ ex repromiſsione Iudæorum peculiariter videntur: iuſtum eſt vt & de temporalibus, quibus abundant, his quibus in fide & ſpiritualium bonorum participatione facti ſunt ſocij, communicent atque impertiant, pro reuelandis eorum

a Nũc igitur proficiſcor in Hieruſalẽ miniſtrare ſanctis.

b Probauerunt Macedonia et Achaia, collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Hieruſalem.

c Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum.

d Nam ſi ſpiritualium eorũ participes facti ſunt Gentiles, debẽt & in carnalibus miniſtrare eis.

a Hoc igitur cùm cõſummauero, & aßignauero eis fructum hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam.

b Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundãtia benedictiõis euãgelij Chriſti veniã.

c Obſecro ergo vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, & per charitatẽ ſancti ſpiritus,

d vt adiuuetis in oratiõibus veſtris pro me ad Deum vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa,

e & obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieruſalem ſanctis.

eorũ corporalibus necesſitatibus. a. Vbi verò hoc miniſteriũ meum cõpleuero, & attulero, tradideróque illis, iſtã quã collegi eleemoſynã, tñ ſpero (ſi ita Deus voluerit) per vos in Hiſpaniç partes interiores, ad illis quoque prædicandum verbũ Dei proficiſci. b Confido aũt in dño, & credo, qđ nõ erit ſpirituali fructu vacuus aduẽt⁹ meus ad vos, ſed in copioſa benedictiõe Chriſti, in gaudio & cõſolatione ſpirituali veniã ad vos. c Hoc igitur, quo melius & celerius cõpleatur iuxta Dei volũtatẽ, cui ſemper oĩa conſilia noſtra ſubmittimus: obſecro vos fratres, per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ, & per charitatẽ Dei quæ eſt in ſpiritu ſancto, aut per ſpiritũ ſanctũ qui eſt charitas: d vt veſtris oratiõibus apud Deũ me adiuuetis, in hoc potiſsimùm vt liberer ab infidelibus, & peruerſis, quorũ eſt in Iudæa bonus numerus, habent exoſum, eo quòd Gentiũ ſum Apoſtolus, quos nõ dubito mihi machinaturos malum ſi poterint. Atque etiã vt obla-

tio mea iſta quã adminiſtrare pergo ſanctis in Hieruſalẽ, fiat placita & accepa: a vt ſic tandẽ cunctis peractis, liberè ad vos valeã venire cũ gaudio, volente Deo, b vt vobiſcũ & in vobis aliquid refrigerij & cõſolationis, in ſpiritu accipiã, quum inter vos exiſtens cõprobauero ſynceritatẽ fidei veſtræ & conuerſationis videro virtutẽ: c Ipſe autẽ Deus, omnis pacis author largitor, amator, qui ipſe tota & vera pax eſt, ſit ſemper cũ omnibus vobis, per habitationem gratiæ ſuæ, vt vos vſque in finem in ſuo amore cuſtodiat.

a vt veniam adiutor in gaudio per voluntatem Dei,
b vt refrigerer vobiſcum.
c Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis, Amen.

Elucidatio CAP. XVI.

TAndẽ concludens epiſtolæ curſum, cõmẽdo vobis Phœben hãc fidelẽ mulierẽ huius epiſtolæ gerulam quæ eccleſiæ Cenchræenſi multa exhibet miniſteria, ac neceſsitatis obſequia ſanctis fideliter impẽdit: b vt eã benignè ſuſpiciatis, cũ omni humanitate & reuerẽtia in dño, ſicut fideles decreti recipere inuicẽ, & ab inuicẽ recipi. c & adiuuetis eam

TEXTVS
Cap. XVI.

a Cõmendo autẽ vobis Phœbẽ ſororẽ noſtram quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt Cenchreis:
b vt eã ſuſcipiatis in domino dignè ſanctis,
c & aſsiſtatis ei in quocunq; negotio veſtri indigerit.

in ſuis negotijs, ſi in aliquo veſtra opera indiguerit. a Digna enim eſt vt hoc illi præſtetur, quoniã q̃dẽ multis ipſa adiumento fuit. Id quod in meipſo quoque ſum expertus. b Salutẽ dicite meo nomine Priſcæ & Aquilæ, adiutoribus & cooperatoribus meis in fidei negotio, q̃ pro me & vita mea tutãda etiã mortis ſubire diſcrimina, periculo mortis ſe expoſuerunt. c Quibus hoc nomine, nõ ego ſolus gratias ago, ſed oẽs etiã gentiũ mihi credite eccleſię, quoniã quod mihi impendũt, omnibus eccleſijs profuiſſe cognoſcitur. Et familiã quæ in domo eorũ eſt cõgregata fide ſanctificata, vt meritò eam dixerim eccleſiã, ſalutate. d Epęnetũ quoque mihi apprime dilectũ, qui eſt vel primus vel præcipuus, aut ex præſtãtioribus eccleſiæ quę eſt in Aſia ſalutate in Chriſto Ieſu, ſalutatione ſancta. e Salutate Mariã quã noſtis, quæ inter vos & pro Chriſti nomine multùm laborauit. f Salutate Andronicũ & Iuniã cognatos meos, & q̃ ſimilem

a Et enim ipſa quoque multis aſtitit & mihi ipſi.

b Salutate Priſcam & Aquilã adiutores meos in Chriſto Ieſu, qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt,

c Quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & cũctæ eccleſiæ gentium, & domeſticam eccleſiam eorum.

d Salutate Epænetũ dilectum mihi qui eſt primitiuus eccleſiæ Aſiæ, in Chriſto Ieſu.

e Salutate Mariã quæ multũ laborauit in vobis.

f Salutate Androcinũ & Iuniã cognatos & concaptiuos meos:

a Qui ſunt nobiles in Apoſtolis: qui & ante me fuerunt in Chriſto Ieſu.

b Salutate Ampliatũ dilectiſſimũ mihi in domino. Salutate Vrbanũ adiutorẽ noſtrũ in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meum, ſalutate Appellem probum in Chriſto.

lem quam ego aliquando pertuli, captiuitatem ſuſtinuerũt, a qui etiã paſsionum tolerãtia, vel prædicationis virtute, digni ſunt qui pro Apoſtolis magnis habeantur, qui etiam ante me fidẽ acceperãt. b Salutate Ampliatũ, mihi in domino chariſsimũ. Salutate Vrbanũ adiutorẽ meũ in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectũ. Salutate Appellẽ in Chriſti fide probatũ & laudãdũ. c Salutate eos q ſunt de familia Ariſtobuli. Salutate Herodionẽ meũ cognatũ. Salutate eos q de familia ſunt Narciſci fideles in Chriſto. d Salutate Tryphęnã & Triphoſam laborantes pro noĩe dñi. Salutate Perſidã chariſsimã, quæ ꝑ noĩe dñi multos ſubijt labores. e Salutate Rufum domini ſeruũ electũ & eius matrẽ, quem ego vt propriã meã matrẽ habeo, venerabiliterque iubeo vt filius ſalutari.

c Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli domo. ſalutate Herodionẽ cognatum meũ. Salutate eos qui ſũt ex Narciſſi domo: qui ſunt in dño. d Salutate Tryphænã, et Triphoſam, quæ laborãt in domino: atque Perſidã chariſſimã, quæ multùm laborauit in dño.

e Salutate Rufum electum in domino & matrẽ eius & meam. ſalutate Aſyncritũ, & Phlegontem, Hermẽ, Patrobã, Hermã, & qui cũ eis ſunt fratres.

Salutate Aſyncritum,Phlegontē, Hermen,Patroban,Herman,& cæteros qui cũ eis verſantur Chriſti fideles. a Salutate Philologũ & Iuliã Nereũ & ſororē eius,& Olympiadē,& qui cũ his verſantur oēs fideles. Salutate inuicē in oſculo ſancto pacis ſpiritualis, quomodo nunc ego ſpiritu, licet abſens corpore,veſtrã dilectionē exoſculor. b Saluto vos ego omniũ eccleſiarũ Chriſti mihi commiſſarum, & ſubditarũ nomine tanquàm earũ Apoſtolus. c Vnum verò adhuc reſtat,quod antequàm ſermo claudatur,omnimodis admonendũ videtur.Obſecro autē vos fratres,vt magna diligentia & obſeruatione attēdatis & magna cautela timeatis ab ijs qui diſſentiones ſuſcitãt & offendicula ponunt,turbationē excitantes paci & cõcordiæ fideliũ,nitendo docere contraria fidei catholicæ,quæ ſecundùm veritatē à veris prædicatoribus & Apoſtolis docetur, ab ijs quos tales agnoueritis, tanquàm & peſtiferis ſeductoribus,declinate. d Huiuſmodi

a Salutate Philologum & Iuliam Nereũ & ſororē eius,& Olympiadē,& omnes qui cum eis ſunt ſanctos.Salutate inuicem, in oſculo ſancto.

b Salutant vos omnes eccleſiæ Chriſti.

c Rogo autē vos fratres,vt obſeruetis eos qui diſſētiones & offendicula, præter doctrinam quã vos didiciſtis faciunt, & declinate ab illis.

d Huiuſmodi enim Chriſto domino noſtro nõ ſeruiũt,ſed ſuo vētri:

modi enim homines. Chriſto domino ſuo non ſeruiunt, nec illius gloriā aut lucrū quærunt,ſed gulę & ventri: a & per adulationes & aſſentatorias ſuas blanditias,quibus præualent adulatores illi peſſimi,mellita venena guſtantes in ore, animos ſimpliciū frequenter ſeducunt à via veritatis,mittentes in erroris deuia.Omnino autē vobis ab eiuſmodi eſt attendendum. b Nā obedientia veſtra, qua tam prõpte & ſynceriter vos ſubditis fidei & Euangelio, vbique locorū fama volante diſpergitur, ad veſtri cõmendationē.Quo vobis magis cauēdū eſt,ne veſtro bono nomini impoſtores illi maculā inferant. c Gaudeo igitur,in ijs quę de vobis narrãtur bonis, ſed vt ſolidum ſit,& vobis hoc bonū,& mihi meū hoc gaudium,opto & moneo vos in bono cautos eſſe ac prudētes:vt quod ſemel rectè accepiſtis,nõ facilè vanis perſuaſionibus dimittatis:ad malū autē ſitis ſimplices ac rudes,quaſi neſciētes malè agere. d Deus autē pacis, qui

a & per dulces ſermones & benedictiones ſeducūt corda innocentiū.

b Veſtra enim obedientia in omni loco eſt diuulgata.

Gaudeo igitur in vobis, ſed volo vos ſapientes eſſe in bono,

& ſimplices in malo.

d Deus autē pacis, cōterat Satanā ſub pedibus veſtris velociter.

a Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, vobiſcum.
b Salutat vos Timothæus adiutor meꝰ & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei.
c Saluto vos ego Tertius qui ſcripſi epiſtolam hãc in domino.
d Salutat vos Gaius hoſpes meus, & vniuerſæ eccleſiæ.
e Salutat vos Eraſtus arcarius ciuitatis, et Quartus frater.
f Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis, Amen.
g Ei autẽ qui potens eſt vos cõfirmare iuxta Euãgeliũ meũ & prædicationem Ieſu Chriſti,

vos vocauit, ipſe per ſuã gratiam, celerẽ vobis & facilem dabit perſeuerantibus, de hoſte triumphũ vt non ſolùm, non illi ſitis per peccata ſubditi, verùmetiam abundantes operibus bonis, illũ contẽnentes & cõculcantes, ſub pedibus veſtris. a Sit vobiſcum in auxiliũ gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. b Salutat vos qui mecum eſt Timothæus pręcipuus adiutor meus in negotijs fidei, prę omnibus prõptus & ſolicitus, & Lucius & Iaſon & Soſipater cognati mei. c Saluto vos ego ſeruus Dei Tertius nomine, qui hanc Epiſtolã characteribus, dictãte Paulo, deſcripſi nomine domini. d Salutat vos Gaius, apud quẽ hoſpitor: & vniuerſa quæ hîc eſt fideliũ eccleſia, veſtrã Romanã, quaſi ſororẽ ſalutat. e Salutat vos Eraſtus, noſtræ ciuitatis receptor (q vulgo dici ſolet) & alius quidẽ fidelis cui nomẽ eſt Quartus. f Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit cũ omnibus vobis Amen. g Ei autẽ qui potens eſt per gratiã ſuam vos cõfirmare in fidei

fidei rectitudine, ſecundùm Euangelium quod mihi eſt cõmiſſum, & prædicationẽ de Ieſu Chriſto, a iuxta reuelationẽ myſterij redemptionis humanæ, per incarnationem filij Dei: quod hactenus nũquàm prædicatum nunq̃ propalatum, ſemper fuit in ſecreto diuinitatis conſilio, mentéque diuina tacitum, & occultum, b nunc autẽ cognitum ſecundùm æterni Dei beneplacitum, tẽporibus iſtis, quibus omnes gentes voluit ſub obedientia fidei ſubdere, quod nunc eſt patefactũ oſtenſúmque ac cõfirmatum per ſcripturas Prophetarũ, quas nunc (ſpiritu ſancto illuminante) cognoſcimus, multò ante de ijs quæ in hoc tempore vidimus impleta, prædixiſſe: c Ipſi, inquam, ſoli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtũ, ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

a ſecundùm reuelationem myſterij, tẽporibus æternis taciti.

b quod nunc patefactum eſt per ſcripturas Prophetarum, ſecundùm præceptum æterni Dei, ad obedientiam fidei, in cunctis Gentibus cogniti, ſoli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtum,

c cui honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amẽ.

FINIS ELVCIDATIOnis in Epiſtolam ad Romanos Beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Corinthios priorem Beati Pauli Apoſtoli.

CORINTHII, ACCEPTO *ab Apoſtolo verbo Euangelij, in varios poſtmodum errores, partim à mundi ſapientibus, partim ſuo vitio inciderant.* Nam *primùm quidem odioſis adinuicem contentionibus, vanè gloriando pro hominibus, vacabant: quos in ipſo ſtatim epiſtolæ initio redarguit Apoſtolus, iterúmque in tertio replicat, aſſerens indignum eſſe, vt pro hominibus contenderent, qui in vnius Chriſti nomine eſſent (licet per diuerſos miniſtros) baptizati.* Erãt deinde, *qui ſimplicitati & humilitati* Apoſtolicæ *prædicationis minus fidẽtes, ſæculari ſapientiæ curioſius intenti, vehementiúſque affecti doctores eiuſmodi ſibi conquirebant: propter quos, de ſæcularis ſapientiæ, & omnis mundanæ ſubtilitatis reprobatione, poſt medium primi capitis, totus ſermo texitur, vſque ad caput tertium: declarando, quemadmodum* Deo *ſic fuit beneplacitum, vt per* Apoſtolicæ *prædicationis ſimplicitatem, mundus ad veram* Dei *cognitionem adduceretur, quod per mundi ſapientiam fieri non potuit.* Et *quia ex contentionum acerbitate ad hoc etiam procedebant* Corinthij, *vt ſuum quiſque electum præceptorem præferre*

præferre cupiens, cæteros iudicare præſumeret: idcircò quarto capitulo, Deo *ſoli iudiciũ docens cõpetere homines monet ante tẽpus non iudicare.* Cùm *nec ſibi quiſq;, iudex eſſe queat ſufficiens.* Eam *tamẽ quã ſecundùm corpus propter* Euangeliũ *patitur vtilitatem, tanquàm filÿs chariſſimus, propter fouendã charitatẽ, ſine verecũdia proponit.* Acciderat *quoque facinus inter eos abominandum, vt patris ſui vxori quidam cõmiſceretur, cæteris peccati correctionẽ diſſimulantibus, aut etiã per mundi ſapientiã defendentibus.* Quos *acriter obiurgans, monet quantotius fornicarium illum è cœtu fidelium eÿci, & Satanæ tradi in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in nouiſſimo die.* Atque *huius occaſione, vniuerſali de omnibus cõſtitutione ordinat,* Chriſtianos *in manifeſtis peccatis viuẽtes ac permanentes, vitari debere à cæteris, vt per confuſionẽ, ad rectam viam reuertantur.* Nihil *interim de illis qui ſunt extra eccleſiã præſcribens, quos diuino iudicio relinquit.* Atque *hæc quidẽ, capite quinto.* In *ſexto autẽ, illos arguit qui propter lites pecuniarias, ac cætera tẽporalia, iudicia accedebant infidelium, non ſine ſcandalo & de honoratione nominis* Chriſtiani: *monens, ſi quæ occurrant ſuper huiuſmodi difficultates, vt à* Chriſtianis *cum pace & quiete terminentur, potius quàm ad infideles deducantur: vbi rurſum ad fornicationis deteſtationẽ reuertens, eius turpitudinẽ aperit: & quàm ſit* Chriſti *fidelibus, qui per ſpiritũ ſanctũ facti ſunt templum* Dei, *res illa fœdiſſima fugienda, manifeſtat.* Interrogauerant *autẽ* Corinthÿ Apoſtolum *de quibuſdam, quæ ad matrimoniũ, & diuortium, & ad virginitatẽ pertinẽt:* Quibus *omnibus, capite ſeptimo,*

mo, prolixè reſpondet, matrimonium quidem vt licitum, & contra fornicationem indultum remedium, non prohibens: Virginitatem tamen, vt maius bonum, magíſque à Deo indiuulſè adhærendum vtile, præferens ijs, qui matrimonio iuncti ſunt, vt ſolutionem non quærant, præcipientes ijs, qui liberi ſunt, vt ſe in matrimonij vinculum non conijciant, fideliter conſulens, tanquàm miſericordiam conſequutus à domino. Ad hæc, erant inter Corinthios in fidei ſcientia perfecti nonnulli, qui ſcientes nullum eſſe per ſe communem cibum, paßim ſe ingurgitabant idolothytis: Idq; non ſine proximorum infirmorum ſcandalo. Quorum ſcientiam, quòd charitas adiuncta non eſſet, capite octauo damnat Apoſtolus: eóſque à ſcandalo vſque adeò deterret, vt ſe dicat malè in æternum à cibo quolibet abſtinere, quam per eſum quenquàm ſcandalizare. Atque huius rei occaſione, ſeipſum in exemplum proponens. Nono capitulo declarat, multa ſibi eſſe licita, & iure tam diuino quàm humano permiſſa, quæ tamen propter euitandum ſcandalum ſe nolle facere proteſtatur, ne quod offendiculum contingeret Euangelio Chriſti: ſimilitudines eorum qui in ſtadio currunt, & qui certant in agone, adiungens ad perſuaſionem. Adducit ad idem capite decimo, patrum exempla terribilia ad correctionem poſterorum ſcripta: ne ſibi ſatis eſſe putent quòd Chriſti ſint baptiſmo abluti, & fidei myſterijs initiati, ſed vt in timore viuẽtes, proximorũ ſcandalũ & Dei offenſam, potißimum autem idololatriam, caueant, commonefacit attentius: A qua prorſus immunes non eſſe declarat, eos qui in idolorum templis recumbentes, menſæ

dæmo-

dæmoniorum participabant. Atque ita rurſus, ad dehortandum à ſcandalo & offenſione proximorũ, in fine capitis concludendo reuertitur. Poſt hoc, vndecimo capitulo, quemadmodum ſe in oratione publica gerere debeant, vtrique ſexui præſcribit, viris, vt capite orent prophetentq́; non velato. Mulieribus, vt velamine in ſubiectionis ſignum caput operiant, ſeriò, nec ſine ſeueritate denunciat. Atque id quidem, ferè vſque ad capitis medium, poſt quod eam, quæ incipiebat pullulare, prauam conſuetudinem, in conuentionibus (quas ex more ad manducandum domini cœnam faciebant) acri obiurgatione deteſtans, corrigere ſatagit: quoniam videlicet ad contentiones & odia, mutuumq́; contemptum, & pauperum confuſionem, conuentiones faciebant: quas ad pacem & concordiam, charitatis quoque promotionem, & pauperum conſolationem facere ſolebant, & intertenere ſic debuerant. Quas publicas conuentiones, vt cum reuerentia & charitate fieri perſuadeat, inſtitutionem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, ſicut à dominõ accepit, ita clarè & apertè eis deſcribit, ſimul & de eius indigna ſumptione terribilia proponens. Atque in hoc, vndecimum clauditur capitulum. Quoniam vero in ſpiritualibus ſufficienter edocti non erant longè eos ac latè de ſpiritualibus, inſtruit ſpiritualis Apoſtolus, per tota tria duodecimum videlicet, decimumtertium, ac decimumquartum capitula. In duodecimo quidem, de gratijs gratis à Deo datis, in vtilitatem eccleſiæ ſub analogia corporis naturalis, diuerſorum officiorum diuerſa membra habentis. Decimotertio, charitatis gratiam præponit omnibus. Decimoquarto de Prophetiæ eminentia ſuper donum linguarum pertractat, linguas in ſignum dicens

inſi-

infidelibus, prophetiam verò fidelibus datam, in ædificationem: ſimul & ordinem in horum donorũ vſu congruum (mulieribus impoſito ſilentio) præſcribit, vt omnia honeſtè fiant & ſecundùm ordinem. Quoniam verò inter Corinthios exſurrexerant quidam præſumptores, qui ſapientiæ carnali & ſcientiæ mundanæ innitentes, reſurrectionem mortuorum non eſſe futuram aſtruebant, ſimplicium animos mundanis rationibus perturbantes: Idcircò capitulo *decimoquinto, velut per præfationis modum Euangelicæ prædicationis firmitate & authoritate præmiſſa, ad veritatem futuræ reſurrectionis aſtruendam, accedit:* Vbi *ex his quæ in natura & ſecundùm naturã ſiunt, ea quæ ſupra naturam diuina ſola virtute ſienda ſunt, poßibilia demonſtrat: vtpote ex ſeminis mortificati fructificatione, corporis defuncti atque ſepulti reſurrectionem: vbi & reſurrectionis myſterium, & mortis proſtrationem, patefacit apertius.* Demum *de collectis pro pauperum* Hie*roſolymitanorum ſubleuatione, per vnam ſabbati, & alia quædam familiaria commonefaciens, ita claudit* Epi*ſtolam.*

FINIS ARGVMENTI in Epiſtolam ad Corinthios priorem.

Elucida-

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD Corinthios priorem beati Pauli apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

P a AVLVS ſecũdùm Dei voluntatẽ vocatus, vt eſſet Apoſtolus Ieſu Chriſti, & Soſthenes frater ſcribunt, ſalutémque precantur congregatis in Chriſto fidelibus Corinthi, per Ieſum Chriſtum ſanctificatis à peccato, vocatis ad vitæ ſanctimoniam, & vniuerſaliter omnibus de puro corde inuocantibus nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vbicunque locorũ conſiſtant, ſiue hoc in loco noſtro, ſiue in alio quolibet ſuo loco.

Vobis

TEXTVS epiſtolæ prioris ad Corinthios beati Pauli Apoſtoli.

CAPVT I.

P a Aulus vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatẽ Dei & Soſthenes frater, eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu vocatis ſanctis, cum omnibus qui inuocant nomẽ domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorũ & noſtro.

a Gratia vobis & pax, à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.
b Grãs ago Deo meo ſemp p vobis in gratia dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu,
c quia i omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo & omni ſciẽtia (ſicut teſtimoniũ Chriſti confirmatum eſt in vobis,)
d ita vt nihil vobis deſit in vlla grã, expectãtibus reuelationẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti,
e qui & cõfirmabit vos vſq; in finẽ ſine crimine, in die aduentus dñi noſtri Ieſu Chriſti.
f Fidelis Deus per quẽ vocati eſtis in ſocietatẽ filij eius,

a vobis igitur omnibus ſit gratia & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. b Non ceſſo gratias agere Deo meo, veſtro nomine: propter gratiam Dei, quæ per Chriſtum vobis eſt data. c Abũdantes enim facti eſtis per illum, in omnibus quæ verè ſunt ſpiritus bona: in verbo, inquam, prædicationis, quod vobis plene & ſynceriter eſt adminiſtratum, & ſpirituali eius intelligẽtia: quibus Chriſtiana fides corroborata eſt, atque fundata in vobis. d Adeò, inquam, abundantes, vt nullius gratiæ ſpiritualis egeſtatem patiamini: expectantes inſuper aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, quando omnium plenitudinẽ accipietis copioſiſsimè. e Qui vos interim perſeuerãtes faciet vſque in finem in omni bono, vſque in diem aduẽtus eiuſdem, abſque omni crimine, quod vobis poſſet in illo die ad damnationem obijci. f Deus enim fidelis adiutor eſt, vt non ſine cauſa vobis ſubtrahat ſuum auxilium: per quem vocati

eſtis

eſtis ad participandum hæredita tem filij eius, Ieſu Chriſti domini noſtri. a Per hoc ipſum itaque tam vobis meritò gratiſsimũ nomen, obſecro vos fratres mei, vt ſine ſectis & diuiſionibus, idem & dicatis ore & ſentiatis animo: b Sitis autem non diuiſi ab inuicem ſed in vnum compacti atque perfecti, quaſi vnum corpus integrum & continuum, in quo nullus ſit hiatus & nulla diuiſio, vnius mentis, & eiuſdem in fide ſcientiæ atque ſententię. c Quod autem in ipſo ſtatim epiſtolæ initio vobis ſcribam, hæc eſt ratio, Nam indicarunt mihi qui ſunt de familia Chloes, exoriri atque exortas eſſe inter vos contentiones odioſas, quę vnitati fidelium valdè aduerſantur. d Hoc autẽ ego voco contentionem, quòd ſinguli veſtrum gloriamini: alius in Paulo, alius in Petro, alius in Apollo, alius (ſi quis eſt perfectior) in Chriſto tãtùm: atque hoc, propterea quòd à diuerſi ſitis baptizati. e Sed nũquid diuerſi & plures ſunt Chriſti?

Ieſu Chriſti domini noſtri.

a Obſecro autem vos fratres per nomẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata.

b Sitis autem perfecti, in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.

c Significatũ eſt enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui ſunt Chloes, quia contẽtiões ſunt inter vos.

d Hoc autẽ dico, quòd vnuſquiſq; veſtrũ dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego aũt Apollo, ego verò Cephæ, ego autẽ Chriſti.

e Diuiſus eſt Chriſtus?

Imò

a Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptiZati eſtis?

b Gratias ago Deo meo quòd neminem veſtrũ baptiZaui, niſi Criſpum & Gaium: ne quis dicat qđ in nomine meo baptizati ſitis. Baptizaui autẽ & Stephanæ domũ: cæterum neſcio ſi quem aliũ veſtrũ baptizauerim.

c Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangeliZare:

d non in ſapiẽtia verbi vt nõ euacuetur crux Chriſti.

e Verbum enim crucis pereuntibus quidẽ ſtultitia eſt: his autẽ qui ſalui

Imò vnus eſt, in cuius nomine oẽs eſtis baptizati. a Sed neque Paulus pro vobis crucifixus eſt, neque Cephas, neque in nomĩe alicuius noſtrum baptizati eſtis: quare fruſtra pro nobis cõtẽditis. b Inter vos, neminẽ baptizaui (quod ſciã) niſi Criſpũ & Gaiũ, & familiã Stephanæ, neque cõſtat mihi de pluribus. Atque hac parte gratias ago Deo, quòd paucos baptizãs, abſtuli vobis occaſionẽ ſic pro me cõtẽtioſè gloriandi: ne dicatis, quòd in meo noĩe ſitis baptizati. c Idcircò aũt nõ multùm curæ fuit mihi plurimos baptizare, quoniã dñs non me miſit præcipue ad baptizandi implẽdũ miniſteriũ, ſed potiſsimũ ad euangelizandũ. c Atque id, nõ in verborũ ſapiẽtia, aut ſermonis ornatu, vt crucis Chriſti gloria nõ pereat, neque imminuatur. Stultitiæ enim crucis Chriſti & ſimplicitati hũilitatis eius, nõ cõueniũt verborũ phaleræ. d Nam verbũ crucis perituri ac peruerſi homines ſtultitiã reputãt: illi verò quos ad ſalutẽ prædeſtinauit Deus, cuiuſmodi

iuſmodi ſumus nos qui credimus in eum,virtutē Dei(quæ in verbo crucis eſt ad ſaluandũ oẽs credentes)agnoſcũt. a Scriptũ eſt enim: Deſtruam ſapiētiam eorũ qui mũdo ſapientes videntur,& prudentiam prudētium huius ſæculi ego retrudam atque proijciã. b Vbi eſt ô ſapiens mũdi,ô Scriba legis doctor,ô diſputator quęſtionũ ſæcularium:gloriatio tua? Profecto ſtultam comprobauit Deus ſapiētiam omnẽ huius ſæculi, Euangelicam donans veram ſapientiam. c Quia enim mũdus,iuxta quod oportebat de Deo ſapere,non potuit per ſæcularẽ ſapiētiam Deum ſufficienter agnoſcere,viſum fuit Deo mediante prædicationis ſtultitia,credētes ad ſalutẽ adducere. d Stultitiã dico:quia Iudæi(propter cõſuetudinem) nõ niſi ſigna quærũt,& Græcis nõ placet præter ſapientiam:quæ in crucis ignominia,videntur non poſſe reperiri. e Nos autem,qui crucis Chriſti agnouimus virtutem, audacter ꝓclamamus,& prædicare nec eru-

fiunt(id eſt nobis) Dei virtus eſt.
a Scriptum eſt enim, Perdam ſapientiam ſapientum:& prudẽtiã prudentum reprobabo.
b vbi ſapiẽs! vbi ſcriba! vbi inquiſitor huius ſæculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiã huius mundi?
c Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus ꝑ ſapientiã Deũ: placuit Deo ꝑ ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.
d quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt.
e nos autem prædicamus Chriſtũ crucifixũ: Iudæis

quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam: a Ipſis aũt vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. b Quia quod ſtultum eſt Dei, ſapiẽtia eſt hominibus, & quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus. c videte enim vocationẽ veſtrã fratres, quia nõ multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles. d Sed quæ ſtulta ſunt mũdi elegit Deus, vt confundat ſapientes, e & infirma mũdi elegit Deus, vt cõfũdat fortia, et ignobilia mundi, & cõtẽptibilia ele

beſcimus nec formidamus Chriſtum crucifixũ, Iudæis obſtinatis factũ offendiculũ, ad quod impegerũt: infidelibus Gẽtilibus, ſtultitiam reputatũ: a ijs aũt qui ſunt ad fidẽ vocat, tã ex Iudæis quàm ex Græcis Dei virtutẽ, ſolam ſaluare potentẽ, & æternã patris ſapiẽtiam. b Quoniam ſtultũ hoc à Deo nobis datum, quòd ſeculares homines ſtultum reputant, vincit omnem humanã ſapiẽtiam. Et infirmum illud, nobis à Deo datũ. quod infidelibus infirmũ videtur, vincit omnẽ humanam fortitudinem. c Imò verò congregationẽ veſtrã ſi perſpexeritis, paucos numerabitis inter vos iuxta mundũ potentes, ſapientes atque nobiles. d Sed quæ mundus vt ſtulta deſpicit, eligit Deus: vt per eos mundi ſapientes reddat confuſos, partim quidem hoc tempore, ſed in nouiſsimo plenius. e Item mundi inualida, vt fortia quęque confundat, & ignobiles, contemptibiléſque, & eos qui ſunt tanquàm nihilũ reputati, & infirmos homi-

num

num, ipſe elegit vt eos, qui aliquid videnť eſſe cõfundat, a vt vanã oſtẽdat gloriã omnis hominis qui in carne gloriať. b Ex ipſo autẽ patre Deo, vocãte, atque trahẽte, vos fideles eſtis in Chriſto Ieſu: q miſſus atque donatus eſt nobis à Deo patre, vera ſapientia, per quẽ & iuſtificati ſumus: & ſanctificati, & redẽpti, & per quã cætera bona nobis omnia proueniunt: c vt cùm per illũ omnia acceperimus, ſecundùm ſcripturã, non in alio præter quàm in domino audeamus gloriari.

Elucidatio CAP. II.

E a T ego fratres mei, cùm cognoſcerẽ placuiſſe Deo, vt per ſtultitiam & humilitatem ſaluaret fideles: & ſtulta infirmáque eum diligere, veniens ad vos prædicationis gratia, annunciaui vobis Chriſtianæ fidei (quæ de Chriſto eſt) veritatem citra verborum põpam, mũdanámque ſapiẽtiã: b Sic vobis prædicans, & ſic me gerens in oĩbus inter vos, quaſi nihil ſcirẽ præter crucis Chriſti opprobriũ.

git Deus, & ea q̃ non ſunt, vt ea q̃ ſunt deſtrueret,

a vt nõ glorietur omnis caro in conſpectu eius.

b Ex ipſo autem vos eſtis, in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapiẽtia, & iuſtitia, & ſanctificatio & redẽptio:

c vt (quẽadmodũ ſcriptum eſt) Qui gloriatur, in domino glorietur.

TEX. *Cap.* II.

a Et *ego cùm veniſſem ad vos fratres, veni nõ in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ, annũciãs vobis teſtimoniũ Chriſti.*

b Nõ *enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi* Ieſũ *Chriſtũ, & hunc crucifixum.*

Digitized by Google

a Et ego in infirmitate, & timore & tremore multo fui apud vos:

b & ſermo meus, & p̃dicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis:

c vt fides veſtra nõ ſit in ſapientia hominũ, ſed in virtute Dei.

d Sapientiam autem loquimur inter perfectos:

a Inter vos ambulans, conuerſabar in humilitate, timore, & tremore plurimo, ſolicitus ne quenquàm ſcandalizarẽ, aut prædicationis fructum conuerſatione impedirẽ. b Et ſermo meus & prædicatio, non incõpoſitis ad perſuadendum ſecundùm humanam ſapientiam verbis erat: ſed cum oſtẽſione ſpiritus, quem habemus intra nos, & virtutis ad faciendũ mirabilia: c vt non per ſapientiam humanã vos ad vitã Chriſti perduceremus, ſed magis per virtutem Dei, nec humanæ virtuti attribueretur veſtra conuerſatio, ſed ſpiritui ſancto. d Quanquàm autem inter vos in ipſis principijs prædicationis noſtræ, propter veſtram imperfectionem, nihil niſi humilia & ſimplicia vobis fuerimus ſimpliciter eloquuti, ſatis habentes ſimplici vobis aſſertione, quæ neceſſariò erant credenda de Chriſto, tradere: tamẽ ſi q̃n apud eos qui in fide ſunt perfecti, nobis ſermo contingat, poſſumus etiam de ſapientia ſublimiũ & ſecretorũ fidei noſtræ,

ſtræ,magnificētiora quędā propo nere. a Sapientiam,inquā, nō ſę cularē,quæ rationibus nitit̄, & ſecundùm naturæ curſum o͞ia iudicat,neque quā principes huius ſæculi,ſiue dæmones, ſiue præſtātes cæteris philoſophi, adinuenerūt, quos non ſaluabit ſua ſapientia, cuiuſmodi ſunt artes magicæ & ſciētiæ naturales: b ſed ſuperhumanā,ſupernaturalē & prorſus diuinā loquimur ſapientiā,in occultis ſanctiſque fidei ſacramētis:quę eſt occulta & abſcōdita,nec per ſe patēs,niſi à Deo reuelet̄. c Quam ab æterno Deus pręparauit, diſpoſuítque ſuo tēpore,& complere in opere,& manifeſtā facere, vt per eā nos ad gloriā perducamur, qui cūque per fidē,illam acceptamus. d Sanè abſcōdita eſt hæc ſapientia noſtra,cuius ſubtilitatē ſublimitatémque,nec ipſi dæmones q mū do dominabātur,neque ſapientiores in populis vlli,potuerunt p ſuā ſubtilitatē cōpręhendere. e Alio q ſi cognouiſſent dæmones,nunq̄ ad Chriſti crucifixionē inſtigaſsēt

a ſapientiam vero,non huius ſæculi,neq; principum huius ſæculi, qui deſtruuntur:

b ſed loquimur Dei ſapientiam, in myſterio, quæ abſcondita eſt:

c quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram:

d quā nemo principum huius mundi cognouit.

e ſi enim cognouiſſent nunquàm dominum gloriæ crucifixiſſent:

Iudęos:& ipſi Scribæ ac principes ſi abſque cæcitate cordis verè cognouiſſent dn̄m eſſe gloriæ quem ad mortē poſtulabāt,futurum nō erat,vt illū cruci affigerent.Nemo inquā,principū huius ſęculi ſapiētiā Dei cognoſcere per ſe potuit, iuxta ſcripturæ teſtimoniū,dicentis: a qđ neque oculo,neque auribus(id eſt nullo ſenſu)ſentiri potuerit,neque ratiocinādo, aut cogitando,humana ratio compræhendere potuerit,aut cognoſcere, quænā illa ſint quę Deus præparauit ijs qui ſe diligūt:nūc quidē in interioribus gratiæ donis,& in futuro,in ꝑfectione glorię ſuę.b Sed qđ nec ſenſu potuit,nec ratione inueniri,nobis eſt à Deo, c deſup miſſo ſpiritu ſancto,reuelatū: qui cūcta diuina cōſilia optimè peruidet,quātùmvis occulta. d Quēadmodū enim nemo nouit quę in hoīe latēt, cogitationes atque cōſilia,niſi mēs hoīs que in ipſo eſt, & cui illa qđ in ſe tenet ſignificare voluerit:Ita cōſilia Dei ſolus nouit ſpiritus eius,& quibus ſpiritus ille

ſicut ſcriptum eſt: a Quod oculus nō vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcēdit,quæ præparauit Deus *his qui diligunt illum.*

b Nobis *autē reuelauit* Deus *per ſpiriium ſuum,*

c Spiritus *enim omnia ſcrutatur etiā profunda dei.*

*d Quis enim ſcit hominū quæ ſunt hominis niſi ſpiritushominis,qui in ipſo eſt?*Ita *& q̄* Dei *ſunt nemo cognouit niſi ſpiritus Dei.*

illevoluerit reuelare. a Ad hunc Dei ſpiritū,qui ex Deo eſt,& quæ Dei ſunt,edocet eos quos habitat, nos accepimus qui in Chriſtū credimus:nō talē,qui nos ea quæ huius mūdi ſunt(id eſt ſapiētiā ſęcularem)edoceat: b per quem Dei ſpiritū agnoſcimus & intelligimus dona Dei,gratiam nimirū & gloriam futurā,quæ iam vel in re vel in ſpe,donata ſunt nobis. c Quę etiā,vt cognoſcimus prędicamus, verbis non vtique ad doctrinā humanæ ſapientiæ cōpoſitis, ſed ad ſpiritus doctrinā, accommodatis. d Spiritualibꝰ enim edocēdis myſterijs accōmodāda ſunt verba itē ſpiritualia,& ſpiritualibꝰ auditoribꝰ,accōmodamꝰ ſpirituales doctrinas. e At verò aīales hoīes,ſpirtū nō habētes, nequeunt intelligere ſpiritualia,ſed ea ſtultitiā ęſtimāt: Idcircò aūt nequit aīalis intelligere ſpūalia,quia ſpiritualiter dijudicari debēt nō ad humanæ ſapientie regulas,aut ſenſuum demōſtrationes. f Spiritum autē habentibus,facilè eſt omnia quæ credēda

a Nos aūt nō ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt:

b vt ſciamus quæ à Deo donata ſūt nobis:

c quæ & loquimur,non in doctis humanæ ſapiētiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus,

d ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.

e Animalis autē homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur.

f Speritualis aūt iudicat omnia,

ſunt examinare & dijudicare. Quippe qui lumẽ in ſe habeãt ſpiritus in quo vidẽtur, fiũntque credibilia. a Ipſe autẽ à nemine poteſt cõdemnari, quatenus ſpiritualis eſt. Nam qui iudicare debet ſpiritualem, quatenus huiuſmodi eſt, hunc neceſſe eſt ſpiritu Dei, aut ſapiẽtiorem eſſe aut maiorẽ. b ſed iuxta ſcripturam: Nemo hominũ, conſilia per ſe nouit ſpiritus Dei: Neque prior eſt quiſquàm ſapientia, qui poſsit eũ inſtruere. c Nos verò conſilia Chriſti & eius mentem optimè nouimus, ab ipſius nimirum ſpiritu edocti, inſtructi, & illuminati.

a & ipſe à nemine iudicatur:

b ſicut ſcriptũ eſt: Quis enim cognouit ſenſum domini aut quis inſtruxit eum?

c Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

Elucidatio CAP. III.

TEXTVS

Cap. III.

a Et ego fratres non potui vobis loqui: quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus.

b Tanquàm paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi non eſcam.

Ea T ego fratres mei, propter veſtram imbecillitatẽ, non potui vobis ſublimia Dei, quaſi prorſus ſpiritualibus, ipſo primo acceſſu proponere, ſed quaſi carnalibus magna ex parte, mihi neceſſe fuit veſtrę fragilitati accõmodare ſermonẽ. b Dedi enim vobis facilioris & ſimplicioris doctrinæ lac in potũ nõ eſcam ſolidiorẽ ſublimioris

mioris ſapiẽtiæ. a Nondũ enim per infirmitatẽ valẽtes eratis.Imò ne nũc quidẽ(cùm adhuc magna ex parte ducamini)ſufficitis altioribus capiẽdis myſterijs. b Ipſe enim æmulationes,& quæ ſunt ex eis contẽtiones teſtãtur vos carne adhuc duci,& aliqua ex parte ſecundùm humanã infirmitatẽ,etiã nunc viuere. c Vnde enim niſi à carnis concupiſcentia inaníque gloria,vt cõtendat alius aduerſus aliũ pro hoĩe,aut Paulo, aut Cepha,aut Apollo:dicente alio, Ego ſum Pauli in baptiſmo filius, & huic ego adhęreo:alio dicẽte,Ego ſum Apollo,& ita de reliquis . Sed reſpõdete mihi: d Quid Paulus! & quid Apollo!homines per ſe viles & miſerabiles,vt in eis ſic gloriemini?Nihil ſumus niſi miniſtri eius Chriſti in quẽ vnũ noſtra prędicatione vnanimiter oẽs credidiſtis. e Atque hoc ipſum qđ miniſtri Dei ſumus,nihil eſt aliud niſi Dei donũ,& vnicuique competit miniſtrorum,ſicut à dño accepit. f Nam ego prima iaciẽs in vobis

fidei

a Nondum enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis, adhuc enim carnales eſtis.

b Cùm enim ſit inter vos zelus & contentio: nónne carnales eſtis, & ſecũdùm hominẽ ambulatis?

c Cùm enim quis dicat, ego quidem ſum Pauli, alius autem, ego Apollo, nónne homines eſtis?

d Quid igitur eſt Apollo! Quid verò Paulus? Miniſtri eius cui credidiſtis.

e Et vnicuique ſicut dedit dominus.

f Ego plantaui,

Digitized by Google

a Apollo rigauit.
b Deus autẽ incremẽtum dedit.
c Itaq; neq; qui plãtat eſt aliquid neque qui rigat, ſed qui incrementum dat, Deus.
d Qui aũt plãtat & qui rigat vnũ ſunt.
e Vnuſquiſq; aũt ꝓpriam mercedẽ accipiet ſecundùm ſuum laborem.
f Dei enim ſumus adiutores.
g Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.
h Secundùm gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus, fundamentum poſui, alius autẽ ſuperædificat.

fidei ſemina, plãtaui vos in Chriſto. a Apollo fratrẽ reliqui vobis, vt vos rigaret verbo prædicatioquæ ego ſeminaui ad fructũ perducẽs. b Deus aũt eſt qui interius poſsit vitã & vigorẽ dare, vt quæ noſtro miniſterio ſunt plantata, atque irrigata, eius virtute creſcerent atque adoleſcerent. c Ipſe autẽ neque plãtans neque rigans, per ſe eſt aliquid, ſed vegetator & viuificator Deus, totũ eſt, quicqd eſt: d in quo inſuper, & plãtans & rigãs vnum ſunt, & à quo ſimul vtrique ſui habẽt operationẽ miniſterij. e Vnuſquiſque aũt miniſtrorum, propriã accipiet remunerationem, iuxta ſuã induſtriã, laborẽ, atque diligentiam, iuxta qđ fideliter creditũ ſibi miniſterium adimpleuerit. f Nos enim Deus ſua dignatiõe velut cooperatores & adiutores aſſumpſit, in promouẽda & procurãda ꝑ nos cõuerſatione infideliũ. g Vos eſtis ager, quẽ nos deo colimus, vos eſtis ſtructura, quã nos miniſtri, Deo ædificamus. h Ego quidem iuxta gra-

gratiā deſuper acceptā,vt archite ctus præcipuus ſecūdùm ſapiētiā Dei,ieci in hoc ædificio bonū fun damētū veræ ſyncerçqúe & imma culatæ fidei. a Cęterùm vnuſqſque attēdat,qd malit ſuperſtruere. b Nā de fundamēto nemo debet eſſe ſolicitus,quoniā fidē nemo po teſt aſſerere,aut conſtituere,aliā à fide Ieſu chriſti ſupra quā ego vos çdificaui. De fundamēto ergo noli te dubitare,ſed tātùm de ſtructu ra eſtote ſoliciti. c Quidā enim ſu pra fundamētū çdificāt aurū,argē tū,& præcioſos lapides: q videlicet opera bona,fidei ſuæ adijciūt, nōnulli ſumma & pfectiſsima,alij mediocria,alij infima,bona tamē: quēadmodū ſunt caſtitas virginalis, caſtitas vidualis, & debit⁹ vſus matrimonij. Alij verò ſupçdificāt lignū,fœnū,& ſtipulā,q̄ cōbuſtioni ſunt apta: ij nimirū,q fidei ſuæ qua in Chriſto fundati ſunt,etiā ſi in charitate,tn̄ ſuperaddūt peccata nōnulla venialia,quæ ignis eſca (niſi hic purgentur)erunt in igne purgatorio: ea quæ vel maiori cō-

buſtio-

a vnuſquiſq; autem videat quomodo ſuperædificet.

b Fundamētum enim aliud nemo poteſt ponere,præter id quod poſitū eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus.

c Si quis autem ſuperædificat ſupra fundamētum hoc,aurum, argētum, lapides præcioſos,lignum,fœnum,ſtipulam.

buſtioni, & longiori deſtinata, vel breuiori: ſecundùm quod grauiora illa ſint, vel leuiora, vel leuiſsima. a Quid autẽ horũ vnuſquiſque iam operetur, etiãſi nunc lateat, ſuo tñ tẽpore fiet manifeſtũ. b Dies enim illa extrema, in qua dñs ad iudiciũ adueniet, manifeſtabit, & declarabit, quale fuerit vniuſcuiuſque ædificiũ: quia per ignẽ vniuſcuiuſque opus reuelabitur, quale ſit. Aurũ enim, argentũ, & lapides pręcioſos, dũ cõflagrare nõ poterit, declarabit ea bona eſſe: lignũ autẽ, fœnũ & ſtipulã, declarabit mala fuiſſe: qñ ea conflagrabit & ardore ſuo puniet: c Cuius nũc opus ab igne punitum nõ fuerit, nec per ignẽ purgatione dignũ probatum ſic erit hoc opus, & æternæ vitæ mercedẽ bonã recipiet. d Cuius verò opus inuentũ fuerit, tanquàm aliquid habẽs admixtũ malitiæ, ignis cõflagratione & purgatione opus habere: patietur ille quidem pœnam, donec in purgatorio quæ ſecum detulit conflagranda, purgata fuerint. Ipſe

a Vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit.

b Dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabit, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.

c Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit mercedem accipiet.

d Si cuius opus arſerit detrimentum patietur.

a Ipſe tñ,quia fundamentum nō
perdidit,in quo manet ꝑ charita-
tem fundatus,finaliter poſt purga
tionē ſalutē conſequet̄. b Sic tñ,
quaſi per ignē purgatoriū, ab ijs
quæ ſecū detulerat leuioribus pec
catis expurgatus.Huiuſmodi autē
vltio ſi prior de leuioribus etiam
peccatis exigetur,de fornicatione
quid æſtimabimus? c Nō ignora-
tis credo,quia ſpūs Dei quē accepi
ſtis credentes vos cōſecrauit in tē-
plum ſanctū domino,& ipſe inha-
bitat in vobis. d Qui autē auſus
fuerit templū Dei (id eſt, ſeipſum
factū Dei templum) fornicationis
turpitudiue vitiare, quid exiſtima
tis cōſequi,niſi vt illū quoque ab-
ijciat & perdat Deus?Sanctū enim
& omni dignū reuerētia,exiſtima-
ri debet tēplū Dei. e Atqui tēplū
Deo ſanctificatū vos eſtis, qcūque
ſpiritū ſanctū credētes accepiſtis.
f Nemo igit̄ ſe ſeducat vanis per-
ſuaſiōibus excuſans excuſationes
in peccatis. Multomagis qui inter
vos ſapiēs habet̄, humilitatis ſtul-
titiā induat,quo verè fiat ſapiens.

a Ipſe autem ſaluus erit.

b Sic tamē quaſi per ignem.

c Neſcitis quia tēplum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis?

d Si quis autem templum Dei violauerit diſperdet illum Deus.

e Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

f Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo ſtultus fiat, vt ſit ſapiens.

Quoniā

a Quoniā quā mūdus reputat ſapientiā, Deus ſtultitiam æſtimat. b Scriptū eſt enim de hac ſapientia: Cōdēnabo ſapiētes in ſtultitia ſua & ſtultitiā eorum meo iudicio ego faciā manifeſtā. c Rurſum: dn̄s nouit varias eſſe ſapientiū cogitatiōes. d Itaque (vt cōtinuando ſermonē ingrediamur vnde digreſsimus) nemo glorietur in hominibus, imo nec in vlla creatura. e Omnia enim, vobis à Deo in miniſteriū ſalutis veſtræ data ſunt, & electis ſubſeruiūt omnia, ſiue nos prædicatores & Apoſtoli, Paulus, Cephas, Apollo, & cæteri, ſiue quæ in mūdo ſunt oīa, quæ homini cōſtat ſeruire, quaſi illi propter quē facta ſunt, ſiue vita iſta, in qua per opera virtutū tēpus habemus promerendi, ſiue mors corporalis, quę patienter tolerata perducit ad ſalutem, ſiue præſentia, quæ nobis à Deo donātur, ſiue Deo permittēte obueniunt, ſiue futura: f omnia, inquā, veſtro ſunt miniſterio deputata, & propter vos ſunt omnia, atque ad veſtrā ſalutē ſunt ordinata.

a Sapientia enim huius mūdi ſtultitia eſt apud Deū.
b Scriptū eſt enim Comprahendā ſapientes in aſtutia eorum.
c Et iterum dominus nouit cogitationes ſapientū, quoniam vanæ ſunt.
d Nemo itaq; glorietur in hominibus.
e Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura,
f Omnia enim veſtra ſunt,

ta. Propter quod in nulla creatura vobis eſt gloriãdum, cùm in infirmioribus & ſubiectis vanũ ſit gloriari. a Vos aũt eſtis Chriſti, & ad illũ quaſi membra ad caput referimini: & ob hoc in ipſo ſolo vt ſuperiori & meliori, eſt vobis gloriãdũ, non in hominibus, quod vanũ eſt: b quẽadmodũ Chriſtus Dei filius ſecũdùm humanitatẽ, nõ in ſeipſo, ſed in patre ſolo gloriabat̃.

a vos autem Chriſti,

b Chriſtus autem Dei.

Elucidatio CAP. IIII.

Qvemadmodũ autẽ gloriari vobis nõ expedit in nobis, ſic neque cõuenit vt odio ſè iudicetis nos qui ſumus miniſtri Dei & veſtri. a Sic nos habetote, ô homines, quia intima iudicare nõ poteſtis vt miniſtros Chriſti, & myſteriorum eius diſtributores. b Cæterùm, quantum ad reliquum, inter diſpenſatores videndum eſt, ipſiqúe hoc viderint, vt fideles inueniantur in credito ſibi miniſterio: veſtrũ tamen nõ eſt, illos ſtultè iudicare. c Ego verò ꝑ nihilo reputo, ſi aut â vobis aut ab vllo humano iudicio iudicer: quoniã

TEXTVS Cap. IIII.

a ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorũ Dei.

b Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.

c Mihi autem pro minimo, eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die.

a Sed neq; meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum.
b Qui autem iudicat me dominus eſt,
c Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoaduſq; veniat dñs, qui & illuminabit abſcõdita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium,
d & tũc laus erit vnicuiq; à Deo.
e Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos:
f vt in nobis diſcatis,

quoniã ſcio iudiciũ hoc humanũ non eſſe certũ, nec ſolidũ. a Imò nec meipſum ſufficio iudicare, certo iudicio. Nã tametſi probabili perſuaſione, nullius mihi conſcius ſceleris, exiſtimo, me iuſtum, tamẽ non hæc res me certo iuſtificat. b Dñs eſt ſolus, qui verũ & infallibile de me iudiciũ iudicat. c Vos itaque nolite anteuertere tempus iudicij ſed expectate diẽ illũ, quo per aduentũ domini illuminabuntur quæ erant in tenebris abſcõdita, & ccculta cordiũ fient manifeſtata: d qñ pro bono opere erit cuique laus à Deo vera & ſolida, quãdo neminẽ coronabit laus falſa, nemo priuabitur laude debita. e Quæ autẽ in prioribus dixi de vana gloriatione in hoĩbus, idcirrò ſub noĩe meo & fratris ac cooperatoris mei Apollo dixi, neminẽ ex Pſeudoapoſtolis deſignando, f vt ſub noſtris nominibus doceremus vos, in nullo hominum gloriandum, ne in ipſis quidem veris Apoſtolis: multominus in falſis, qui ſecundùm ſæculi tantùm ſapien-

ſapientiam prædicant, quibus tamen adhærere vtcunque, & in eis gloriari incipitis: vt diſcatis inquã ſub noſtris nominibus quæ expreſſimus, a. ne ſupra id quod ſcriptũ eſt (id eſt, ne aliter quàm in domino) contentioſè & ſuperbè agatis contra inuicem: alius pro ſuo præceptore cui adhęret, alius pro alio. b Quis enim te, miſer homo, diſcernit, ac iudicat? Nec tuũ ergo eſt alios iudicare, vt hunc præferas, illũ poſtponas, hunc laudes, illum vituperes. Quòd ſi dicas, propter gratiã aliquam: vel donũ quod in vno eſt, & non in alio, te hunc illi præferre: c Quid habet homo à ſeipſo, quod à Deo nõ acceperit? ac proinde, etiã ſi gratijs aliq̃ emineant, non tamen in eis eſt gloriãdum, nec ipſi debẽt in ſe gloriari, quaſi ea quæ habent à nullo accepiſſent, ſed potius in domino, à quo primitus procedunt. d Eſto, iã vos ſaturati eſtis, ditati eſtis in omnibus, etiã in ſpiritualibus. Sine nobis iam perfecti eſtis, nihil vltra nobis opus habentes. Sic vos vo-

a ne ſupra quàm ſcriptũ eſt, Vnus aduerſus alterũ inſletur pro alio.

b Quis enim te diſcernit?

c Quid autẽ habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis?

d Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis,

a Et vtinã regnetis, vt & nos vobiſcũ regnemus. b Puto enim, quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtẽdit, tãquàm morti deſtinatos:
c quia ſpectaculum facti ſumus mundo & Angelis, & hominibus. d Nos ſtulti propter Chriſtũ: vos autem prudentes in Chriſto. Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles, nos autẽ ignobiles.

e Vſq; in hanc horam & eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboram⁹ operãtes manibus noſtris.

bis perſuadeatis. Ego autem non ad inuidiã hoc dico. a Imò vtinã regnetis in omni perfectione, quo vos mecũ & ego vobiſcũ pariter regnemus. Ego quidẽ fateor, & libenter agnoſco meã infirmitatẽ & vilitatẽ, quę tã eſt aperta vt negare nõ poſsim. b Videre enim videor mihi, quòd Deus nos Apoſtolos abiectiſsimos dedit mundo, & velut morti deſtinauit: c quoniam eiuſmodi facti ſumus, in conuerſatione ac paſsionibus Chriſti vt ſint in nos intenti omniũ oculi, & mundus vniuerſus, & Angeli, & homines, quaſi ſpectaculũ omnibus facti. Mundus enim, ſpectare geſtit quaſi ſtultos, magos, aut nouitatũ annunciatores. Angelis ſpectaculũ facti ſumus, dignę admirationis & venerationis: hominibus bonis, in exemplũ fidei & ſanctæ conuerſationis. d Cùm nos ſtulti reputemur, infirmi & ignobiles, propter Chriſtũ quẽ prædicamus crucifixũ, vos interim gloriamini tanquàm ſapientes, tanquã fortes, tanquàm nobiles. e Nos, ex quo

Chriſtū prædicare cœpimus, frequētiſsimè eſurie affligimur, & ſiti, & nuditate, colaphis cædimur, habitationis nullū certū locū habentes, cauſa prædicandi Euāgelij circuimus vagabundi, & manibus noſtris operamur. a Cùm malè nobis loquuntur homines, nos illis econtrario bona precamur. Cùm perſequutionē patimur, nos ſuſtinemus. Cùm cōuicia nobis inferūt, nos molli obſecratione ſupplicamus, vt irā frangamus (ſi poſſimus) māſuetudine. Quid multa? b Tanquā id quod purgādo abijci ſolet, velut nihilū facti ſumus ſicut quod abſtergi ſolet ad emūdādum quippiā, vſque in hanc horā etiam ſi nunc forſitan videamur facti glorioſiores, poſtquàm eccleſiarū facti ſumus Apoſtoli. c Hāc autem paſsionem meam, non ad veſtram confuſionē ſcribo, quaſi vobis exprobans, quòd tantúm pro veſtra ſalute perpetiar, d ſed tanquàm filios mihi chariſsimos cōmonefacio: vt diſcatis quanto vos affectu diligā, & ne vlla ratiōe

a Maledicimur, & benedicimus: Perſecutionē patimur, & ſuſtinemus. Blaſphemamur, & obſecramus.

b Tanquàm purgamenta huius mundi facti ſumus omniū peripſema vſque adhuc,

c Non vt confundam vos hæc ſcribo:

d ſed vt filios meos chariſſimos moneo.

a Nam ſi decẽ millia pædagogorum habeatis in Chriſto: ſed nõ multos patres.
b Nã in Chriſto Ieſu, per Euangelium, ego vos genui.
c Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.
d Ideò miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius me⁹ chariſſimus, & fidelis in domino: qui vos cõmonefaciet vias meas quæ ſunt in Chriſto Ieſu, ſicut vbique in omni eccleſia doceo.
e Tanquã nõ venturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidã. Veniã autẽ ad vos citò: ſi dominus voluerit,

à noſtra eruditione vnq̃ recedatis, ad Pſeudoapoſtolos declinantes, qui pro veſtra ſalute nec minimũ quid vellent ſuſtinere. a Nam & ſi decẽ millia inſtructorũ poſt me venerint qui vos ad ſuũ libitũ inſtituant: ſolus tamẽ ego, patris nomẽ iure mihi ſeruo in vobis, b quoniam ego per ſemen incorruptibile ſancti Euangelij vos genui primus, cùm nondũ quicquã eſſetis in Chriſto. c Rogo ergo vos ô filij, eſtote imitatores patris veſtri: vt qualis ego ſum in omnibus prædictis, tales efficiamini & vos. Sicut & ego ſum imitator Chriſti, qui fuit opprobriũ & abiectio omniũ. Vt autẽ cognoſcatis exemplum cõuerſationis meæ. d ecce mitto ad vos Timotheũ chariſsimum filiũ meũ & fidelem in negotio Dei adiutorẽ: ipſe vobis ediſſeret conuerſationẽ noſtrã, qua conuerſamur ſecundùm exemplũ Chriſti Ieſu, iuxta formã ſecũdùm quam vbique in omni eccleſia doceo conuerſandum. e Et quanquàm hunc præmitto, veniam tamen breui (ſi

Domi-

Dominus voluerit) & ego: & tunc experimentũ ſumã de quibuſdam qui nunc me abſente inflantur, docentes & agentes nõ bona. a Examinabo autem, non illorũ ſermonem diſertum, ſed conuerſationis virtutẽ. b Perfectio ſiquidẽ Chriſtianæ vitæ nõ eſt in ſermone, ſed in bonæ conuerſationis virtute. c Ecce eligite, in manu veſtra eſt, vt veniã ad vos, vel in ſæueritate correptionis, vel in manſuetudine lenitatis.

a & cognoſcam non ſermonẽ eorũ qui inflati ſunt, ſed virtutem.

b Nõ *enim in ſermone eſt regnum* Dei, *ſed in virtute.*

c Quid vultis! in virga veniam ad vos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis?

Elucidatio CAP. V.

a PVblica fama & certa relatione audiui, talẽ inter vos cõmiſſam eſſe ac ſuſtineri fornicationẽ, qualem vix Gẽtes ferant, quæ Deũ ignorant. Nẽpe vt vxori quis iungatur patris ſui, illíque tanquã legitimę cõmiſceatur vxori. b Et vos interim in contentionibus veſtris ſuperbè agentes occupamini, & negligitis ad huius peccati expiationẽ intendere: vt pro peccato tanto támque horribili ſcelere luctũ vel publicum inſtitueretis, illũ verò facinoris authorem, à cõ-

TEXTVS
Cap. V.

a Omnino audit̃ inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes: ita vt vxorẽ patris ſui aliquis habeat.

b Et *vos inflati eſtis, & nõ magis luctũ habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrũ, qui hoc opus fecit.*

munis eccleſiæ cõſortio ſepararetis atque excluderetis. Et vos quidẽ illũ inter vos ſuſtinetis. a Ego verò quãquàm corpore abſens à vobis ſpiritu tamẽ mẽtis vobis inuigilans atque ſuperintẽdẽs,& ita me adiungens,iã tuli,quàm & executioni quantotius dari volo,ſententiã, debere vos cũ meo ſpiritu in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti cõgregatos,in virtute Dei(quã conſtat adeſſe eccleſiæ ritè in nomine domini cõgregatæ) b hũc hominẽ tradere Satanæ in carnis afflictionẽ,à veſtra eũ cõmunione ſecludendo, c quo ſpiritus ſaluus fiat in die iudicij extremi:quia ſperandũ eſt,hac pœna conuertendũ illũ ad pœnitentiã. d Non eſt bonum,quod vobis iſta cõplaceant: quod ſanè videtur cùm ante oculos veſtros ſine punitione ſuſtinetis. e Conſtat enim modicã corruptionẽ facilè totã maſſam, cui eſt cõmixta corruptio ſimul inficere.Et periculũ eſt, ne ſuper vniuerſam veſtrã congregationẽ ira Dei deſæuiat, propter vnius hoc tam

a Ego quidẽ abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iã iudicaui vt præſens eũ qui ſic operatus eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute domini Ieſu,

b Tradere huiuſmodi hominẽ Satanæ, in interitũ carnis:

c vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.

d Nõ eſt bona gloriatio veſtra.

e Neſcitis quia modicum fermentũ totam maſſam corrumpit?

tam enorme facinus quod cōſentiēdo ſuſtinet ab omnibus. a vos igitur veſtrā eccleſiā atque voſipſos purgātes, eijcite corruptionē peccati: vt ſit veſtra eccleſia vniuerſa, velut noua & incorrupta, & immaculata maſſa, quēadmodum & eſſe debetis ſine corruptionis ferměto. b Nā & Chriſtus oblatus eſt nobis in agnū Paſchalem: c Qui cùm ſit ſine macula, nos ita que cōuenit gloriari, & gaudere in eo eúmque mādūcare & incorporare nobis, nō per malitiā aut nequitiā, quæ ſunt fermētū vetus, ſed p ſynceritatē à peccatis, & veritatē vitæ, quæ ſunt azyma, id eſt, ſine fermēto corruptionis. d Scripſi vobis aliâs p Epiſtolā ne cōmiſceamini fornicarijs. e Hoc vtique non ſic intelligendū, neque ſic erat accipiendū quaſi voluerim vobis interdicere cōſuetudinē cū quibuſcūque fornicarijs, auaris, idololatris aut rapacib⁹ hui⁹ mūdi, etiā q sūt ſine fide Chriſti: f ſic enim eium hoīum, penè cōuerſationē debere tis fugere, & ſolū intra eccleſiā de-

a Expurgate vetus fermentū, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi.

b Et enim paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus.

c Itaque epulemur non in fermēto veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azimis ſynceritatis, & veritatis.

d Scripſi vobis in epiſtola, ne cōmiſceamini fornicarijs.

e Nō vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus.

f Alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.

Digitized by Google

liteſcere,quoniã mundus hiſce plenus eſt. a Nunc autẽ declaro vobis,hanc fuiſſe meã ſententiã atque ordinationẽ: b vt ſi quis inter vos,nomine ac profeſsionis titulo Chriſtianus: aut fornicator ſit,aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut ad maledicta prõptus, aut rapax,& talis comprobetur & habeatur, ſic eum à veſtro ſeparetis conſortio,cõmuni iudicio,vt nec cibũ vna cũ eo ſimul velitis capere,quo ſic confuſus reſipiſcat. c De his autẽ qui ſunt huius mundi & extra eccleſiã, qualeſcunque tandem fuerint,mea quid refert iudicare, vt eorũ vobis interdicã cõſortiũ? d Certè de his qui intra eccleſiã ſunt, vos iudicare debetis, delinquẽtes puniẽdo. e Qui autẽ extra eccleſiã ſunt,licet noſtrũ effugiant iudiciũ, Deus tamẽ illos iudicabit ſecundùm opera ſua. f Vos autẽ videritis,vt malũ illũ q in vobis eſt & malitiã illã iam exortã, quã totius tollatis ex medio veſtrũ:ipſam quidem malitiã rigidè puniendo, mali verò authorem à veſtro conſortio

a Nunc autẽ ſcripſi vobis nõ commiſceri.

b Si is qui frater nominatur inter vos,eſt fornicator aut auarus, aut idolis ſeruiẽs, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax;cũ huiuſmodi nec cibum ſumere.

c Quid enim mihi,de his qui foris ſunt iudicare?

d Nónne de his qui intus ſunt vos iudicatis?

e Nam eos qui foris ſunt Deus iudicabit.

f Auferte malũ ex vobiſipſis.

ſortio excludendo.

Elucidatio CAP. VI.

Ea T illud omni eſt repræhenſione dignũ, quod iudicia sæcularia acceditis in veſtris cauſis, quas adinuicẽ habetis, & iudiciũ petitis ab infidelibus: cùm potius deberetis apud Chriſtianos, veſtras agere cauſas. b Scitote verò quoniã qui nunc ſunt humiles Chriſtiani, in nouiſsimo die de hoc mũdo iudicabunt cũ Chriſto, eius ſubſcribẽtes ſentẽtię. c Quod ſi ſufficientes erunt ſancti ad iudicãdũ mundũ, vtique & digni ſunt & ſufficientes, iudicare hęc minima negotia veſtra. d Imò & Angelos malos, nos iudicabimus: quãto magis ſæcularia negotia iudicare ſufficimus, quæ tantùm circa pecuniã, aut poſſeſsiones, aut alia ſunt huiuſmodi? e Igitur ſi contingat vos ſæculares habere cauſas, iudicio terminãdas, ego puto vel eos q ſunt in eccleſia contẽptibiliores at inferioris ordinis ſuffìcere, vt ipſi veſtras (ſi quæ occurrerint) actiones iudicio terminẽt. Nã

TEXTVS *Cap.* VI.

a Audet aliquis veſtrum habens negotiũ aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & nõ apud ſanctos?

b An neſcitis, quoniã ſancti de hoc mundo iudicabunt?

c Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis?

d Neſcitis, quoniã Angelos iudicabimus! quanto magis ſecularia?

e Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.

nō eſt æquū,maioris gradus Chriſtianos pecuniarijs litibus audiendis vacare. a Sic loquor contēptibiliter,vt cōfundamini ꝓpter hūc abuſum. b Quaſi verò nō ſit inter vos nec vnus ſapiēs,q ſufficiat cauſæ terminādæ,quę occurrerit, inter fratrē & fratrē. c Chriſtiani verò,q vt fratres adinuicē debēt in pace viuere,ſe inuicē ad iudicia prouocāt & iudicio contendūt: Atque id quidē(qđ grauius eſt)apud infideles iudices. d Sanè vel hoc ſolū culpa nō vacat, & ex veſtra eſt imperfectione, atque à malo eſt:quòd litigioſas actiones, homines Chriſtiani,habetis adinuicē,pro rebus perituris,cōſulente Chriſto,palliū debere dimitti,volenti tunicā auferre. e Præſtaret enim iniuriā ferre ſine defenſione iuris,aut etiā fraudē perpeti ſine defenſiōe,tali potiſsimùm ex qua ſcādalū oriri poteſt, apud iudices infideles. f Nunc autē, nō ſolùm nō ſuſtinetis fraudē & iniuriā: ſed ipſi etiā iniuriā & fraudē facitis, quódque eſt grauiſsimū, etiā fratribus,

a Ad verecundiā veſtram dico.

b Sic nō eſt inter vos ſapiens quiſquàm qui poſsit iudicare inter fratrem ſuum?

c Sed frater cum fratre iudicio cōtendit, & hoc apud infideles.

d Iam quidē,omnino delictū eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos.

e Quare nō magis iniuriam accipitis! Quare non magis fraudem patimini?

f Sed vos iniuriā facitis & fraudatis,& hoc fratribus.

tribus,id eſt, Chriſtianis pro quibus etiã animã ponere deberetis. a Nõ attẽditis,quòd iniqui regnũ Dei nõ poſsidebũt hæreditate?Nolite errare ſtultis ſeducti perſuaſionibus. b Scimus enim:nullũ fornicariũ,idololatrã,adulterũ,mollẽ, maſculorũ concubitorẽ,furẽ, auarũ,ebrioſum maledictorẽ,aut violentũ raptorẽ,regnũ cœleſte poſſeſſurũ. c Huiuſmodi autẽ,& ſi fuiſtis olim,nũc tamẽ illa vobis non ſunt iterãda:quia baptiſmo abluti eſtis,ſanctificati eſtis,per peccatórũ remiſsionẽ,& per fidei gratiam iuſtificationẽ conſequuti,in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo baptizati eſtis,& in quẽ credidiſtis,& per ſpiritũ ſanctum quem à Deo credentes accepiſtis. Quod autẽ dixi (nõ eſſe in iudicio cauſas agẽdas,pro tẽporalibus rebus) licet forſan res per ſe omnino illicita nõ ſit,tamẽ propter ſcandalum vitandũ,& offenſionẽ cauẽdã,nullo modo expedit. Nec enim quæcunque licent, ſemper expediunt. d Mihi ſanè licent plurima, id eſt,

a An neſcitis quia iniqui regnũ Dei non poſsidebunt? Nolite errare.

b Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruiẽtes,neq; adulteri, neq; molles,neque maſculorũ concubitores,neq; fures neq; auari,neque ebrioſi,neque maledici,neque rapaces, regnum Dei poſsidebunt.

c Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati, ſed iuſtificati eſtis, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,& in ſpiritu Dei noſtri.

d Omnia mihi licent,

eſt,omnia quæ iure aut lege prohi
ſed non omnia ex pediunt. bita nõ ſunt. Aut verò non omnia
item expediunt, vt licẽt,quẽadmo
dum licitũ eſt & mihi ſumptus ac-
cipere, & quibuſlibet veſci,& alia
multa facere: quibus tamen licitis
vti non expedit, propter ſcandalũ
vitandũ aut fructũ Euangelij non
impediẽdũ,aut alia quauis de cau-
a Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. ſa. a Omnia, inquam, eiuſmodi
mihi non ſunt per ſe illicita: Ego
verò magis puto expediens, à mul
tis etiã licitis abſtinere, vt me nulli
ſubijciã, inque mea libertate per-
maneam:quę nõ ita mihi eſſet in-
tegra, ſi ſtipendia à vobis accipe-
rem,aut veſtris ſumptibus viuerẽ,
quæ tamen per ſe mihi ſunt licita.
b Eſca ventri & venter eſcis: Deus autem & hũc & hanc deſtruet. b Eſca ventri eſt deputata, vt in
eo cuſtodiatur, ad decoctionem &
corporis mutationem, & vẽter ſic
eſcis deputatus eſt: Deus verò &
eſcã deſtruet, & vẽtrem: quoniam
& eſca corrumpitur in ſubſtantia:
& venter licet reſurget, tamen de-
peribit à ſuo, quod nunc habet ad
eſcas,officio,& neutrũ horũ Deus
ad immortalitatem ſeruare diſpo-
nit.

nit. Propter quod paruipẽdẽda eſt cura ventris, & non tanti faciẽdus eſt, neque cibus neque vẽter quin quantum ad ventrẽ & eſcam, multa expediat omittere quæ alioqui ſunt per ſe licita. Nemo verò exiſtimet, quomodo vẽter eſcis deputatur, ſic corpus fornicationi itẽ eſſe deſtinatũ. a Corpus enim nõ fornicationi eſt deſtinatum, ſed domino: & dominus corpori vult dominus eſſe, quod ad immortalitatem & gloriam reſuſcitare diſponit, & in quo habitare vult: modò ꝑ gratiam & poſtmodum per gloriam. b Et ſicut dominum Ieſum Deus tertia die ſuſcitauit à mortuis, ſic & noſtra corpora per virtutẽ ſuã opportuno tempore reſuſcitabit. Quũ igitur ſic Deus, immortalitatis & reſurrectionis honore, noſtra corpora dignetur, nõ debemus ea nos fornicatiõe inhonorare. c Mirum quod nõ attẽditis corpora veſtra adeò digna eſſe vt ſint mẽbra Chriſti. d Vos ipſi iudicate ſi nõ res indigniſsima ſit, mẽbra Chriſti ab ipſo auellere, & fœdiſsimæ mere-

a Corpus autem non fornicationi, ſed domino, & dominus corpori.

b Deus verò & dominum ſuſcitabit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.

c Neſcitis quia corpora veſtra membra ſunt Chriſti?

d Tollẽs ergo mẽbra Chriſti, faciã membra meretricis? abſit.

a An neſcitis quoniam adhæret meretrici, vnum corpus efficitur?

b Erũt enim (inquit) duo in carne vna.

c Qui autẽ adhæret domino, vnus ſpiritus eſt.

d Fugite fornicationem.

e Omne enim peccatum, quodcunq; fecerit homo extra corpus eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuũ peccat.

f An neſcitis quoniam membra veſtra templum eſt ſpiritusſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

meretrici inſerere. a Sciendũ verò, quod is qui meretrici copulatur, in vnum corpus cũ ea quodãmodo conglutinatur: quæ conglutinatio, per corporũ fit cõmixtionem: b ſicut in Geneſi de legitima copulatione legitur, quòd vir & mulier (quantũ ad actũ commixtionis illius) ſunt quaſi duo in carne vna. c Quo contra, qui Deo ſe per amorẽ adiũgit, vnũ cũ Deo in ſpiritu efficit, vt ſint vnũ ſpiritus diuinus & ſpũs humanus. d Fugite dico, modis oĩbus fœdiſsimũ illud fornicationis vitiũ vel ob ſolã ipſius fœdiſsimã fœditatẽ. e Cętera enim peccata, corpus nõ maculãt, ſed animã tantum etiã ſi per corpus fiant. Fornicatio verò, corpus ipſum fœdiſsima fœditate immũdans miſerè atque ſenſibiliter cõmaculat. f Attẽdite quæſo, & intelligite, quoniã corpora veſtra ſpũſſanctus ſibi in tẽplum, totíque Trinitati cõſecrauit: quẽ ſpiritum pro magno munere habetis à Deo & non eſtis veſtri, vt vobis liceat veſtris membris pro libito abuti.

Pre-

a Pretio enim magno valde (id eſt,ſanguine Chriſti) redēpti eſtis è manibus diaboli,ad ſeruitutem Dei, b propter qđ, neceſſe eſt vt Deū,ꝗ vos emit,portetis atque glorificetis,etiam in corpore veſtro.

a Empti enim eſtis pretio magno.

b Glorificate & portate Deum, *in corpore veſtro.*

Elucidatio CAP. VII.

P a Oſt hęc reſpōdendū eſt, ad ea de ꝗbus per literas me interrogaſtis. b Principio,quātùm ad ea quæ de matrimonialibus requiſiſtis,ita definio,bonū eſſe viro, ſi poſsit omnino à muliere abſtinere. c Ob euitādum tamen fornicationis periculū,nō hoc præcipitur ſed tanquàm licitum permittitur vnicuique viro ſibi propriam habere mulierem iunctam matrimonio: d & cuilibet mulieri,permiſſum ſit habere proprium maritū:vt per ſacramentū matrimonij, ſit remedium aduerſus fornicationem. e Teneatur vxor debitum reddere viro, & nihilominus vir mulieri:ſi cōuenieter & rationabiliter poſtuletur. f Mulier enim ſuū corpus tradidit in poteſtatem viri,per matrimonialem cōſenſum:

TEXTVS
Cap. VII.

a De *quibus autē ſcripſiſtis mihi:*

b Bonū eſt homini mulierem non tangere.

c Propter fornicationem autē,vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat.

d. & vnaquæq; ſuū virū habeat.

e Vxori vir debitum reddat, ſimiliter autem & vxor viro.

f M*ulier ſui corporis poteſtatem nō habet,ſed vir.*

& vir

a ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem nō habet, ſed mulier.

b Nolite fraudare inuicē, niſi fortè ex conſenſu, ad tempus, vt vacetis orationi.

c & iterū reuertimini in idipſū, ne tētet vos Satanas, propter incontinentiam veſtrā.

d Hoc autem dico ſecūdùm indulgentiam, non ſecūdùm imperium.

e Volo autem omnes vos eſſe ſicut meipſum.

f Sed vnuſquiſq; proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic, alius verò ſic.

a & vir corpus ſuum ſubiecit poteſtati mulieris (quantum ad actum hunc matrimonialē, in quo pares ſunt ambo) ſic vt altero alterū requirente rationabiliter, nō liceat negare córporis vſum. b No lite inuicem ſubtrahere fraudulenter debitum: niſi id ex communi fiat vtriuſque cōſenſu, ad tempus communiter conſtitutum, vt poſſitis diligentius orationi inſiſtere. c Poſt quod tamen tempus tranſactum rurſum erit in vnum cōueniendum ſicuti prius, propter infirmæ carnis incontinentiam: ne fortè in tentationem vos inducat Satanas. d Non hoc dico, quaſi imperans vobis, ſed quaſi indigēs (nempe, vt reuertantur coniuges in idipſum, & vt quiſque ſuā vxorem habeat, & vnaquæque virum ſuum.) e Optarem autem magis, omnes eiuſmodi eſſe qualis ſum ego, id eſt, ſine coniugis conſortio. f ſed Dei voluntas alij donat maius, alij minus donum: vt ſit huius donum caſtitas virginalis, alterius vidualis, alterius matrimonialis.

Singu-

a Singulariter autē ijs qui nondū ſunt matrimonio iūcti, & viduis, dico cōſultū eſſe ſi ſic vt ſunt permāſerint ſine cōiuge: quēadmodū & ego, ſine cōiugis conſortio permaneo. b At ſi timeāt ſe nō poſſe continenter viuere, licitè poſſunt inire matrimonium. c Præſtat ſiquidem matrimonio iungi, quàm cōcupiſcētiæ ardoribus libidinoſè ad lapſum agitari: eiſque ſuperari. d Cæterū, illis qui iā matrimonio ſunt iuncti præcipio nō ex me, ſed ex præcepto dn̄i, ne vxor à viro diſcedat, excepta fornicationis cauſa. e Quòd ſi eā cōtigerit iuſta cauſa diſcedere, nō poſsit tamē priore viuēte alteri nubere, ſed maneat vt eſt: ſeque contineat aut ſi continere nō poteſt, potius reuertatur ad virū priorē. f Neque magis liceat viro, vxorē deſerere. In his enim pares ſunt ambo cōiuges. Atque hæc dicta ſint ijs, quorū vterque fidelis exiſtit. Nūc autem de illis loquimur, qui pariter in infidelitate cōtraxerūt matrimonium, ſed poſtea conuerſo

a Dico autē non nuptis & viduis, bonū eſt illis, ſi ſic permanſerint ſicut & ego.

b Quòd ſi non ſe cōtinent, nubant.

c Melius eſt enim nubere quàm vri.

d His autem qui matrimonio iūcti ſunt, præcipio, non ego, ſed dominus, vxorem à viro nō diſcedere.

e Quòd ſi diſceſſerit manere innuptam aut viro ſuo reconciliari.

f Et vir vxorem non dimittat.

a Nam cæteris dico ego, non dominus:

b Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc cõſentit habitare cũ illo, non dimittat illam.

c Et ſi qua mulier fidelis habet virũ infidelẽ, & hic cõſentit habitare cũ illa non dimittat virum.

d Sãctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.

e Alioqui filij veſtri immũdi eſſet.

altero ad fidẽ Chriſti alter manet infidelis. a Cęteris ergo huiuſmodi ſic ordino, nõ quidẽ ex dñi prę cepto, ſed ex meo cõſilio: vt ſi quis non ita faciat, non tamen ob hoc peccauerit. b Ego tñ vt vtilius cõſulo: ſi Chriſtianus aliquis ad fidem Chriſti in matrimonio conuerſus, vxorẽ habeat permanentẽ infidelẽ, quæ velit cũ eo pacificè abſque iniuria nominis Chriſti permanere, vt illã nõ deſerat, prętextu Chriſtianiſsimi. c Similiter & mulier ſi conuertatur viro non conuerſo, & ille conſentiat pacificè ſine iniuria Chriſtiani nominis, cũ illa permanere vt ante, nec ipſa deſerat virum ſuum, Chriſtianitatis prætextu. d Vincit enim ſanctitas viri fidelis, immũditiam mulieris infidelis, vt huic nihil nocere valeat illius immunditia: & vincit ſimiliter mulieris fidelis eiúſque fidei ſanctitas, viri ſui infidelis immunditiam: ita vt per ſuã fidem, ex illius copula nihil queat maculari. e Alioqui enim ſi ſic paſsim inuicem deſeritis, cœperitíſque

tiſque vrgentibus concupiſcentiæ ſtimulis alijs commiſceri, periculũ eſt ne immundos & ſpurios illegitimóſque ꝓcreetis filios, quos nũc in legitimo cõiugio mundos & legitimos, recipitis. a Si verò coniugũ alter infidelis, malitia ſua ob fidem coniugis fidelis ſcandalizatus, voluerit diſcedere: habeat ſibi. Nõ enim ſic ſubiectus eſt Chriſtianus ſeruituti, in eiuſmodi rebꝰ. b Cùm ad pacem Deus ſuos Chriſtianos vocauerit: ita vt nihil neceſſe habeat fidelis, ſeruiliter ſectari malitioſè diſcendentẽ, & cum ea in perpetua diſſenſione viuere. Quanquàm aũt, quod ſupra dixi, non vt præceptũ domini dedi: tamen vt vehemẽter vtile, conſulo. c Neſcit enim mulier, ſi fortè virum aliqñ Deus velit per eam ſaluare, & fortè Deus per virũ diſponit mulierem lucrari, eámque per illum ad ſuam fidem conuertere, propter quod non conſulo inuicem ſine cauſa dimittere, prętextu Chriſtianitatis: ſed magis ſimul permanere, ad inuicem lucrandũ:

Nunc autem ſancti ſunt.

a Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat.

Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi.

b In pace autem vocauit nos Deus.

c Vnde enim ſcis mulier ſi virũ ſaluum facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies?

a Niſi vnicuique ſicut diuiſit dñs.
b Vnumquẽq; ſicut vocauit Deus, ita ambulet, & ſicut in omnibus eccleſijs doceo.
c Circunciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium:
d In præputio autem aliquis vocatus eſt? non circuncidatur.
e Circunciſio nihil eſt & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mãdatorum Dei.
f Vnuſquiſq; in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.
g Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ, ſed & ſi potes fieri liber magis vtere.

a Hoc tantùm, vt vnuſquiſque ſic agat, ſicut illi dñs dederit. b In quo ſtatu Deus vnũquenque vocauit, in eo ipſe bene conuerſetur: ꝙ vbique ego prædico in omnibus eccleſijs. c Exẽpli gratia: in circũciſione eras cùm te vocauit Deus, non ſit tibi curæ adducere ritus Gẽtiles: d in Gentilitate vocatus es, non ſit tibi curæ ſuperinducere obſeruãtias legales. e Ad ſalutem enim, nihil valet circũciſum eſſe, aut eſſe incircũciſum, ſecũdùm carnem: ſed obſeruare mãdata Dei id ſolùm eſt quod ſaluare homines poteſt. f Quicunque in bono aliquo ſtatu & licito, ad fidem Chriſti vocatus es, non ſis anxius pro ſtatus commutatione, quaſi in illo ſalutẽ conſequi nõ poſsis. In omni enim ſtatu honeſto & bono, Deo placere nõ poſſumus. g Exempli gratia: ſi ſeruus es qui vocaris ad fidem, nõ ſis pro ſeruitute anxius. Verũtamen ſi potes & offerat̃ occaſio, tum magis vti libertate fuerit cõſulendũ. Nõ debet, inquã, ſeruus eſſe anxius ob ſuã cõditionẽ,

quo-

quoniam in Deo æquales ſunt ſeruus & dñs. a Nam ſeruus conditione, factus fidelis: licet hominis ſeruus, tamen dñi libertus eſt, corã Deo à peccatis, & per Deum è manu diaboli, liberatus. b Similiter & ille qui liber erat antequàm vocaretur ad fidẽ, factus fidelis, quãquàm nulli ſit hominum ſeruus, tñ Chriſti ſe debet ſeruũ agnoſcere: ita vt omnibus ex æquo Chriſtianis: hoc ſit cõmune, qđ ſerui ſunt Dei & Chriſti. c Pretio ſiquidẽ empti ſanguinis filij Dei, nõ debetis vltra ſeruire hominibus, niſi in dño: ſic vt illũ ſemper, qui vos ſanguine ſuo emit, tãquàm præcipuũ & primum dñm habeatis, cui ſeruiatis propter ſeipſum. d Iterum ergo dico: vnuſquiſque Chriſtianus, in aliqua vocatus conditione licita atque honeſta, in qua Deo ſeruire poſsit, ſine anxietate in ea permaneat, cõfidenter coram Deo conuerſando, qui nullũ ſtatũ deſpicit. e Cæterùm de virginitatis obſeruantia, prçceptum à domino nullum habeo. f Quid tamen

a Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini.

b Similiter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.

c Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.

d Vnuſquiſq; ergo in quo vocatus eſt frater, in hoc permaneat apud Deum.

e De virginibus autem præceptum domini nõ habeo:

f conſilium autẽ do, tanquàm miſericordiam conſecutus à domino, vt ſim fidelis.

Digitized by Google

mihi ſuper hac re videatur, poſtu-
latus conſiliũ dabo, ſecũdùm veri-
tatẽ: tãquàm ijs qui à dño ſum mi
ſericordiam cõſecutus, vt in meo
miniſterio tãtò eſſem fidelior, quã
tò fueram ex me tanta vocatione
indignus. a Tanquàm fidelis er-
go Apoſtolus, iudico bonã eſſe vir
ginitatis obſeruantiã, propter mul
timodam quæ in matrimoniali ſta
tu occurrit, neceſsitatẽ: per quam
à diuinis rebus, impediuntur, qui
viuũt in matrimonio: propter qđ
ego iudico bonum eſſe homini, ſic
permanere in virginitate. b Si per
matrimonij vinculum vxori es al-
ligatus, bonũ ſtatum tenes, noli fru
ſtra laborare, vt ab illo vinculo ab
ſoluaris. c Si verò ab vxoris vin-
culo liber exiſtis, cõſulo vt ab vxo
re abſtineas. d Qui aũt vxorem
acceperit, peccatum nullum facit:
& quæ viro nupſerit, non peccat.
e Sciant tamẽ, ſecũdùm carnis ne
ceſsitatem multas ſibi inſtare affli
ctionẽ & labores quibus à diuina
& perfecta ſeruitute impediantur.
f Quibus aũt placet, tãquàm rem
lici-

a Exiſtimo enim hoc bonum eſſe, ꝑpter inſtantem neceßitatem, quoniam bonũ eſt homini, ſic eſſe.

b Alligatus es vxori! noli quærere ſolutionem.

c Solutus es ab vxore! noli quærere vxorem.

d Si aũt acceperis vxorẽ nõ peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccauit.

e Tribulationem tamen carnis habebũt huiuſmodi.

f ego autem vobis parco.

licitã (quàm minus bonã) permitto matrimoniũ, ſecũdùm indulgẽtiam, eo ꝙ minus bonum eſt, contẽtus, non ſummũ exigens. a Hoc tantùm oẽs admoneo: quum tẽpus huius vitæ momẽtaneum ſit, illud nobis eſt videndum: vt qui vxores habẽt, ſint quaſi nõ habẽtes, domino magisquàm illis per amorẽ adhęrẽtes, b & qui ob neceſsitates varias lugẽt, ſint quaſi nõ lugentes, æquo animo ferentes quæ vel matrimonij caſibus, vel aliâs vndecũque obtingũt. c & qui vel ex cõiugij fœlicitate, aut alia quauis proſperitate gaudẽt tanquàm non gaudẽtes ſint: d & qui theſaurizant filijs ſuis, ſint quaſi nõ poſsidẽtes: & qui cogunt vti hoc mũdo cauſa victus cõquirendi, tanquàm nõ vtẽtes. In omnibus, inquã, his nõ apponant cor rebus momẽtaneis, neque nimio affectu inhæreant vlli creaturæ. e Eſt enim caduca & tranſitoria huius ſæculi figura, id eſt, ſtatus omnis & diſpoſitio. f Ego autem quod cõſulendo virginitatem præfero ob

a Hoc itaq; dico fratres. tẽpus breue eſt, reliquũ eſt, vt & qui habent vxores, tanquàm non habentes ſint.

b & qui flent tã quàm non flentes:

c & qui gaudent tanquàm nõ gaudentes:

d & qui emunt, tanquàm nõ poſsidentes, & qui vtũtur hoc mũdo, tanquàm non vtãtur.

e Præterit enim figura huius mũdi.

f Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe.

hoc facio, quia cupio vos eſſe ſine anxia ſolicitudine pro rebus iſtis mox perituris & momẽtaneis, quæ à Dei ſeruitute mirismodis hoīem detrahunt. a Qui ſine vxore eſt, vnã habet curam, vt placeat Deo: neque eſt ei amplius cõſyderandũ niſi quomodo in oībus ſuis quæ agit operibus, placitã Deo ſeruitutem exhibere poſsit. b Qui autẽ vxorẽ habet, aliquã neceſſe eſt ſolicitudinẽ tẽporalibus reb⁹ impertiat: vt ea cõquirat quibus vxorẽ alat cũ liberis: partim etiã cõſyderare debet, quomodo vxori placeat & ſatisfaciat. c Atque hoc pacto dũ varijs intẽdere cogitur, in diuerſa diſtrahitur, ne vni poſſit vacare dño. d Itidem mulier innupta, atque virgo hoc ſolũ curare poteſt, quomodo placeat dño vt ſit tã corpore quàm ſpiritu immaculata, atque perfecta in operibus bonis: e Cùm nupta, interim neceſſe habeat agitare, de tẽporalibus rebus, quomodo videlicet familiam gubernet, & quæ illi ſunt à viro cõmiſſo cuſtodiat, & deinde

a Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo.

b qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori:

c & diuiſus eſt.

d Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ dñi ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu.

e Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi,

deinde etiam quomodo viro ſuo placeat,ne vllũ vel odium vel irã incauta incurrat. a Porrò quod vobis ſuadeo virginitatẽ præferens,propter veſtrã vtilitatẽ facio, vt expeditius atque liberius Deo ſeruire valeatis.Nõ vt vos in damnationis periculũ conijciãt:qđ facerẽ ſi etiã non valẽtibus cõtinere præceptũ virginitatis imponerẽ, b ſed velut inuitãdo eos qui cõtinere ſe valent,& volunt,ad honeſtiorẽ viuẽdi cõditionẽ: in qua etiã ſit maior opportunitas,ſine impedimento aliquo dño iugiter vacãdi,& ipſum obſecrãdi. c Si quis autẽ pater,ſibi reputat turpe illud de virgine ſua,ꝙ eã iamdiu adultã nondũ nuptui tradiderit,& annos iam nubiles penè egreſſam virginem teneat,& ſibi videatur ita oportere fieri vt nuptui detur,licitum eſt illi quod velit facere, non peccat,ſi eam cũ ſuo conſenſu nuptui tradat.Melius tamẽ faceret,ſi eam in virginitate ſeruaret. d Nã qui habet in ſua poteſtate vel tradere vel non tradere,nulla cõpul-

quomodo placeat viro.

a Porrò hoc ad vtilitatem veſtrã dico,nõ vt laqueũ vobis iniiciam,

b ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimẽto dominum obſecrandi.

c Si quis aũt turpẽ ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua qđ ſit ſuper adulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat,ſi nubat.

d Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus,non habẽs neceſſitatem: poteſtatem aũt habẽs ſuæ voluntatis,

a & hoc indicauit in corde ſuo, ſeruare virginẽ ſuã, bene facit.

ſus neceſsitate, a & hoc decreuit firmo propoſito cordis ſui ſeruare ſuã virginẽ, propter eas quas ſupra diximus rationes, indubiè melius facit, nõ ſolùm nõ peccat, ſemper tamẽ virginis cõſenſu pręſuppoſito.

b Igitur & qui matrimonio iũgit virginem ſuã, bene facit, & qui nõ iungit, melius facit.

b Igitur & qui per matrimonium virgine, propter ſuam viro iungit, rem facit licitã: & qui nõ iungit propter virginitatis amorem melius facit. Quẽadmodũ aũt de virginitate diximus, ipſam præferendo, ſic tamẽ vt matrimonium tanquàm licitũ permitteremus.

c mulier alligata eſt legi, quanto tẽpore vir eius viuit. quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege, cui autẽ vult nubat, tãtùm in domino.

c Sic & de ſecundis nuptijs ſimiliter dicimus, quòd mulier alligata eſt legi viri, quandiu viuit ipſe: ita vt eo viuẽte, alij nubere nõ poſsit. Ipſo autẽ moriente, ſit libera ab obligatione illa, vt poſsit ſine peccato alij nubere, & ideò licitum eſt illi nubere cui volet. Tantùm hoc curet, vt ad gloriam dñi nubat.

d Beatior aũt erit ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum conſilium.

d Ego autem perfectiorem hac in parte, & melius agere reputauero, ſi in ſua viduitate abſque nuptiarum iteratione permãſerit, ſecundùm meum conſilium.

Ne

a Ne quis verò meũ cõſilium par uipẽdat,aut ꝑ nihilo æſtimet: etiã ego ſpiritum dñi habere me puto, q eſt ſpiritus cõſilij:ſecũdùm quẽ, iſta me fideliter puto conſulere.

a Puto aũt,quòd & ego ſpiritum Dei habeam.

Elucidatio CAP. VIII.

TEXTVS *Cap.* VIII.

QVa Vantùm verò ad ea quę idolis immolãtur, iã ſcimus omnes,quomodo licitum ſit ea(quãtùm eſt ex ciborũ natura)mãducare: quoniã omnes iam per fidẽ edocti,huius rei habemus cognitionẽ atque ſcientiã. Verùm ſunt nõnulli,quibus ſola ipſa ſine charitate ſciẽtia,occaſionẽ prębet ſuperbiẽdi,vt intumeſcãt & inflẽtur in ſemetipſis,deſpiciẽtes infirmorũ ſcãdala,& ſua ſciẽtia,abutẽtes,in ſcandalũ infirmorũ. b Sciẽtia enim ſola ſic inflatiõis eſt occaſio: c Charitas verò ipſa eſt,quę & ſibi proficit in ſalutẽ, & alijs in ædificationem, & huic ſi coniuncta fuerit ſcientia, erit non inutilis. d Si quis autem nimium ſibi tribuens,ſibi ſapiens videatur, ſic vt ex hac arrogãtia ad infirmiores nolit attẽdere: nondũ ille verũ tenet

a De his autem quæ idolis ſacrificãtur ſcimus quod omnes ſcientiã habemus.

b ſcientia inflat:

c Charitas verò ædificat.

d Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid,nõdũ cognouit,quemadmodũ oporteat eũ ſcire.

tenet ſciẽdi modũ qui eſt in hoc, vt per ſcientiam proſis quibus poteris, nemini autẽ nocumentũ inferas. a Qui verò charitatem & dilectionẽ Dei habet (propter qđ ſibi cauet, vt nemini obſit per ſciẽtiam, & proſit proximis) hic à Deo approbatus eſt, & in huius ſciẽtia complacitum eſt illi. b Quãtùm igitur ad ea ſpectat, quæ ſunt immolata idolis, primum illud certũ habemus, in mũdo idolum nullum eſſe tale cuiuſmodi exiſtimat̃, diuinitatem habens & vnicum eſſe verũ Deum. c Quanquàm enim ſecundùm nominationem atque appellationẽ, plures Dij nominãtur, ſiue in cœlo ſurſum, ſiue in terra deorſum. Siquidẽ ſic ſecũdùm nominationẽ atque exiſtimationem, ſunt Dij multi, & dñi multi, vnaquaque gẽte pro ſuo ritu, ſuos Deos & Deas deſignante & nominante. d Nos tñ credimus vnum eſſe verũ Deum, ſecũdùm naturã atque ſubſtantiã, qui eſt pater, ex quo originaliter ꝓcedũt oĩa creata, in quo & nos ſubſiſtimus: e & In

a Si quis autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo.

b De eſcis autem quæ idolis immolãtur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo & quòd nullus eſt Deus niſi vnus.

c Nam & ſi ſunt qui dicantur Dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra: ſiquidẽ ſunt Dij multi, & domini multi,

d Nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo:

e & vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum:

in vnum dominū Ieſum Chriſtū, per quem fecit pater omnia, & per ipſum nos quoque fideles, regenerati ſumus, cuius eſt vna cum patre diuinitas. a Sed non oēs, nec niſi perfectiores, hanc apprȩhēdūt perfectam ſapientiā: b Imò quidam adhuc retinētes priſtinæ conſcientiæ, aliquid erga idolum exiſtimantes aliquid numinis ineſſe idolo, etiam poſt cōuerſionē ad fidem Chriſti, manducant (erronea ſuadente conſcientia) idolothyta, in idolorū venerationē aliquam, c & conſcientia ipſorū contaminatur: nō quidem ex ipſo cibo, ſed propter ſuæ infidelitatis (quā aliqua ex parte adhuc retinent) infirmitatem: quoniam ad venerationem, vel propter timorē idoli manducant, tanquam ſi aliquid ineſſe credant diuinitatis aut numinis, idolis: In quo errore cōfirmantur amplius, cùm eos vident qui ſcientiā habēt, idolothyta manducare, putātes eos ad idolorū veneratione id agere. d Eſca aūt nos Deo acceptiores nō facit, atque ita ſpiritua

a Sed nō in omnibus eſt ſcientia:

b Quidam autē cum cōſciētia vſq; nunc idoli, quaſi idolothytum manducant,

c & conſcientia ipſorum cùm ſit infirma polluitur.

d Eſca aūt nos nō commendat Deo.

Digitized by Google

ritualiter homini eſca manducata, per ſe nõ proficit. a Neque ſi mãducaueris, ob hoc abũdãtior eris, aut efficieris ditior. Neque ſi non manducaueris eiuſmodi idolothyta: ob hoc vel deficies, vel pauperior fies, atque ita, nec corporaliter eiuſmodi idolothytorũ mãducatio, quicquàm proficit. b Vos autẽ videritis qui cũ ſcandalo infirmorũ manducatis, ſi nõ fortè licentia iſta veſtra, & ea (qua abutimini) poteſtas, infirmis fiat in offenſionem, atque ita proximo nocumẽtũ inferat, cùm vobis nil proficiat. c Nã ſi infirmior, quiſpiam viderit ſcientia pollentem, in templis idolorũ menſis accumbere, & de idolothytis cum infidelibus mãducare: indubiè conſcientia eius incitabitur amplius, huius exẽplo ad manducandũ idolothyta, cùm ſit homo ille in fide adhuc imperfectus: & cõfirmabitur ipſe in ſua erronea cõſciẽtia exiſtimãs illũ ad idolorũ culturã hoc agere: d atque hoc pacto, per tuæ cõſciẽtię libertatẽ nõ bonã, peribit infirmior Chri-

a Neque enim ſi manducauerimus abũdabimus. Neque ſi non manducauerimus, deficiemus.

b Videte autem, ne fortè hæc licentia veſtra, offendiculũ fiat infirmis.

c Si enim quis viderit eum qui habet ſcientiam, in idolio recumbentem: nõne conſciẽtia eius cum ſit infirma ædificabitur ad manducandum idolothyta?

d & peribit infirmus in tua cõſcientia frater, propter quẽ Chriſtus mortuus eſt?

Chriſtianus, propter quē Chriſtus etiā mori dignatus eſt. a Neque dubiū eſt, dū ſic peccatis in fratres lædendo cōſcientiā eorū infirmā, in Chriſtū redundare peccatū veſtrū, qui ſibi factū reputat, quicqd eius mēbris, licet infirmioribus factū fuerit. b Quapropter ſi eſca ſcādalizat fratrē, quā manduco: malò in æternū nō guſtare carnē, vel aliā quamlibet gratiſsimā eſcā ꝓrſus abijcere, potius q̄ fratri meo vllam præbere ſcandali occaſionē.

a Sic autem peccantes in fratres: & percutientes cōſcientiam eorū infirmam in Chriſto peccatis.

b Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meū, non manducabo carnē in æternū, ne fratrem meum ſcandalizem.

Elucidatio CAP. I X.

Ecce ego ipſe à multis abſtineo propter ſcandalū euitandū infirmorum, quorū tamen habeo poteſtatē: vt merito debeatis meo exēplo, hac in parte edoceri. a Sum enim verè Chriſti Apoſtolus, & liber, vt cæteri poteſtatē habens tanquàm Chriſti Apoſtolus accipere ſtipendia à diſcipulis, nec minus ſubiectus ad miniſtrādum ſine ſumptibus, quàm cæteri. Ita vt mihi liceat, quicquid illis licet: b Et (ſi quis requirit) vidi etiam ego Chriſtū dominum, vt cæteri:

TEXTVS Cap. I X.

a Non ſum liber? Non ſum Apoſtolus?

b Nónne Chriſtū Ieſum dominū noſtrum ego vidi?

Ipſi

a Nõne opus meũ vos eſtis in domino?

b Et ſi alijs non ſum Apoſtolus, ſed tamen vobis ſum.

c Nam ſignaculũ Apoſtolatus mei vos eſtis in domino.

d Mea defenſio, apud eos qui me interrogãt, hæc eſt.

e Nunquid nõ habemus poteſtatem manducandi & bibendi!

f Nunquid non habemus poteſtatem, ſororem mulierculam circunducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres domini, & Cephas?

a Ipſi quoque vos, opus, meũ eſtis in domino: quoniam ego vos per Euangeliũ in Chriſto, mea prædicatione genui. b Vnde & ſi aliorum (nempe Iudæorum) non debeam dici Apoſtolus, quibus me Deus Apoſtolũ & prædicatorẽ nõ deſtinauit: vos tamẽ negare nõ poteſtis, quin veſter ſim (hoc eſt Gentium) Apoſtolus. c Nam vos eſtis velut ſignaculum confirmatiuum mei Apoſtolatus, in domino. Veſtra enim ad Deũ cõuerſione (quę per mei Apoſtolatus miniſterium effecta eſt) noſtri Apoſtolatus confirmatur officiũ, & veritas certificatur. d Et ſi me quis interroget, addubitãs de meo Apoſtolatu, nũ verè Apoſtolus ſim hæſitans: per vos ego coram ſic dubitãtibus me defendo: vobíſque demõſtratis ſic interrogãtibus ſatiſfacio. e Cùm igitur veri ſimus Chriſti Apoſtoli, per omnia liberi, vt ſunt cæteri: cur nõ habeamus, etiam nos poteſtatẽ mãducãdi & bibẽdi, de ſumptibus veſtris? f Cur nõ liceat nobis Chriſtianã aliquã matronã in

noſtro comitatu circunducere: ad ſubminiſtrādum nobis neceſſaria, quemadmodū cæteri faciunt Apoſtoli? Ipſi etiā qui ſunt inter illos primi fratres domini Iacobus, & Ioānes: imò & Petrus, Apoſtolorū caput ac princeps. a Qua ratione nobis ſolis, id eſt, mihi & Barnabæ ſocio peregrinationis meæ nō licebit hoc agere, quod omnibus permittit, & licet omnibus? Quod autē ex aliorū Apoſtolorū exemplis modò oſtendimus, naturalis etiā ratio docet, & ciuilis cōſuetudo cōfirmat. b Omnis enim q militat, iuſtū accipit militiæ ſtipēdiū ab eo cui militat. Et omnis qui in vineę cultura laborē & operā impendit, condignū accipit ſui laboris atque operis præmiū, ab eo cui laborat. c Et qui gregē paſcit, ꝓ labore & cura ac diligētia, quā in paſcendo impendit, debet inde ſuſtentari, & quæ ſunt neceſſaria ſumere. d Et ne humanis rationibꝰ ſolis me agere exiſtimetis, ecce diuinæ ſcripturæ habēmus teſtimoniū. e In lege enim Moyſi præ-

a Aut ſolus ego & Barnabas, nō habemus poteſtatem hoc operādi!

b Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam! Quis plantauit vineam & de fructu eius non edit!

c Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat!

d Nunquid ſecūdùm hominē hæc dico! an & lex hæc non dicit?

e Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Nō alligabis os boui trituranti.

ceptum eſt, Boui laborãti in tritura ad vſum humanũ, nõ denegari victus neceſſaria, ſed illa in laboris præmium reddi. a An verò hoc in præcepto, putamus de bobus, animalibus brutis, principalẽ curã & primariã Deũ habuiſſe? b Ego verò multomagis puto, de prædicatoribus præceptũ iſtud debere intelligi. Sunt enim hæc propter nos ſcripta: & ſub boum nomine, de nobis pro Chriſto laborãtibus præceptũ eſt datũ, vt intelligatur vnumquenque operariũ mercede ſuſtentationis dignũ eſſe. c Quoniã qui arat, ex labore fructũ ſperare mercedis, iure optimo poteſt: & qui in tritura laborat, mercedẽ debitã iuſtè expectat. d Nos igitur qui vobis ſeminauimus multa prædicationis diligentia ſpiritualia, ſi veſtris tẽporalibus bonis vtamur ad neceſsitatẽ, nõ magnum vobis videri debebit: e & ſi alij qui minus in vobis laborauerũt, aut etiã falſò prædicauerunt Pſeudoapoſtoli, vſi ſunt hac poteſtate in vobis, nobis id potiore iure, vtique licebit.

a Nunquid de bobus cura eſt Deo?

b An propter nos hæc vtique dicit? Nam propter nos vtique ſcripta ſunt.

c Quoniã debet in ſpe, qui arat, arare. Et qui triturat, in ſpe fructus percipiendi.

d Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?

e Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt: quare nõ potius nos?

cebit. a Sed tamẽ noluimus hac poteſtate noſtra vti. b Quin potius in omnibus patientes ſumus, ita vt etiã penuriã pati magis velimus ne fortè vllũ poſsit ex hoc pręſtari aut accipi impedimentũ,quo impediatur profectus Euangelij. Denique & ex cõſuetudine,tã Gẽtiliũ quàm Iudæorũ vetuſtiſsima cognoſcere potetis, licitum nobis eſſe,à vobis ſtipẽdia accipere, quãquàm id minus facimus. c Nam qui in tẽplo operibus inſiſtunt, ea quæ illic agẽda veniunt peragentes,de tẽpli prouentibus iure ſuſtẽtantur. d Et qui in altaris occupantur miniſterio,de ijs quæ in eo offeruntur ius eſt eos partem ſumere ad ſui victus neceſsitatem,& vitæ ſuſtentationem . e Conformis eſt domini ordinatio,qua ordinauit ijs qui Euãgelicę prædicationi inſeruiunt, vt vitæ neceſſaria, ex ſua illa adminiſtratione licitè ſuſcipiant. f Attamẽ nullo horũ vti volui,cùm tot modis iure optimo potuiſſem. Neque ad hoc iſta nũc diſſerui, qđ ſuadere velim vobis,

a Sed non vſi ſumus hac poteſtate,

b ſed omnia ſuſtinemus,ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti.

c Neſcitis quoniã qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt!

d Et qui altario deſeruiunt, cum altario participant?

e Ita & dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant,de Euãgelio viuere.

f Ego autẽ nullo horũ vſus ſum.Nõ autẽ ſcripſi hæc, vt ita fiãt in me.

vt ea vel nunc in me compleatis.
a Malim enim quidvis ꝑpeti, etiā
mortis diſcrimina, potius q̃ hanc
gloriā Euangelizandi vobis ſine
ſumptibus deperire, mihi aut au-
ferri ſinā, ſed eam mihi integram
atque ſolidā ſeruare volo. b Cùm
ego enim plus omnib⁹ peccauerim
& proinde plus omnibus debeā la
borare: nō reputo magnū & glo-
rioſum, ſi Euangelizauero tātùm.
Nā hoc mihi neceſſario & ex debi
to faciendū incūbit, c ait vt cer-
ta me maneat dānatio, ſi cōmiſsū
mihi Euāgelij munus, penitus re-
cuſauero, aut omiſero. d Si enim
libenter & ex animo præceptū mi
hi miniſteriū, prædicationis admi
niſtrauero, mercedē quidē ſuſci-
piā, & erit in hoc mihi gloria. e Si
autē velut coactus, & nō ex animo
credita quidē eſt, & manet mihi
adminiſtratio, & alijs quidē fructū
nō mihi faciā. f In quo ergo ego
mihi mercedē reputo, & in quo eſt
hæc gloria quā quæro? g In hoc
vtique, vt Euangeliū ſine ſtipen-
dio prædicans, ipſum ſtabiliā, con
firmem,

a Bonū eſt enim mihi magis mori quàm vt gloriā meam quis euacuet.

b Nam & ſi Euāgelizauero, non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit.

c Væ enim mihi eſt, ſi non Euangelizauero.

d Si enim volens hoc ago, mercedē habeo.

e Si autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt.

f Quæ eſt ergo merces mea?

g Vt Euangeliū prædicās ſine ſumptu ponam Euangelium, vt nō abutar poteſtate mea in Euangelio.

firmem, atque cõmendatum reddã, in hoc inquã, vt nõ vtar poteſtate mea, ad id quod eſt minus bonũ, quod ego abuſum mihi reputarẽ: præſertim cũ ex vſu poteſtatis meæ, occaſionem poſſent ſumere Pſeudoapoſtoli. Iã enim ſemel me ipſum totũ dedi Euãgelio, vt illud quanto poſſum maiore fructu annunciẽ. a Cùm enim eſſem ſic ab omnibus liber, vt nulli prorſus eſsẽ ſubiectus: propria voluntate meipſum feci omniũ ſeruum, propter amorẽ Euangelij, vt plurimos lucrarer domino. b Et accõmodaui me Iudæis vt eos ad Chriſtum adducerẽ, quaſi & ipſe Iudæus eſſem: legẽ obſeruantibus accõmodaui me & cõdeſcẽdi, quaſi & ipſe ſub lege eſſem (cùm tamẽ ipſe ſub lege Moſayca nõ amplius ſtringerer, factus Chriſtianus) quo paulatim eos, vel tandẽ ad Chriſti legem perducerem. c Gẽtibus quoque ſine ſcripta lege viuentibus me accõmodaui, quaſi & ipſe eſſem ſine lege (cùm tamẽ ſemp legi Dei permanere aſtrictus) vt eos ad

a Nam cùm liber eſſem, ex omnibus omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem.

b Et factus ſum Iudæis tãquã Iudæus, vt Iudæos lucrarer. His qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cùm ipſe non eſſem, ſub lege) vt eos qui ſub lege erãt lucrifacerẽ.

c ijs qui ſine lege erant, tanquàm ſine lege eſsẽ (cùm ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti) vt lucrifacerem eos qui ſine lege erãt.

veram Chriſti legem adducerem.

a factus ſum infirmus infirmis, vt infirmos lucri facerem.

a Infirmis condeſcendi,ne eos perderē nimia ſeueritate,& meipſum eis tanquàm infirmum exhibui,ne eos ſcandalizarem:ſemper tamen, quantùm cum Deo fieri potuit,neque palpando,neque in malum cōſentiendo, ſed infirmitates tātùm ſuſtinendo.

b Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerē ſaluos.

b Quid multa? Omnium me accōmodaui affectibus atque conditionibus,cupiens(quātùm in me eſſet) atque adnitens, vt ſalui fierent omnes:cuiuſcūque tandē aut ſtatus fuerint,aut conditionis.

c Omnia autem facio propter Euāgelium,vt particeps eius efficiar.

c Omnia autem hæc ago propter Euāgelium Chriſti,vt fructum Euangelij prædicati percipere valeā,in tēpore ſuo.Parū autem eſt, ſi iſta pro Euangelij fructu agamus, quandoquidē pro terrenis præmijs homines mundi huius, mira videmus agere.

d Neſcitis, quod hi qui in ſtadio currūt omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium?

d Sint nobis in exēplum, qui currunt in ſtadio. Vidimus enim oēs, æquali in currendo labore fatigari:cæterùm,nō omnes itē præmiū accipere:ſed illū tantùm accipere victoriæ præmium propoſitum,qui cæteros

teros in curſu anteuerterit. a Ad eundem modum, & vobis eſt currendum,& gnauiter agendum: vt quod quęritis,aſſequamini. b Nã qui in certamine contendunt pro victoria,prouidè abſtinẽt ab omnibus quæ impedimẽto poſsint eſſe à conſequenda victoria,& illi quidem hæcfaciunt,propter adipiſcẽdũ propoſitũ temporale præmiũ. Nos autẽ propter conſequendam incorruptibilẽ & immarceſsibilẽ æternæ gloriæ propoſitam coronam. c Ego igitur ſic curro ad propoſitũ brauium,vt nõ in incertum:ſic ego pugno& velut pugnis verbero, non quaſi fruſtra aërem cædens:ſed aduerſus hoſtem,nempe carnẽ propriam,pugillor & luctor, illúdque liuore maceratum, in ſpiritus ſubigo ſeruitutem.

d Ne fortè poſtquàm alijs prædicauerim,ipſe efficiar reprobus, & mala conuerſatione,aliorum ſcandalizator peruerſus: ſi alijs prædicans,propriæ carnis concupiſcentias refrenare,ac mortificare neglexero.

a Sic currite vt cõprahendatis.

b Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet;& illi quidem vt corruptibilẽ coronã accipiant;nos autem incorruptã.

c Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertũ,ſic pugno, nõ quaſi aërem verberãs,ſed caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo.

d Ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

TEXTVS Cap. X.

a Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare trāſierunt, & omnes in Moyſe baptiʒati ſunt in nube & in mari.

b Et omnes eandem eſcam ſpiritualem māducauerunt, & omnes eundem potū ſpiritualem biberunt.

c Bibebant autē de ſpirituali, conſequēte eos petra,

d Petra autem erat Chriſtus.

Elucidatio CAP. X.

NE verò ſibi quis ſecuritatem putet, quod Chriſti ſit myſterijs initiatus, exēplis priorū patrū oſtendendū eſt nobis, nō omnes q diuinis beneficijs digni ſunt habiti, ſalutē fuiſſe cōſequutos. a Hoc itaque volo attendatis quod ſine delectu patres illi omnes q de Aegypto exierūt, & boni & mali, ſub nubis ducatu & protectione fuerūt, & omnes per mare ſiccis veſtigijs tranſierūt. Omnes itē in Moyſi ducatu, & nubis claritate atque protectione, in mare ingreſsi ſunt, in ſignum futuri baptiſmatis, per quod ab Aegyptiaca cōuerſatione ad vitæ nouitatē trāſire oportet. b Omnes itē boni & mali, ſimilē omnino, miraculo datā eſcam, mā ducauerunt, & omnes ſimilem, miraculo datū potum, biberunt, quæ erant ſigna ſpiritualis cibi ac potus futuri. c Bibebant verò de largitate petræ illius ſpiritualis, quæ eis vbique aderat & velut comitabatur in auxilium. d Hanc autem petram dico Chriſtum, non

ſaxum

ſaxum illud duriſsimũ: quod de ſe aquas dare nõ poterat. a Et quãquàm aquæ omnes diuina perce- piſſent beneficia, nõ tamen in eorũ multitudine cõplacuit domino, quũ ſint ob ſcelera ſua in deſerto plurimi eorũ occiſi. b Hæc autem Deo diſponente, in exemplũ nobis præceſſerunt: vt illorũ exẽplis pœnisque territi caueamus cõcupiſcẽtes eſſe malorũ, quales illos fuiſſe legimus: quos etiã ſatis imitari videtur, q ſe per voracitatẽ idolothytis cũ ſcandalo ingurgitãt. c Neque efficiamur idololatræ: ſicut qdã ipſorũ: de quibus ſcriptum eſt, quòd poſt abundantes epulas & cõpotationes, ſurrexerũt ad honorem vituli ludere. Cui vitio eſtis proximi, ſi ſic pergatis idolorũ mẽſas frequentare. d Neque fornicemur, vt illi cũ filiabus Moab: quorum vna die perierunt gladio vltionis viginti tria millia. Solet enim hoc vitium eſſe conſequẽs ad crapulam. e Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam ex illis tẽtauerunt Deum qui immiſit in eos ſerpen-

a Sed non in pluribus eorum bene placitum eſt Deo. *Nã proſtrati ſunt in deſerto.*

b Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus cõcupiſcẽtes malorũ, ſicut & illi concupierũt,

c neq; idololatræ efficiamini ſicut quidam ex ipſis quemadmodũ ſcriptum eſt: Sedit populus mãducare & bibere & ſurrexerunt ludere.

d Neque fornicemur, ſicut quidã ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderũt vna die, viginti tria millia.

e Neque tẽtemus Chriſtũ ſicut quidã eorum tẽtauerunt, & à ſerpentibus perierunt.

ſerpentes ignitos. At Chriſtũ tentat, qui infirmorum conſcientiam ob ſuã ingluuiẽ nihil facit, ſimul & ſeipſum peccatorum diuerſorũ periculis exponit. a Neque murmuraueritis, ſicut ex illis quidam propter tædium & laborem itineris, ad terram promiſsionis: quos diuina potentia pénitus deleuit in deſerto. Hoc autem in proximo eſt ſi noſtris monitis velitis reſiſtere.

a Neq; murmuraueritis, ſicut quidã eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.

b Hæc autem omnia illis quidem contingebant in effectu, ſed nobis ad exemplum, atque ita deſcripta ſunt, ad acriter ſeueréque ac directè cõmonefaciẽdos nos, qui (diſponente Deo) in hæc nouiſsima tẽpora deuenimus. Horũ ergo exemplis admoniti diſcamus eſſe ſolliciti: non ſegnes, aut ocioſi.

b Hæc autẽ omnia in figura contingebãt illis: ſcripta ſunt autẽ ad correptionem noſtram in quos fines ſæculorum deuenerunt.

c Qui itaque modò ſe ſtare in Dei gratia confidit, ſolicitè proſpiciat ne quomodocunque, ab illa in qua ſtat gratia, excidat.

c Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.

d Cauete verò ne vllam permittatis in animo tentationem dominari, vt fiat inſuperabilis, per veſtram incuriam, aut negligentem deſidiam. Nam tenta-

d Tentatio vos nõ apprehendat, niſi humana.

tentationes humanę & leues prorſus excludere, eſt impoſsibile.

a Quod quidem ad Deum pertinet, ipſe fidelis eſt, & verax, nec patitur vos ſupra vires tentari. b Quin etiam tentationi vtilem dabit exitum & cum tētatione virtutis augmentum: vt tam propter diuinæ virtutis auxilium, quàm propter vtilitatem exitus, & poſſitis facilè & velle debeatis ſuſtinere, ſic vt non fracti ſuccumbatis. c Propter quod chariſsimi, ne in vllum peccatum cadatis, neque vobiſipſis cauſa ſitis lapſus veſtri, fugite ab idolorum cultura. d Et quoniam hac in re vos ſatis prudentes intelligentéſque iudico, ecce veſtrum requiro iudicium, voſipſi iudicate, ſi non rationabile ſit, quod dico. e Calix ille qui per ſacerdotis viſibilem benedictionem cōſecratur, & pro quo Deo laudem damus & gratias agimus: nónne eſt participatio ſanguinis domini, ſic vt qui illum bibat, particeps fiat ſanguinis domini, quem percipit & bibit?

a Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis:

b Sed faciet etiā cum tentatiōe prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.

c Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorū cultura.

d vt prudentibus loquor, voſipſi iudicate quod dico.

e Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?

Et pa-

a Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis domini eſt?

a Et panis ille, per ſacerdotis benedictioné in verū Corpus Chriſti cōſecratus: nónne participatio corporis Chriſti eſt ſic vt qui de illo manducauerit, particeps efficiatur corporis domini, quē percipit & manducat? b Nihil dubium, quin hoc ita ſit: quandoquidē nos omnes qui de vno iſto pane, & de vno iſto calice percipimus & participamus, propter vnitatē corporis & ſanguinis domini, quod communiter ſumimus, & cui cōmuniter incorporamur, tanquàm vnus panis efficimur, & vnū corpus, cuius ipſe eſt caput. In quo hanc vtilitatem conſequimur, vt quaſi multa grana in vnū panem cōflemur, & quaſi multa mēbra in vnū corpus, per ſpiritum eius compaginemur. c Rurſum Iſraëlitas attendite, qui ſecundùm carnalem ſuā obſeruātiam adhuc vmbris inhærent: d Nónne qui hoſtias in altari oblatas ædunt, participes eſſe dicūtur altaris? Ad eundē modum ergo, etiam qui manducāt panem, aut bibunt calicem benedictiōis, corpo-

b Quoniam vnus panis, & vnū corpus multi ſumus: omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.

c Videte Iſraël ſecundùm carnem.

d Nōne qui ædūt hoſtias, participes ſunt altaris!

corporis & ſanguinis Chriſti participes eſſe dicuntur. a Nũc ergo dicat mihi aliquis: Tu cùm tam diſtrictè nobis, quę ſunt idolis immolata, prohibes: an dicis, idolis aliquid eſſe immolatum, ſic vt exiſtimatur: ita vt aliquid ex idolo, vel ex illa oblatione cõtrahat, propter quod ex ſe ſit immundũ! Aut idolũ tale aliquid eſſe putas, quale homines infideles exiſtimant, numinis aliquid habens: vt ſic nos ab illis deterreas, quę ſunt idolis immolata? b Non vtique hoc dico, neque exiſtimo. Dico tamẽ, quòd Gẽtes ea quæ immolant quantum ex ſua intentione peruerſa dęmonijs immolant, quæ venerantur in idolo, & nõ Deo: atque ita participat quodammodo cum dęmonijs, qui de ijs mãducat, quæ illis ſunt oblata & conſecrata. c Ego autẽ nolo vos participationem vllam aut communionem habere cũ dæmonijs, quos ad Chriſtum ab eiuſmodi vanitatibus, magno labore, aſsiſtẽte gratia Dei cõuerti. d Quia fieri nequit, vt ſimul & calicẽ domini

a Quid ergo? dico quod idolis immolatum ſit aliquid! aut quod idolum ſit aliquid?

b ſed quæ immolant Gentes, dæmonijs immolant, & non Deo.

c N*olo autem vos ſocios fieri dæmoniorum.*

d N*on poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum.*

mini bibatis,& calicem dæmonijs oblatum.

a Nõ poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.

a Neque poteſtis ſumere de menſa domino cõſecrata, & ſimul de ea quæ eſt apparata dæmonijs. Non poteſt enim eſſe vnũ particeps, vel communicans cum domino, qui velit participare cum dæmonijs.

b An emulamur dominum! Nunquid fortiores illo ſumus?

b An fratres irritare quęrimus dominum! An ſperamus nos illo fortiores, vt nihil formidemus eum, manducantes idolothyta cũ ſcandalo infirmorũ?

c Omnia mihi licent, ſed nõ omnia expediunt.

c Iam ſupra dixi mihi licere omnia, quæcunque non ſunt iure prohibita, ſed conceſſa: quemadmodũ & ſumptus accipere, & cibos quoſlibet manducare ſine delectu: ſed nõ omnia indifferẽter expediũt.

d Omnia mihi licent ſed nõ omnia ædificant.

d Omnia quidẽ eiuſmodi, licita ſunt per ſeſe, ſed non omnia proximos ædificant: quæ propter ſcãdalum vitandum omittenda ſunt, quanquàm per ſe ſint licita.

e Nemo quod ſuũ eſt quærat, ſed qđ alterius.

e Nemo ſui tantùm habeat rationẽ ſed inſuper & proximorum attendat fragilitatem, & quid de illis expediat conſyderet propter charitatem.

f Omne quod in macello venit, mãducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.

f Ecce autẽ totius quæſtiõis ſum-

maria

maria hæc eſt reſolutio. Omne q̃d in foro publico venundatur, libere audete manducare, nihil prorſus interrogantes, propter conſcientiæ ſecuritatem. a Nam & terra & omnia quæ in eis ſunt, domini ſunt, bona ſunt, munda ſunt, eo quòd creaturæ eius ſunt. b Si vocati ab infidelibus familiaribus aut cognatis ad priuatum conuiuium ieritis, propter conſcientiæ ſecuritatem, de omni quod apponitur, manducate audacter: nihil interrogantes, an ſint cibi idolis immolati, aut impuri, aut ſimile quippiam. c At verò ſi quis dixerit hoc eſt idolis immolatum, illud ne attigeritis: propter hoc, vt nõ ſcandalizetur is qui indicauit, ſi te videat ſcientem, manducare idolothytum? atque vt conſcientia fratris, ſine offenſa aut ſcandalo teneatur. d Conſcientiam dico: non tuam, ſed alterius, vel indicantis, vel infirmi aſsidẽtis. e Cauẽdũ enim eſt mihi modis omnibus, ne mea libertas, meo abuſu, ab alijs blaſphemetur, aut cõdẽnetur.

a Domini eſt terra & plenitudo eius.

b Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur mãducate, nihil interrogantes, propter conſcientiam.

c Si quis autẽ dixerit hoc immolatum eſt idolis, nolite mãducare: propter illũ qui indicauit, & propter conſcientiam.

d Conſcientiã autem dico non tuã, ſed alterius.

e Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conſcientia.

Si enim

a Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo quod gratias ago?

a Si enim mihi licet ex gratia Euãgelicæ libertatis, cũ gratiarũ actione quãlibet creaturã bonã percipere: quorſum tñ attinet, aut quid opus eſt, vt cũ ſcãdalo id faciens, aliorũ me blaſphemijs, aut malis iudicijs exponam, eo quod gratias agẽdo liberè poſſem mãducare, ſi abſque ſcãdalo id facerẽ? b Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quodconque facitis, curate ſemper vt in omnibus glorificetur Deus. c Nolite offendiculũ præbere Iudæis, aut Gẽtibus, aut Chriſtifidelibus. Atqui dũ veſtra libertate abutẽtes, quęritis menſes dæmoniorũ, offendũtur Iudæi, putantes vos idolorũ cultores. Gentiles firmãtur in errore: & infirmi fideles, ſcandalum patiuntur in vobis.

b Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis omnia in gloriã Dei *facite.*

c Sine offenſione eſtote Iudæis, & Gẽtibus, & eccleſiæ Dei:

d ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærẽs quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.

d Sim vobis ego in exemplũ, qui omnibus cum Deo placere ſtudeo: quantum ad omnia (quantum ſecundùm Deum, & teſtem licet conſcientiã) non quærens meũ ipſius tantùm commodum, ſed plurimorum; vt quantos vtique poſsim, ſaluem plurimos.

Eluci-

Elucidatio CAP. XI.

a HOrtor autem vos fratres, vt tam in hoc quàm in cæteris,noſtrum exẽplum inſequi non dedignemini:quomodo nos Chriſti domini veſtigia,ſtudioſè ſectamur. b Laudo autẽ vos fratres, quatenus mei per oĩa memores eſtis,& traditiones meas,ſicut pręcepi vobis obſeruatis. c Volo autẽ vos ſcire Chriſtũ eſſe caput(id eſt dominum ſuperiorẽ & rectorem) omnis viri,& virũ eſſe caput mulieris,Deus verò caput eſt Chriſti, hominis quatenus homo eſt.Diuinitas enim eſt humanitate ſuperior. d Omnis vir orans orationem publicã,aut prophetiã proloquens, operto capite, ignominia afficit caput ſuum. e Cõtrà,mulier orans aut prophetans aperto capite,ignominia afficit caput ſuũ,quoniã ſicut illud viro,ita hoc mulieri vitio datur.In oratione enim publica,quaſi Deo nos repræſentamus:& decorũ eſt, vt cùm ſe miniſtri principi repręſentant,ſuã

TEXTVS *Cap.* XI.

a Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti.

b Laudo autẽ vos fratres, quòd per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis præcepta mea,tenetis.

c Volo autem vos ſcire, quòd omnis viri caput Chriſtus eſt:caput aũt mulieris vir:caput verò Chriſti, Deus.

d Omnis vir orãs aut prophetans velato capite:deturpat caput ſuum.

e Omnis aũt mulier orans aut prophetans,nõ velato capite:deturpat caput ſuum.

a Vnũ eſt enim ác ſi decaluetur. Nã ſi non velatur mulier, tõdeatur.
b Si vero turpe eſt mulieri tõderi aut decaluari, velet caput ſuum.

c vir quidẽ nõ debet velare caput ſuũ: quoniã imago & gloria Dei eſt:
d Mulier aũt gloria viri eſt.
e Nõ enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro.
f Et enim non eſt creatus vir propter mulierẽ, ſed mulier propter virũ.
g Ideo debet mulier velamẽ habere ſupra caput ſuum:

cõditionẽ habitu profiteãtur. Mulieri autẽ cõpetit velare caput ſuũ, ad ſubiectionis virilis proteſtationẽ: queadmodũ vir (propter libertatem & dñium, vt ſignificet inter ſe & Deum nihil eſſe mediũ, ſeque Deo immediatè ſubiectum) aperto & nudato debet eſſe capite quum ſe Deo repræſentat. a Tantùm eſt enim mulierem aperto eſſe capite, ac ſi ſit decaluata. Nam ſi nolit velari mulier, cogatur tonderi. b Quod ſi turpe ducit, velet caput ſuũ, quoniã ſimilis eſt in vtroque turpitudo. c Vir quidẽ, non debet corã Deo velare caput ſuum, quoniam ad imaginẽ Dei principaliter & primario factus legitur, & ſimiliter gloria Dei eſt, cui ſine medio ſubijcitur. d Mulier autẽ, gloria viri eſt: quia facta eſt ꝓpter virũ, tãquàm adiutorium illi ſimile. e Non enim primũ ex muliere factus eſt vir à domino, ſed ex viri coſta mulier. f Et quidẽ non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter viri adiutorium.
g Ob has ſubiectionis cauſas, debet

bet mulier velamine operire caput ſuum: quo poteſtatē & dñium viri ſuper ſe agnoſcat & proteſtetur. a Quod etiā debet propter angelorum reuerētiam: quibus gratum eſt, in ſuo quoque debito ornatu cōſpicere. b Ne verò horū quæ diximus occaſione, deſpiciāt viri vxores ſuas: illud ſcitote quoniam (quātùm ad ſalutē æternā omnibus propoſitā) pares ſunt vir & fœmina, & apud dñm vnum eſſe virum atque mulierē, ſine ſexus reſpectu atque differētia, neutrūquè ſexum excludi. c Sicut enim mulier primùm de viro formata eſt, ita nūc vir per mulierē progignit. d Omnia autem ſimul ex Deo & in Deo vnū ſunt oīa. e Voſipſos requiro iudices: Nunquid decens eſt, vt nō reuelata mulier oret Deum? Ipſa profectò natura contrarium docet. f Propterea quod viro ad ignominiam reputatur, ſi comam prolixam mulierum more ſtudeat nutrire. g Mulieri verò ad gloriam reputatur, ſi curet comam enutrire: quoniam capil-

a & propter angelos.

b Verūtamē neq; vir ſine muliere, neq; mulier ſine viro, in domino.

c Nam ſicut mulier de viro, ita & vir per mulierem.

d Oīa aūt ex deo.

e Voſipſi iudicate: decet mulierē non velatā orare deū? nec ipſa natura docet vos.

f Quod vir quidē ſi comam nutriat, ignominia eſt illi:

g Mulier verò ſi comā nutriat, gloria eſt illi: quoniā capilli pro velamine ei dati ſunt.

a Si quis autē videtur contentioſus eſſe: nos talem cōſuetudinem nō habemus, neque eccleſia Dei.

los ei dedit natura, pro velamine. a Si quis autem velit contentioſè obſiſtere cū iactantia noſtris traditionibus, nouo more hæc volens confundere ſexuum inſignia, ſciat ille, quoniā nos cōſuetudinē non habemus, ſiue cōtentionibus agēdi, ſiue in viris caput operiēdi: neque eccleſia vlla, alijs in locis cōſtituta. Quò fit, vt cōtra cōem obſeruationē oīm hi ſoli cōtēdāt neque noſtrę ſolùm, ſed eccleſiaſticę obſeruatiōi ſe opponāt: b Hoc ergo dū præcipio, dúmque ſic ordino, illud nō laudo, imò vituperādum duco, ꝙ cùm merito indies proficere deberetis, vos tamen in deterius cōgregationes veſtras facitis & cōuentiones habetis ſolito deteriores. Soletis enim ad pauperum refocillationē ſimul cōuenire qui nūc ad diſsidia & contētiones celebratis cōuenticula. c Nā primum quidem fama narrante audiui, quum in vnum cōuenitis ex more in eccleſia, ſciſſuras & diuiſiones eſſe in vobis & adducor ſatis, vt credam rem ita habere.

b Hoc autē præcipio non laudās, quòd non in melius, ſed in deterius conuenitis.

c Primùm quidem, conuenientibus vobis in eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo.

Nam.

a Nam neceſſariò ſemper futuræ ſunt hæreſes atque ſchiſmata, & Deo diſponente, eas eſſe eſt vtile: vt manifeſti fiāt, qui ſynceri ſunt inter fideles. Frequenter enim, qui ante latebant ſecundùm ſpeciem Chriſtianitatis, exortis ſchiſmatibus, atque hæreſibus, quales ante fuerint declarant. b Hinc ergo vobis pariter ex more cōuenientibus in vnā collectionem non cōtingit vltra domini cœnam manducare: c quia vnuſquiſque diuitum, priuatim ſuam ſibi cœnā præſumit manducare, pauperibus nihil impartiens. d Atque ita fit, vt paupere eſuriente, diues ad ebrietatem vſque ad crapulam ſatietur: qui de ſua debuit abundantia, ex veteri cōſuetudine, pauperū ſupplere inopiam, vt eſſet cœna domini per charitatem & non magis diaboli, per abuſum & pauperum contemptum. e Ecce habebetis domos ad celebrāda priuatim conuiuia, & compotationes, ſi hæc vobis libent. f Quare hęc in eccleſia cōmuni agētes, veſtrá-

a Nam oportet & hæreſes eſſe, vt & qui pbati ſunt manifeſti fiant in vobis.

b Conueniētibus ergo vobis in vnū iam non eſt dominicam cœnā manducare.

c Vnuſquiſque enim, ſuam cœnā præſumit ad manducandum.

d Et alius quidē eſurit, alius autē ebrius eſt.

e Nunquid domos non habetis ad manducādum & bibendum!

f Aut eccleſiam Dei contemnitis!

vobis,in meo ſanguine, qui in eo ineſt,& quò cõfirmabitur. a Hoc facite in meam cõmemorationem quotieſcũque bibetis. b Nã quotieſcũque panẽ hunc ſanctum mãducaueritis,vel calicem biberitis, mortẽ debebitis annũciare, & cõmemorare quam ſuſtinuit dominus,donec ipſe veniat. Memoriale enim eſt ſacramẽtũ hoc paſsionis ac mortis domini. c Itaque,quicũque mãducauerit nõ dignè panem hũc,aut calicẽ biberit nõ dignè, eius talis erit cõdemnatio, vt qui verè corpus & ſanguinẽ domini ſui inhonorauerit, indignè ſumendo. d Quapropter quiſquis volet hęc ſacroſancta ſumere myſteria:primũ examinet ſemetipſũ, nũ aliqd in eo inſit,qđ ipſum cõione reddat indignũ:& ſi ſe dignũ aptúmque poſt examinationẽ dili gẽtẽ cõpererit,accedat deinde cõfidẽter,vt de pane illo ædat, & de calice bibat. e Qui enim indignè manducauerit,aut biberit indignè (in ſe inueniens propter quod merito à cõmunione ſancta

a Hoc facite,quotieſcũq; bibetis,in meam commemorationem.

b Quotieſcũq; enĩ mãducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis,mortẽ domini annũciabitis donec veniat.

c Itaq; quicunq; mãducauerit panẽ,& biberit calicem domini indignè,reus erit corporis & ſanguinis domini.

d Probet autẽ ſeipſum homo,& ſic de pane illo ædat, & de calice bibat.

e Qui enim mãducat & bibit indignè,iudiciũ ſibi manducat & bibit,non dijudicãs corpus domini.

abſtinere deberet)ſic ſumendo,æternæ dānationis iudicium ſibi cō ciliat,nō diſcernēs reuerētia debita corpus domini à cæteris cibis.

a Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles:& dormiunt multi.

a In huius autē peccati pœnam, quoniā videlicet corpus & ſangui nē domini indignè ſumitis, Deus multos in vobis punit in præſenti tēpore:vt oſtendat quàm grauiter vlturus ſit in futuro examine:multos infirmitatibus varijs & prolixis langoribus affligēdo,nōnullos etiam corporali morte,in peccati vltionē,puniēdo.

b Quòd ſi noſmet ipſos dijudicaremus,non vtiq; iudicaremur.

b Quòd ſi noſipſos diligēti ꝓbatione atque examinatiōe iudicaremus nequaquā à dn̄o ſic iudicaremur. Sed neque hoc domini iudicium tēporale, nobis eſt inutile.

c Dum iudicamur autem, à domino corripimur, vt nō cum hoc mundo damnemur.

c Dū enim ſic arguimur,tēporali correctione,à benigno domino corripimur, & ad bonū erudimur, vt nō cum huius ſęculi hominibus dānemur:qui ſine omni diuerſitate,frequēter permittūtur à Deo vitam ſuam in finem vſque ducere poſtmodum paratam inueniētes, quæ eos expectat, æternam damnationem.

Itaque

a Itaque fratres mei chariſsimi, cùm ex more cõuenitis, ad mãducandum cõmuniter poſt ſumptam euchariſtiam, inuicẽ expectate, nõ contẽtioſi alius aliũ præuenire: vt communis ſit cœna, quæ ad ſimilitudinẽ dominicę menſæ inſtituitur, nõ priuata. b Si quis autem famis impatientẽ ſe conqueratur, & ideò nõ poſſe commune conuiuium expectare, domi terreno pane paſcatur, & famem pellat, vt non ad damnationem vobis, veſtræ contentiones fiant. c Cætera (ſi quę ſuperſunt ordinanda) cùm venero ad vos, præſens ipſe diſponam.

a Itaque, fratres mei, cùm conuenitis ad manducandum, inuicẽ expectate.

b Si quis eſurit, domi mãducet, vt non in iudiciũ conueniatis.

c Cætera aũt cùm venero diſponam.

TEXTVS
Cap. XII.

a De ſpiritualibus autẽ nolo vos ignorare fratres.

b Scitis aũt, quoniam cùm Gentes eſſetis, ad ſimulachra muta, prout ducebamini euntes.

c Ideo notum vobis facio, quod ne-

Elucidatio CAP. XII.

Sa Vper omnia autem fratres, ſpiritualium rerũ vos cõuenit habere cognitionẽ. b Illud autẽ experti ſcitis quomodo olim cùm Gentes eſſetis, ad ſimulachra muta, & omni prorſus ſenſu carentia, ibatis, prout conſuetudine & inſtitutione peſsima patrum veſtrorum, atque ipſo etiam dæmonis impulſu, agebamini. c Idcircò

vobis

mo in ſpiritu Dei loquens, dicit ana thema Ieſu.

vobis nunc ad Deum viuum conuerſis notũ facio, ꝙ nemo loquens ſecundùm ſpiritũ Dei, intra ſe habitantem, dicit vllum maledictum domino Ieſu, vel aſſerens de eo qđ eſſet blaſphemiæ aſſerere, vel negãs, quod blaſphemiæ eſſet negare.

a Et nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto.

a Et nemo poteſt ex animo ꝓfiteri Ieſum dñm, ipſum verè vt dominum agnoſcens corde, quẽ profitetur ore, niſi ſecundùm inhabitantẽ ſpiritumſanctũ. Hoc autem præſtat gratia gratos nos Deo faciens, vt & à malo omni declinemus, & bonũ faciamus: Deúmque vt nec ore nec opere blaſphememus, ſed tam ore q̃ opere profiteamur.

b Diuiſiones verò gratiarum ſunt, idẽ autẽ ſpiritus.

b Cæterùm, quantùm ad gratias gratis datas, varia donantur à Deo dona hominibus: vnus eſt autem ſpiritus, à quo omnium quantumlibet diuerſarum gratiarum dona procedunt.

c Et diuiſiones miniſtrationũ ſunt, idem autem dominus.

c Et varia ſunt ſpiritualiũ miniſtrationũ officia, diuerſis cõmiſſa & credita. Idem verò eſt dominus, cui omnes in ſua quiſque adminiſtratione, ſeruiũt.

d Et diuiſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.

d Diuerſa item exteriorum

rum operationum miniſteria: idē verò eſt Deus, cuius virtus operat̄ in omnibus omnia, id eſt, omnes omnium operationes. a Vnicuique verò datur aliqua gratia ſpiritus manifeſtatiua, ad ſuā, atque communē vtilitatem. b Alij quidem donat ſpiritus, ſapienter de cœleſtibus arcanis eloqui. Alij idē dat ſpiritus, ſcienter loqui de ijs quæ ad agēda moréſque pertinēt. Alij dat fidei ſublimitatem, feruorem, atque conſtātiam. Alij donū curādi languores. Alij miraculorū quorumlibet, quæ ſupra naturam ſunt, operationem. c Alij vt futura prædicat, ſiue occulta. Alij vt ſpirituum valeat diſcernere ſuggeſtiones, ſermones, aut conſilia. Alij vt varijs poſsit loqui linguis. Alij vt ſermones obſcuros queat patefacere. d Atque hæc omnia vnus idémque ſpiritus, variè operatur in diuerſis diſtribuens ſingulis pro ſuo placito. e Sicut enim hominis alicuius corpus, vnū cùm ſit, propter membrorum in vnum compaginationē, ex multis

a Vnicuiq; autē datur manifeſtatio ſpiritus, ad vtilitatem.

b Alij quidē per ſpiritū, datur ſermo ſapientiæ. Alij aūt ſermo ſciētiæ, ſecūdùm eundem ſpiritū. Alteri fides, in eodē ſpiritu Alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu. Alij operatio virtutum.

c Alij prophetia. Alij diſcretio ſpirituū. Alij genera linguarū. Alij interpretatio ſermonum.

d Hæc aūt oīa operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidēs ſingulis prout vult.

e Sicut enim corpus vnū eſt, & mēbra habet multa,

tamen

omnia autẽ membra corporis, cùm ſint multa, vnum tamẽ corpus ſunt, ita & Chriſtus.

a Etenim in vno ſpiritu omnes nos, in vnũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gẽtiles, ſiue ſerui, ſiue liberi:

b & omnes, in vno ſpiritu potati ſumus.

c Nam & corpus non eſt vnũ membrum, ſed multa.

d Si dixerit pes, quoniam non ſum manus, non ſum de corpore, num ideò non eſt de corpore?

e Et ſi dixerit auris, quoniam non ſum oculus, non ſum de corpore, nũ ideò nõ eſt de cor-

tamen membris conſtat:omnia verò corporis membra,cùm ſint multa & diuerſa, vnum tamen corpus cõponunt:ita eſt de Chriſto & eccleſia. a Sunt enim omnes fideles vnum corpus, per ſpiritum ſanctum compaginati,cuius caput eſt Chriſtus. Nam vnus ille,idémque ſpiritus,per quem omnes in baptiſmo ſumus viuificati, nos in vnum corpus componit: Omnes, inquã, ſine delectu,tam Iudæos q̃ Gentiles, tam ſeruos quàm liberos, abſque perſonæ reſpectu: b & eundem omnino ſpiritum, omnes qui credidimus, accepimus: per quem adinuicẽ cõglutinamur, & in vnũ corpus componimur. c Nam & corpus non vno conſtat membro, ſed multis. d Si dixerit pes, ideò ſe nõ eſſe de corpore, quia manus non eſt:vel auris, quia oculus non eſt,num ideò verũ erit,ea non eſſe de corpore? e Si enim ſingula mẽbra corporis eſſent oculus,non eſſet locus auditui,qui debet in aure conſiſtere & nõ in oculis.Et ſi ſingula eſſet auris, non eſſet locus odora-

doratui, qui in aure nō poteſt, ſed in naribus debet, habere locum. a Nunc verò Deus collocauit ſingula membra in corpore, pro ſuo placito: & queādmodū vnicuique nouit pro ſua conditione expedire ac conuenire, ſic vnicuique locū dedit. b Si autē eſſent omnia membra vnum membrū, nō eſſet corpus, quod eſſe debet ex varijs membris diuerſa habentibus officia, compaginatum. c Secūdùm veritatem autem, membra quidē ſunt multa & varia in corpore, ex ipſis autem vnū conflatur corpus. d Non poſſunt autē membra ſein uicē aſpernari, vt dicat oculus manui, opera tua nō indigeo: aut caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij. e Imò verò mēbra quæ vidētur eſſe infirmiora, ſunt amplius neceſſaria ijs, quæ vidētur eſſe robuſtiora magíſque valida: quemadmodū de oculis eſt, qui & teneri ſunt, & maximè homini deſeruiunt. f Illa etiā quæ ignobiliora reputantur, ſolemus tegumētis honeſtis abſcōdere, atque ita hono-

pore? ſi totum corpus oculus, vbi auditus, vbi odoratus!

a Nunc autem poſuit Deus mēbra, vnumquoq; eorū in corpore ſicut voluit.

b Quòd ſi omnia eſſent vnum membrum vbi corpus?

c Nunc autē multa quidem membra, vnum autem corpus.

d Non poteſt autem oculus dicere manui, opera tua nō indigeo, aut iterū caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij.

e ſed multo magis quæ videntur mēbra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt.

f Et quæ puta-

rare.

mus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorẽ circundamus.

a Et quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorẽ honeſtatem habent.

b Honeſta autem noſtra nullius egent.

c Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuẽdo honorem,

d vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicem, ſolicita ſint membra.

e Et quid ſi patitur vnum membrum, compatiuntur omnia mẽbra.

f Siue gloriatur vnũ membrum,

rare. a Mẽbra verò quæ in nobis ſunt fœdiora ſiue pudẽda, his ſecundùm conſuetudinem, abundantiorem cultum atque ornatum ſolẽt homines ſuperaddere. Id qđ tam in viris quàm fœminis, promptum eſt conſpicere. Cùm hæ quidem, cingulis aureis ventrem ſoleãnt ornare: Illi, ſuos lumbos baltheis aureis aut ſimilibus. b Honeſtiora autẽ membra noſtra, nullo egent ſuperaddito cultu exornari: quemadmodũ frõtẽ, in qua decor hominis relucet, & faciẽ, nemo tegit. c Deus enim ad æqualitatem quandã ita ordinauit de corpore, volẽs cui ex natura deeſt honeſtas, tribui abundantiorem arte honorẽ: d vt nõ ſit inæqualitas in corpore, aut diſcordia (more humano loquẽdo) quæ ſolet inter homines ex inæqualitate procedere, ſed vt communiter ſint pro inuicẽ membra ſolicita. e Et ſi quid patitur aliquod mẽbrorũ, condolent cætera, ſibíque mutuò ſuccurrere ſtudẽt. f Siue etiam reficitur aut gaudet aliquod membrorũ, cõgaudent

dent illi cętera. a Vt aũt hãc mẽbrorũ & corporis comparationem propoſito aptemus, dico quòd vos (quatenus per vnitatẽ fidei & ſpiritus, ſimul cum Chriſto capite & nobis inuicem vniti) eſtis corpus Chriſti, cuius ipſe eſt caput: & ſinguli mẽbra eſtis, per charitatis vinculũ proximis mebris cohærẽtia, & ab inuicem membrũ à membro pendentia, ſic vt ad inuicem vniamini, inuicémque deſeruiatis.

cõgaudent omnia membra.

a Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

b Et quoſdã quidẽ cõſtituit Deus in corpore eccleſiæ, Apoſtolos: qui ſunt primi ordinis, quibus Eccleſiæ regimen, à Deo eſt cõmiſſum. c Secũdò loco Prophetas, cæleſtiũ reuelationum immediate capaces. d Tertiò doctores populorũ: qui inſtituti ſunt, vt ſuos ſermones auditoribus aptãtes, doceãt paſcántque populũ, tam verbo quàm exẽplo. e Deinde, ſignorũ ac prodigiorũ mirabiliũ operatores. Deinde, habentes gratiam curationum. Quoſdam item dedit, qui poſsint opẽ ferre aliorũ miſerijs, quoſdam potẽtes rectè gubernãdo, ſanctorũ

b Et quoſdã quidem poſuit Deus in eccleſia primùm Apoſtolos, c ſecundò Prophetas, d tertiò doctores, e deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes,

genera linguarũ, interpretatiões ſermonum.

a Nũquid omnes Apoſtoli? Nũquid omnes Prophetæ? Nũquid doctores? Nũquid oẽs virtutes? Nunquid oẽs gratiã habẽt curationũ? Nũquid oẽs linguis loquũtur? Nũquid omnes interpretantur?

b Emulamini autem chariſmata meliora.

c Et adhuc excellentiorem viã vobis demonſtro.

TEXTVS Cap. XIII.

a Si linguis hominũ loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus ſum velut æs ſonãs, aut cymbalũ tinniẽs.

prodeſſe neceſsitatibas: quoſdam varijs linguis valẽtes loqui: quoſdã potentes abditos ſermones explicare. Non donat autem Deus ſimul omnibus omnia. a Nõ enim oẽs ſunt Apoſtoli, neque oẽs Prophetæ, neque omnes doctores, neque oẽs operatores virtutũ ſunt, neque omnes curare valẽt, neque omnes linguis loqui, neque omnes interpretari. b Et quia non poteſtis ſinguli habere omnia, ſectamini atque deſyderate habere quæ ſunt ex his donis potiora. c Super hæc aũt omnia adhuc excellẽtiorẽ vobis vitæ viã (nẽpe charitatẽ) demonſtrare propono, de cuius virtute latiorẽ aliquantò & altiorem, nunc ordimur ſermonem.

Elucidatio *Cap.* XIII.

Sa I ſecundùm angelorũ intelligẽtiam, pariter atque hominũ linguas diuerſas, magnificos ſermones nouerim loq, ex dono Dei gratuito, & ipſe non habeam charitatem, factus ſum velut æs ſonitum emittens, aut cymbalum tinniens: quod alijs quidem proficit

ſuo ſono, ſibi nihil. a Et ſi per prophetiæ donum, abdita omnia nouerim, myſteria, & omnem agendarum rerũ habeã ſcientiã, fidémque tam validã, vt maxima valeã eius virtute miracula ædere, cuiuſmodi eſt (exempli gratia) montes de loco in locum transferre, hæc autem habens, ſolam non habeam charitatẽ, nihil mihi prodeſſe poſſunt hæc omnia. b Et ſi per miſericordiã viſceroſam, opitulando pauperibus, erogauero omnes facultates meas in vſus pauperũ neceſſarios. c Si denique corpus meũ tradidero, vel ad ignem, pro fideli gubernatione creditorũ, vel alia quauis de cauſa: niſi in his oĩbus adſit charitas, nihil mihi prodeſſe valebũt iſta, quãtũuis, magna & mirandæ virtutis opera, videantur. d Hæc ipſa charitas, patiẽtes reddit atque benignos, nec inuidere ſinit, neque procaciter aut peruerſè agere nec intumeſcere intra ſe, neque ambire honores. e Non patitur eum in quo eſt, ſui tantùm rationem habere: ſed etiam quæ

a Et ſi habuero prophetiã, & nouerim myſteria oĩa, & omnẽ ſciẽtiam, et ſi habuero oẽm fidẽ, ita vt mõtes transferã, charitatẽ autẽ non habuero, nihil ſum.

b Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas,

c & ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeã, charitatẽ autẽ nõ habuero, nihil mihi ꝓdeſt.

d Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, nõ agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa,

e nõ quærit quæ ſua ſunt,

vtilitatis ſunt aliorum,nempe proximorum,facit attendere.

a Non irritatur, non cogitat malum,nõ gaudet ſuper iniquitate,cõgaudet autem veritati.

a Neque permittit ad iram concitari, neque malum ſuſpicari,aut meditari dolos. Neque poteſt lætari de peccato: ſed in veritate vitæ exultat, cùm proximos videt in veritate ambulantes.

b Omnia ſuffert, omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet.

b Omnia ſufferẽda facilè perpeti facit, & cuncta credere credenda,& ſperanda ſperare,atque per patientiã expectare.

c Charitas nunquàm excidit:

c Charitas,vt hic incipitur ſic nec in futuro nos deſeret, ſed nobiſcũ permanebit in patria.

d Siue prophetiæ euacuabũtur, ſiue linguæ ceſſabunt,ſiue ſcientia deſtruetur.

d Veniet enim quando nec prophetiæ donum erit, vtpote in patria, vbi omnia clarè videbimus: quando & linguarum donum ceſſabit, & ſcientia iſta quæ nunc eſt per ſpeculum, de creaturis & corporeis actionibus,nullum habebit vſum. Charitas autem de ſe nunquàm nos deſeret,nunquàm deficiet,ſed in futuro eadem ipſa, etiam perfectior,in nobis erit, & validior ad actus ſui executionem.

e Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.

e Pro hoc ſiquidem rerum ſtatu, cognoſcimus tantùm imperfectè, per ſciẽtiam

tiam iſtam quem modò habemus: & imperfecta eſt,etiam prophetica cognitio, quam per ænigmata habemus. a Neceſſe eſt autem vt adueniente eo quod perfectum eſt,id quod imperfectū eſt cedat, dètque locū perfectiori. Vnde patet,& ſcientiam iſtam, & prophetiam quæ modò eſt,propter ſuam imperfectionem, in futuro cedere debere illi clariſsimæ viſioni, & agnitioni perfectæ,quæ ſubſequetur.Ecce analogiam vobis propono: b Quum eſſem paruulus, vt paruulus loquebar,vt paruulus iudicabam,quæ puerorum erant,& quæ illi ſolent,cogitabam. c Factus autem vir,reliqui quę puerorum erant:ita vt nec illorum more iudicarem, nec loquerer. d Ad eundem modum videmus nunc diuina,imperfecta cognitione,velut per ſpeculum,per creaturas in ænigmate, in ſpeciebus, quas ſibi intellectus format: tunc autem videbimus Deum apertè, velut facie ad faciē,ſine vllo ænigmate aut medio. e Nunc imperfectè

a Cùm autem venerit quod perfectum eſt,euacuabitur quod ex parte eſt.

b Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus,cogitabam vt paruulus.

c Quando autē factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli.

d Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate,tūc autē facie ad faciē.

e Nunc cognoſco ex parte,tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.

r 2 cognoſci-

cognoſcimus:tũc autem manifeſtè ac ſine ænigmate Deũ, cognoſcemus,ſicut ipſe nos apertè nunc,ſine intermedio, conſpicit. a Pro hoc autem ſtatu,manent hęc tria: fides,ſper,charitas. Inter quæ tria charitas eſt maior,& præcellentiſſima omnium virtutum.

a Nunc autẽ manent, fides, ſpes, charitas,tria hæc Maior autẽ horũ eſt charitas.

TEXTVS Cap.XIIII.

a Sectamini charitatẽ,æmulamini ſpiritualia,magis autem vt prophetetis.

b Qui enim loquitur lingua,nõ hominibus loquitur,ſed Deo.

c Nemo enim audit, ſpiritu autẽ loquitur myſteria.

d Nã qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationẽ,& exhortationẽ,& conſolationem.

Elucidatio CAP.XIIII.

O a Mni ergo ſtudio quærite charitatẽ. Nihilominus & ſpirituales gratias reliquas deſyderate,& habere conemini. Præ cæteris verò,prophetiæ donum: quod multo eſt potius,dono linguarum. b Nam qui lingua loquitur auditoribus peregrina, nõ ad hominũ proficit ædificationem,ſed ad Dei tantùm gloriam,cuius laudes prædicat. c Nã auditorum nemo intelligit quid ille peregrina lingua dicat:& tamen ſpirituali dono coram Deo, loqui contingit magna myſteria. d Item qui per prophetiam occulta explicat myſteria loquitur hominibus: ſiue ædificando & inſtruendo indoctos, ſiue excitando torpentes, ſiue conſolando

lando deiectos. a Qui autem lingua peregrina loquitur non intellecta auditoribus,ſibi ſoli prodeſt, ſeipſum ſolùm excitans in Dei laudibus. Qui verò per prophetiam occulta fidei myſteria exponit hominibus,populũ Dei:(vt iam monſtratũ eſt) multis modis ædificat.

b Ne autem me exiſtimetis hæc dicere in derogationem ac vilipẽſionem linguarum,optarem ſanè, ſingulos veſtrum donũ ſuſcepiſſe linguarum. Non enim mihi hoc donum diſplicet: ſed quod melius eſt præfero,nempe prophetiæ donũ,& tanquàm vtilius, ſuadeo magis deſyderandũ. c Pręcellit enim linguis loquentem, qui prophetiã habet, niſi cùm dono linguarum, iunctum ſit interpretatiõis donũ. Magni enim æſtimandum foret linguarum donum, ſi cõiunctam haberet interpretandi gratiam.

d Et nunc fratres mei, ego ipſe ſi ad vos veniens cœpero linguis peregrinis inter vos eloqui magnalia,in nulla re ero vobis vtilis: Secus,ſi reuelationes diuinorũ myſte-

a Qui loquitur lingua,ſemetipſũ ædificat: qui autẽ prophetat, eccleſiam Dei ædificat.

b Volo autẽ omnes vos loqui linguis, magis autẽ prophetare.

c Nã maior eſt qui prophetat, quam qui loquitur linguis, niſi fortè interpretetur vt eccleſia ædificationem accipiat.

d Nunc autem fratres, ſi venero ad vos linguis loquens quid vobis prodero niſi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in ſciẽtia, aut in prophetia, aut in doctrina?

riorum, aut angelorum cognitionē, aut futurorum euentū, aut doctrinam quamlibet aliā, quæ vel ad morum vel ad fidei rectitudinē faciat loquar. a Imò verò vel in rebus inanimatis, per quam facilè eſt videre, quod diximus. Huiuſmodi enim ſonū dantia, veluti tibia ac cithara, quum per flatum canētis, aut pulſum ferientis ſonū emittunt nunq̃ intelligent audientes quid tibia canatur, aut quid cithara pulſetur, niſi diſtinctio adſit ſonorū & vocis: ſecūdùm quā, quod canitur aut pulſatur, poſsit intelligi & diſcerni. b Itē tuba, ſi nō ſonitu indiſtincto clangatur, abſque certa clangoris modificatione, nemo ſe armabit ad prælium: propterea quod nō intelligāt milites quid velit illa ſonitus confuſio. c Ad eundem modum vos quoque niſi per linguam ſermonē loquamini auditoribus notum, qui mentis conceptum poſsit apud audientes facere manifeſtum, quis intelliget? Sic enim loquentes ſine fructu, in vanū aërem tantùm ferietis.

a Tamen quæ ſine anima ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue cithara niſi diſtinctionem ſonituū dederint, quomodo ſcietur id quod canitur, aut quod citharizatur?

b Et enim ſi incertam vocē det tuba, quis parabit ſe ad bellum?

c Ita & vos per linguam niſi manifeſtum ſermonē dederitis, quomodo ſcietur id quòd dicitur? Eritis enim in aëra loquentes.

rietis. a Sanè,plurima ſunt idiomata in mundo: nullum verò ſine vocum diſtinctiõe, articulationéque certa ſermonis, fieri conſtat. b Ergo ſi virtutem ſignificationis vocabulorum neſciero aptare auditoribus,ero auditori,cui loquor lingua peregrina,velut barbarus: & qui mihi loquitur eo pacto mihi erit quãtùm ad ſermonẽ peregrinus, atque extraneus, & prorſus incognitus. c Vos itaque qui omnino auidè quęritis ſpiritus dona,videte vt ea potiſsimũ ſectemini,quæ abũdantiorẽ eccleſiæ afferunt fructum & ædificationem,vt fructum abundantiorẽ facere valeatis. d Ideoque, q̃ iam linguarũ donũ habet,poſtulet vt ſimul & interpretationis donũ acquirat.Loqui enim lingua ſine intelligentię atque interpretationis gratia non multum eſt ad ædificationẽ eccleſiæ. e Nam ſi per linguarũ donũ eloquar orationẽ,ſpiritus quidem donũ (qđ in orante eſt) facit me orare: f ſed manet ſine fructu mens quæ ea non intelligit, quæ

a Tam multa vt puta genera linguarum ſunt in hoc mundo,& nihil ſine voce eſt.

b Si ergo neſciero virtutẽ vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus.

c Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis ſpirituũ, ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abundetis.

d Et ideò qui loquit̃ lingua,oret vt interpretetur.

e Nã ſi orem lingua,ſpiritus meus orat,

f mens autẽ mea ſine fructu eſt.

a Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallã ſpiritu pſallam & mente.
b Cæterùm, ſi benedixeris ſpiritu, quis ſupplet locũ idiote! quomodo dicet amen, ſuper tuã benedictionẽ?
c Quoniam quid dicas neſcit.
d Nã tu quidem bene gratias agis ſed alter nõ ædificatur.
e Gratias ago Deo meo quòd omnium veſtrum lingua loquor.
f Sed in eccleſia volo, quinq; verba ſenſu meo loqui vt & alios inſtruã quàm decẽ millia verborum in lingua.

ſpiritus dono lingua orat. Nã qui linguis tantùm loquendi donum acceperunt, ſine prophetia atque interpretatione: ſubinde, quum vel orationẽ, vel pſalmũ, vel alia Dei magnalia proferunt, nihil eorum ipſi intelligũt mẽte. Spiritus enim dono, ad hęc eloquenda aſpirantur atque impelluntur. a Quid ergo eſt his in rebus deſyderandum & præferendũ? Nimirùm, vt & ore per linguæ donũ, pariter & mente per prophetiam, oremus: Item, vt ore pſallamus, pariter & mente. b Cæterùm ſi ſpiritus tantùm aſpiratus dono, lingna peregrina gratias agas ac benedicas, quis erit tibi idiota reſpõdens! Aut quis ad benedictionẽ tuam reſpondere poterit, Amen! c Quum nõ intelligant auditores, quicquàm eorũ quæ tu dicis? d Non quòd tu male benedicas, ſed quia nõ ædificantur aſtantes, eorum quę tu profers prorſus nihil intelligentes. e Ego quoque pro magno reputo, & gratias ago Deo, quod omniũ veſtrũ linguis loqui poſſum. f Sed in

con-

cōgregatione fidelium, malò paucula aliquot verba, cum mentis intelligentia proloqui, vt & ipſe ea intelligam, & ſimiliter cæteri quos adeſſe contigerit, quàm per linguam ſolam abſque intellectu, plurima verborum millia. a Fratres mei nolite pueros vos exhibere iudicio & diſcretione: vt ea magis miremini quę magis noua ſunt cuiuſmodi eſt donum linguarum: ea verò minus, quæ licet vtiliora, tamē minus noua ſunt minúſque ſpectabilia, cuiuſmodi eſt donum prophetiæ. Nam puerorum eſt hoc iudiciū, vt nō quæ vtiliora ſunt, ſed quæ magis noua aut magis delectabilia, pręeligant: b Sed in malo ſimplices, & innocentes, atque ita pueros, vos eſſe deſydero: c Iudicio tamē & diſcretione electionis, viros: vt quæ magis ſunt vtilia, magis miremini, & deſyderetis magis. d De linguarum autē dono, apud prophetā legimus ex ore dñi ita dictum: Quoniā in varijs linguis, & in varijs loquendi modis, loquar obſtinato iſti Iudaicō populo:

a Fratres, nolite pueri effici ſenſibus.

b Sed malitia paruuli eſtote,
c ſenſibus autem perfecti eſtote.
d In lege enim ſcriptū eſt: Quoniam in alijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic & nec ſic exaudient me dicit dominus.

a Itaq; linguæ in ſignũ ſunt non ſidelibus, ſed infide libus: prophetiæ autem, non infidelibus, ſed fidelibus.

b ſi ergo cõueniat vniuerſa eccleſia in vnũ, & omnes linguis loquãtur, intrent autẽ idiotæ, aut infideles, nónne dicẽt, quod inſanitis?

c Si autẽ omnes prophetẽt, intret autẽ quis infidelis vel idiota, cõuincitur ab omnibus, dijudicatʳ ab omnibus.

d Occulta enim cordis eius manifeſta ſiunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronunciãs quòd verè Deus in vobis ſit.

populo: & ne ſic quidẽ, ad me cõuertentur. a Vnde claret, linguas nõ eſſe datas, ad eorũ qui iam crediderũt ædificationẽ, ſed magis tã quàm prodigia dari, ad infideliũ conuerſionẽ. Contrà verò, prophetiæ donũ, potius ad fideliũ ædificationẽ, quàm infideliũ conuerſionẽ, datur. b Ecce enim vniuerſa eccleſia cõueniente in vnũ, ſi cœperint cõgregati omnes fideles linguis varijs loqui, & introire cõtingat infideles aut idiomata illa peregrina ignorantes, qui nihil eorũ quæ illi dicũt intelligunt, nõ modò nihil ædificabuntur, verùm etiam turbabuntur, magis exiſtimantes illos quaſi inſanos & arreptitios loqui, & mentis nõ eſſe compotes. c Si verò omnibus vicifsim & bono ordine prophetantibus, & occulta idiomate noto reuelantibus, ingredi contingat infidelem aut idiotam quempiã, conuincitur ab omnibus, d & de occultiſsimis quoque cordis ſui diiudicabitur, & fient manifeſta quæ nemini fuerant hominũ cognita, niſi ſoli Deo

atque

atque proinde cum omni reuerentia, procidēs in faciem ſuā, Deum adorabit proclamās Deū infidelibus ſuis verè inhabitare. a Vultis ergo fratres mei, cognoſcere, quid his in rebus ſit faciendū? Audite me Apoſtolū veſtrū. b Quoties in vnum conuenitis, quiſquis ſiue pſalmum à Deo accepit, ſiue morum doctrinam, ſiue occultorū reuelationem, ſiue linguarum, ſiue interpretationis gratiam, ſtudeat ad id quod accepit, ad communē eccleſiæ vtilitatem ordine & modo congruis, proferre: vt modo & ordine ſeruato, fiat ædificatio, nō confuſio. c Ita vt ſi lingua loqui contingat, permittantur duo, aut vt multū tres linguis loqui, & alius poſt aliū. d Sit aūt vnuſquiſpiā, qui interpretetur ea quę lingua peregrina pronunciantur. e Si autem fortè deeſſe cōtingat qui poſſit interpretari, in conuētu fideliū ſileat qui linguas tantùm habēt, abſque interpretatiōe. Secretò autem ſibi, & Deo ad gloriam loqui poſsit. f Inter prophetas quoque

ſit hic

a Quid ergo eſt fratres?

b Cum cōuenitis vnuſquiſq; veſtrū pſalmū habet, doctrinā habet, apocalypſim habet, linguā habet, interpretationē habet, omnia ad ædificationem fiant.

c ſiue lingua quis loquitur, ſecūdùm duos, aut vt multùm tres, & per partes.

d & vnus interpretetur.

e ſi autem nō fuerit interpres taceat, in eccleſia autem ſibi loquatur, & Deo.

f Prophetæ autē duo aut tres dicāt, & cæteri dijudicent.

ſit hic ordo, vt duobus aut tribus alio poſt alium loquentibus, cæteri prophetæ diiudicent eorũ quæ prophetantur veritatem. a Quũ autem contigerit alterius qui tacebat mentem, ſpecialiter diuino dono ſuper propoſitis illuminari qui prior loquebatur, patienter cedat poſteriori. b Nam fieri poteſt, vt prophetarum ſinguli per partes prophetent: vt vniuerſi diſcãt dum alios audiunt, atque item vniuerſi ſuo ordine cohortentur, dũ ipſi prophetant. c Et omnino in voluntate eſt prophetarum, vt liberè poſsint quãdo opportunum eſt, ſuæ prophetię illuminationem loqui, & quãdo opportunum tacere, neque vt arreptitij omnino coguntur. d Alioqui Deus ſæpenumerò diſſentionis foret author, qui tamen eſt Deus pacis: quẽadmodum & in alijs omnibus ſanctorum eccleſijs prædico. e Quantùm ad ſexũ muliebrem attinet in conuẽtu fideliũ ſolẽni, vbi adſunt viri fideles, mulieres non loquantur: aliquo pacto. f Nõ enim propter

a Quòd ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat.

b Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare vt omnes diſcant, & omnes exhortentur.

c Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt.

d Non enim diſſẽtiõis eſt Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus eccleſijs ſanctorũ doceo.

e Mulieres in eccleſijs taceant.

f Non enim permittitur eis loqui ſed ſubditas eſſe: ſicut & lex dicit.

pter verecundiã ſubiectionis, permittit̃ eis loqui in eccleſia: quẽadmodũ in libris Moyſi in ipſo Geneſis initio de mulieris ſubiectiõe legimus quũ ſub viri poteſtate cõſtituitur. a Neque interrogare fas eſt eis publicè, in eccleſia: domi viros ſuos interrogẽt, ſi quid volũt diſcere. b Omnino enim turpe eſt mulieri (vtpote perſonæ ſubiectæ) in eccleſia fideliũ loqui: ſed propter verecundiam, in publicis cõuentibus magis conuenit ſilere. Quid verò audent quidã obſiſtere ordinationibus Apoſtolicis, propter tumorem mundanæ ſciẽtiæ! c An à vobis primitus verbũ Dei cœpit, aut ad ſolos vos peruenit: vt velitis vos reſpuere, quæ cæteræ omnes fideles tenent eccleſiæ? d Quòd ſi quis habetur inter vos, aut propheta, aut ſpiritualis in diuinis rebus edoctus: diſpiciat & cõſyderet, quoniã ſecũdùm Deũ, & à Deo ſunt mãdata hæc, quæ trado vobis. e Si quis autẽ per craſſam ſuã negligentiã, aut contemptum, ignorat quę non ſunt ignoranda, illũ

a Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.

b Turpe enim eſt muleri loqui in eccleſia.

c An à vobis verbum Dei proceſſit aut in vos ſolos peruenit?

d Si quis videtur propheta eſſe aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis quod domini ſuut mandata.

e Si quis autem ignorat, ignorabitur.

illum quoque non agnoſcet Deus, vt admittat eum in gloriam ſuã.

a Itaq; fratres æmulamini prophetare:

a Itaque (vt hanc materiã cõcludendo, finiam) Prophetię donum, tanquàm ſimpliciter melius & vtilius, ſuadeo magis deſyderãdum, magíſque pro eo aſſequendo elaborandum.

b & loqui linguis nolite prohibere.

b Veruntamen neque prohibendum eſt linguarum donum, quum & ipſum ſit bonũ.

c Omnia autem honeſtè & ſecundùm ordinẽ fiant in vobis.

c Tantûm, vt omnia decenter & bono ordine abſque cõfuſione fiant inter vos.

TEXTVS Cap. XV.

a Notum autem vobis facio fratres Euãgelium quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini:

b qua ratiõe prædicauerim vobis, ſi tenetis niſi fruſtra credidiſtis.

Elucidatio CAP. XV.

HIs itaque prioribus diſſolutis quæſtiõibus, & factis ordinationibus ad magnum reſurrectionis myſterium volumus accedere. a Ac primùm quidem, pro huius dogmatis conſtabilitione, notum facio vobis de prędicatione Euãgelij quod prædicaui vobis, quod per fidem acceptaſtis credentes, in qua etiam nunc perſeueratis, in ſuſcepta ſemel fide bene ſtabiles, & per cuius fidem ſpem habetis ſalutis veſtræ. b Notum, inquam, vobis facio, qua ratiõe Euangelium illud

illud prædicauerim vobis, quoniã non rationibus humanis, ſed virtute diuina, ſi modò ea adhuc tenetis, & in eis perſeueratis, quę per me ex Deo vobis ſunt annũciata. Fruſtra enim fuerit, ſemel fidem Chriſti ſuſcepiſſe, ſi ſemel credita iam reſpueritis. a Inter prima enim & præcipua edocui vos, quẽadmodum & ego à Deo fui edoctus, quoniam Chriſtus iuxta ſcripturarum veterũ teſtimonia, pro peccatis noſtris mortuus eſt, ac deinde ſepultus: poſt quæ, tertia die reſurrexit à mortuis iuxta ſcripturarum ſanctarum de eo prædicta teſtimonia. b Et in fidei confirmationem, apparuit Petro, & vndecim diſcipulis in vnum congregatis, propter metum Iudæorum. c & deinceps ſimul cõgregatis fidelibus in Galilæa, pluſquã quingẽtis. Quorũ multi, etiam nũc ſunt ſuperſtites, multi verò obdormierunt in dño. d Viſus eſt inſuper Iacobo, Item diſcipulis atque Apoſtolis omnibus, in aſcenſione ſua. e Poſtremò & ego poſt aſcẽſionẽ,

a Tradidi enim vobis in primis, qđ & accepi, quoniã Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecũdùm ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die, ſecundùm ſcripturas,

b & quia viſus eſt Cephæ & poſt hæc vndecim:

c Deinde viſus eſt plus quàm quingẽtis fratribus ſimul ex quibus multi manent vſq; adhuc, quidam autẽ dormierunt.

d Deinde, viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis oĩbus.

e Nouiſſimè autẽ omnium tãquàm abortiuo, viſus eſt & mihi.

velut

a *Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſequutus ſum eccleſiam Dei.*

b *Gratia autem* Dei *ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui.*

c *Non ego autem ſed gratia* Dei *mecum.*

d *Siue enim ego, ſiue illi, ſic prædicauimus & ſic credidiſtis.*

e *Si autem Chriſtus prædicatur, quòd reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis:*

velut intempeſtiuè, vidi dominũ, quemadmodũ ſolet abortiuus fœtus tempore non congruo emitti. a Ego ſi quidẽ hac cõſyderatiõe, infimus ſum Apoſtolorũ, indignus Apoſtoli nomine, quantùm ex me quidem fuit: propterea quòd perſequutus ſim eccleſiam Dei. b Attamen qui ex me nihil ſum, per Dei gratiam ſum id quod ſum, nempe Chriſto nunc credẽs, & Apoſtolus & gratia eius in me nõ fuit otioſa ſine operibus, ſed plus, cæteris omnibus, eam laboraui in opus expendere. c Nõ autem ego hos labores, quaſi ex me peregi: ſed per me Dei gratia, cui ego per conceſſam mihi arbitrij liberi poteſtatẽ, viriliter cooperor. d At verò, his omiſsis, parùm refert, ſiue nos, ſiue cæteri Apoſtoli plus prædicauerimus: certũ eſt, quod ſic nos vt veri Apoſtoli prædicauimus, vti ſupra notũ fecimus vobis & vos illa rectè credidiſtis. e Si autẽ prædicamus Chriſtũ, nos Apoſtoli à mortuis reſurrexiſſe: quæ eſt hæc quorundam audacia, vt audeãt inter

vos fideles aſſerere,non futurã reſurrectionem mortuorum hominum cæterorum? a Ablata enim mortuorum reſuſcitatione aufertur & Chriſti reſurrectio. Quoniã Chriſti reſurrectio,efficiens cauſa eſt reſuſcitationis mortuorũ. b At ſi Chriſtus concedatur non reſurrexiſſe cõſequitur ſtultã & vanam fuiſſe prędicationẽ noſtrã,ac proinde & falſam fuiſſe fidẽ veſtrã,vt pote qua falſæ noſtræ prędicationi aſſenſeritis. c Inſuper & nos demõſtramur falſum teſtimoniũ dxiiſſe aduerſus Deum prædicantes de eo & attribuẽtes illi ꝙ veritatis nõ eſſet.Prædicauimus enim Chriſtũ à patre ſuo ſuſcitatũ : qđ falſum cõprobat̃,ſi mortuorũ negetur reſurrectio. d Nã conſequit̃ optimè, ſi nec reſurgant,nec ſint reſurrecturi aliqñ mortui, neque ipſe quidẽ Chriſtus olim ſurrexit. e Hoc autẽ ſi admiſeritis, colligit̃, nullũ vos è fide veſtra,fructũ percepiſſe. f Nondum enim dimiſſa ſunt vobis per fidem peccata veſtra ſi fides veſtra vera non ſit.

quoniã reſurrectio mortuorũ non eſt.

a Si aũt reſurrectio mortuorũ nõ eſt,neq; Chriſtus reſurrexit.

b Si aũtChriſtus nõ reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra.

c Inuenimur aũt & falſi teſtes dei, quoniã teſtimoniũ diximus aduerſus Deũ, quòd ſuſcitauerit Chriſtũ, quẽ non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt.

d Nã ſi mortui nõ reſurgũt,neq; chriſtus reſurrexit.

e Quòd ſi chriſtus nõ reſurrexit,vana eſt fides veſtra.

f Adhuc enim eſtis in peccatis veſtris.

a Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt.

a Rurſum conſequitur, fideles qui in fide Chriſti domierunt, prorſus perijſſe, ſicut beluas, nullā vltra bonorum operū mercedem expectātes. Quæ omnia fideles vos, quomodo tā abſurda feretis?

b ſi in hac vita tātùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.

b Profectò, ſi nos qui quotidie propter fidem Chriſti affligimur & mortificamur, ſperātes eſſemus in Chriſto, ſolùm in hac vita, in ea expectantes retributionē, ex ijs quæ in hac vita exiſtunt nō expectādo futura cœleſtia bona, eſſemus planè omnibus hoībus miſerabiliores, & infœliciores: vtpote, qui & preſentibus & futuris gaudijs priuaremur.

c nunc autē Chriſtus reſurrexit à mortuis:

c Nūc aūt vera fides hæc eſt, ꝙ chriſtus ſurrexit morte deuicta,

d primitiæ dormientium:

d inter oēs mortuos primus ipſe & præcipuus, tanquàm primogenitus in multis fratribus.

e quoniā quidem per hominē mors, & per hominē reſurrectio mortuorum.

e Ita enim dicebat, per vnum hominem reſurrectionem fieri mortuorum, quomodo per vnum hominē cæteri omnes facti ſunt carnis debitores.

f Et ſicut in Adā omnes moriuntur ita & in Chriſto oēs viuificabunt.

f Et ſicut in Adam omnes mortui ſumus: ita in Chriſto vitam reſumemus æternam.

Vnus

a Vnuſquiſque tamen in ſuo reſurget ordine, ſtatus conditionis, atque meriti. Primitiuus Chriſtus, qui ſingulari gloria præ omnibus, tanquàm primogenitus, reſurget glorioſus. Deinde fideles eius, qui eius aduentũ credentes expectauerunt, cum ſpei deſyderio, ac ſtudio bonarum operationũ. b Poſt reſurrectionem autem completam mortuorũ, erit mundanæ mutabilitatis, & ſæculi cõſummatio: quãdo penitus hoſte ſubacto, filius patri regnum beatorũ pacatum reddet, plenum, atque quietũ, c euacuatis omnibus officijs, principatuum, poteſtatũ virtutũ (tam quo ad bonos, quàm quo ad malos angelos) quãdoquidem nullius eiuſmodi miniſterijs vltra opus erit. d Oportebit aũt illis regnum perdurare eo vſque vt tandẽ perfecta ſubiectione, omnes inimicos ſuæ ditioni & poteſtati, ſiue voluntarios, ſiue coactos perfectè ſubijciat. e Omnium verò poſtrema, deſtruetur terribilis mors, ita vt ſanctorum nulli deinceps noceat.

a Vnuſquiſq; aũt in ſuo ordine, Primitiæ Chriſtus, deinde hi qui ſunt Chriſti, qui in aduentũ eius crediderunt.

b Deinde finis,

cùm tradiderit regnũ Deo et patri.

c cùm euacuauerit omnẽ principatum, & poteſtatẽ, & virtutem.

d Oportet aũt illũ regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.

e Nouiſſimè aũt inimica deſtruetur mors.

a Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius.

b Cùm aũt dicat omnia ſubiecta ſũt ei, ſine dubio, præter eum qui ſubiecit ei omnia.

c Cùm aũt ſubiecta fuerint illi oĩa tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus oĩa in omnibus.

d Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis?

a Omnia enim pater(iuxta ſcripturam)ſubiecit ditioni filij ſui. b Cõſtat verò,cùm oĩa dicit,oĩa ſubiecta eſſe filio, excipi à ſubiectione,patrem,qui filio ſubiecit omnia. c Cùm aũt cætera omnia fuerint filio à patre ſubiecta, erit tunc & ipſe filius (quatenus ſecũdùm humanitatẽ minor eſt)ſubiectus patri ſuo,vt ſit Deus vnus omnia implens,& oĩa in oĩbus: qđ nõ eſſet,ſi filij regnũ diuiſum à patris fingeremus imperio,& diuerſos Deos fingeremus, patrẽ atque filium. d Rurſum ſi reſurrectionẽ non creditis vel illorũ vos fiducia cõfundat,qui tantùm reſurrectioni tribuũt:vt eius ſpe,etiã ꝑ mortuis olim ſine baptiſmo amicis,iudicauerint viuos baptizandos.

e Si omnino mortui nõ reſurgũt vt quid & baptizãtur pro illis?

f Vt quid & nos periclitamur omni hora?

e Quorſum verò hoc facerent, ſi reſurrectionis ſpẽ non haberent? Licet enim in parte aliqua errent, exiſtimantes poſt mortẽ baptiſma prodeſſe,tamen oſtenditur liquido,quantam illi fidem reſurrectioni habeant. f Quòd ſi horũ errantium nihil vos mouet exemplum,

plum, ecce noſipſi, putatis, tāta pericula per ſingulos dies vellemus perpeti? a Nam per ſingulos penè dies, in mortis periculis, atque afflictiōibus verſamur, ꝑpter gloriam quam habeo, quæro, & ſpero de veſtro profectu, in Chriſto Ieſu domino noſtro. b Iterum quòd ſecundùm rationem viriliter agens, metu ſenſus poſtpoſito, etiam cum beſtijs pugnare apud Epheſum nihil formidaui, quid mihi prodeſt, ſi nō eſt futura mortuorum reſurrectio? c Potius dicendum cū cæteris mihi eſſet: Māducemus & bibamus fruentes delicijs huius ſæculi: donec viuimus, quoniam nobis inſtat mors, poſtquàm nulla reſtat voluptas. d Attendite vobis fratres mei & ne vos ſinatis ab eiuſmodi ſeductoribus ſeduci. Bonos enim mores, facilè praua euertunt colloquia. e Magis autē exurgite ad iuſtitiam, nec vlli deinceps peccato ſubijciamini. f Sūt quidā inter vos qui ignorant quæ de Deo ſcire debēt, quos mea iſta reſpicit admonitio, vt eui

a Quotidie morior propter veſtram gloriā fratres, quā habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro.

b Si ſecundùm hominem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi ꝓdeſt, ſi mortui non reſurgunt?

c Māducemus & bibamus, cras enim moriemur.

d nolite ſeduci, corrumpunt bonos mores colloquia mala.

e Euigilate iuſti, & nolite peccare.

f Ignorātiā enim Dei quidā habēt.

gilēt. a Loquor hæc vobis, vt vel per verecundiam emēdemini, qui eiuſmodi eſtis. At dicat fortè quiſpiam: b Quonā modo reſurgent mortui, & quali in corpore redibunt: eodem ne an alio? c Vel ex ijs quæ in natura fiunt, diſce ô inſipiens, diuina ſapere. Ecce, quod tu ſeminas, nō reuiuiſcet fructificando, niſi per putrefactionē fuerit mortuum. d Cùm autē ſeminas, non corpus illud quod futurū eſt naſciturúmque ex grano ſeminas: ſed ſimplex tantùm granum, vel tritici, vel alicuius aliorū granorum ſiue ſeminum. e Pro ſuo autem arbitrio donat Deus ſeminato atque in terra poſito grano illi corpus, quod ex ipſo enaſcatur & vnicuique ſemini, iuxta ſuæ naturæ conditionem. Sic neque mirum, ſi per virtutem Dei, corpora reſurgant alia, quàm fuerint ſeminata. f Rurſum, non omnis caro alteri eſt ſpecie ſimilis: ſed diuerſę ſunt, & ſpecie, & qualitatibus, carnes hominū, pecorum, volucrum, atque quadrupedū. g Et diuerſa

a Ad reuerētiam vobis loquor.

Sed dicet aliquis: b Quomodo reſurgunt mortui? quali autem corpore venient?

c Inſipiens tu, q̄d ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur.

d Et quod ſeminas, nō corpus q̄d futurum eſt ſeminas, ſed nudū granum, vt puta, tritici, aut alicuius cæterorum.

e Deus aūt dat illi corpus ſicut vult, & vnicuiq; ſeminū ꝓpriū corpus.

f Nō oīs caro, eadem caro, ſed alia hoīm, alia pecorū alia volucrū, alia autem piſcium:

g Et corpora cœleſtia, et corpora ter

ſunt

ſunt corpora cœleſtia, à terreſtribus. Et ſingularem habent, admirabilémque gloriam corpora cœleſtia, quàm terreſtria non habẽt. Rurſum, Sol, Luna, & ſtellæ, imò ſtellæ abinuicem differunt, alia ab alia, in claritate. a Proportionaliter eſt conſyderanda in reſurrectione corporum differentia: non ſolùm ſeminati ad reſurgens, ſed etiam reſurgentium adinuicem. b Sepelitur quidem & terræ commendatur, corruptioni obnoxiũ cadauer: reſurget verò idem illud in immortalitate, & omnimoda impaſsibilitate. c Seminatur obſcurum & vile: reſurget in gloria & claritate nimia. d Seminatur tardum & impotẽs, à quibuſlibet facilè patiens: reſurget autẽ agile & potẽs, ſic vt à nullo deinceps nocumentum pati queat. e Seminatur corpus animale, cibis & potibus indigens: reſurget autẽ ſubtile & ſpirituale, nullis eiuſmodi indigens. f Sicut enim eſt corpus modò animale, ſic & ſpirituale, qđ ſuo tempore apparebit in gloria.

reſtria: ſed alia quidẽ cœleſtiũ gloria: alia aũt terreſtrium: alia claritas Solis: alia claritas Lunæ, & alia claritas ſtellarum, ſtella enim à ſtella differt in claritate:

a ſic & reſurrectio mortuorum.

b Seminat in corruptione: ſurget in incorruptione.

c Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria.

d Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute.

e Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale.

f Si eſt corpus ani

male, eſt & ſpirituale, ſicut ſcriptũ eſt:
a Factus eſt primus homo Adam, in animã viuẽtẽ:
b Nouiſſimus Adam, in ſpiritũ viuificantem.

a Ac de animali quidem corpore legimus in Geneſi, quẽadmodum primus homo factus ſit per animam & vitã à Deo participãtem, & corpori vitã dantẽ: atque hæc quidem vita animalis eſt. b Quo contra, de ſecũdo Adam ac nouiſſimo: nempe Chriſto, dici poteſt ꝙ natus ſit ſecundùm ſpiritũ, omnes credentes (qui ſunt corporis eius mẽbra) viuificantẽ.

c Sed non prius, q̃d ſpirituale eſt, ſed quod aĩale, deinde q̃d ſpũale.

c Verũtamẽ non prius ſpirituale corpus debebat eſſe, quàm animale, ſed ab imperfecto animali (vt nũc eſt) perueniri debet ad perfectũ, quod eſt ſpirituale.

d Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo, de cœlo, cœleſtis.
e Qualis terrenus, tales & terreni, et qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.
f Igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem cœleſtis.

d Primus homo, de terra, terrenus fuit: ſecũdus homo cœleſti operatione miraculoſè genitus, cœleſtis, quia de cœlo. e Illi primo terreno conformes ſunt, omnes terreni: Cœleſti huic, nempe Chriſto, adſimilabuntur oẽs cœleſtes, qui ſunt de cœlo regenerati, ſpiritu eodẽ. f Quo vt pertingere valeamus, fratres mei, certem⁹ nũc Chriſti imaginem & ſimilitudinẽ bonis actibus exprimere, quẽadmodum hactenus vita mala, veteris

ris Adæ imaginē:in nobiſipſis portauimus,illiſque ſecundùm animalem & carnalē vitā concupiſcētiæ noſtræ aſsimilati ſumus. a Hoc autem idcircò dixerim,quoniam qui ſecundùm carnem,& deſyderia mala concupiſcentiæ viuunt, regnum Dei nō poſsidebūt:neque qui corruptè vixerit, poterit immortalitatèm glorioſam adipiſci. b Ecce altius vobis ſuper modo & ordine reſurrectionis,pando myſterium. c Omnes quidē omnino reſuſcitabimur, boni atque mali, & ad vitā vniuerſi reuocabimur, ſine exceptione:at non ita omnes per gloriam immutabimur. d Complebūtur omnia in momēto, in oculi ictu, tubæ nouiſsimæ ſonitus miniſterio. e Facto namque tubæ ſigno,mortui reſurgent integri,& in membris cōpleti,nullam poſthac mortē viſuri. f Specialiter autē iuſti ac boni(de quorum numero etiam me fore confido)ad gloriam immortalitatis atque impaſsibilitatis immutabuntur. g Oportet enim corpus hoc,

quod

a Hoc autē dico fratres, quia caro & ſanguis regnū Dei poſsidere non poſſunt:neq; corruptio incorruptelā poſsidebit:

b Ecce myſterium vobis dico.

c Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnes immutabimur.

d In momento,in ictu oculi, in nouiſsima tuba.

e Canet enim tuba,& mortui reſurgēt incorrupti,

f & nos immutabimur.

g Oportet enī corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc, induere immortalitatem.

neque vllo pacto amoueamini ab eo in quo ſtatis firmo fidei fundamento proficiétes ſemper in omni opere quod placitum eſt domino.
a Iam enim comprobatum eſt, & ſcitis ipſi: quia labor veſter quē in bonis operibus impenditis, non erit ſine mercede, in nouiſsimo die. Quod cõſequeretur indubiè, ſi reſurrectiõis fidē negaremus, quam nos confirmauimus.

a ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in domino.

TEXTVS Cap. XVI.

a De collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in eccleſijs Galatiæ, ita & vos facite, per vnā ſabbati.

b Vnuſquiſque veſtrum apud ſe ſeponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non cùm venero, tunc collectæ fiant.

c Cùm autē præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiā veſtrā in Hieruſalē.

Elucidatio Cap. XVI.

Da E collectione autem pecuniarū, quæ fit pro ſanctorum neceſsitatibus: ſicut ordinaui in eccleſijs Galatiæ, ſic etiā inter vos facite, prima die ſeptimanę, id eſt, dominica die, quæ eſt prima poſt ſabbatum. b Et vt omnis tollatur ſuſpitio malæ conſeruationis, ſinguli apud ſe ſeponant, quod ſibi iuxta Deum fuerit viſum diſtribuere in pauperes: ne tunc ſit colligenda adhuc eleemoſyna, quādo præſens adero vobis: quæ res & in grauamen veſtrū cederet, & Pſeudoapoſtolis calumniandi occaſionem maiorē daret. c Cum verò

ad vos

a Quòd ſi dignũ fuerit vt ego eam, mecum ibunt.
b Veniã autẽ ad vos cùm Macedoniam pertrãſiero: Nam Macedoniã pertranſibo.
c Apud vos autẽ forſitan manebo, vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis, quocũque iero.
d Nolo enim vos modò in trãſitu videre: Spero enim me aliquantulum tẽporis manere apud vos, ſi dominus ꝑmiſerit; permanebo autẽ Epheſi, vſq; ad Pentecoſten.
e Oſtiũ enim mihi apertũ eſt magnũ & euidẽs & aduerſarij multi.

ad vos venero, epiſtolis datis ad Apoſtolos in Hieruſalẽ, mittam viros quos mihi probatos indicabitis: ad perferẽdã hãc eleemoſynã. a Quod ſi dignũ viſum fuerit atque conſultũ vt ego ipſe deferam, ibũt mecũ illi fide digni, vt pariter eleemoſynã iſtã deferamus in Hieruſalẽ. b veniam autẽ ad vos, vbi Macedoniam pertranſiens viſitauero. Nã ſtatui Macedoniam pertranſire. c Cum autẽ ad vos venero, decreui apud vos aliquãtum tempus cõmorari, aut etiã prorſus hyemare: vt vobis comitantibus, pergam, quocũque mihi fuerit eundum. d Nõ enim volo vos hac vice, tranſeundo tantùm videre: ſed ſpero me aliquantulũ temporis vobiſcum cõmoraturũ, ſi ſic domini fuerit volũtas. Permanebo autem Epheſi, vſque ad Pentecoſten. e Multorum enim animos, hoc in loco, ad Euangelij ſuſceptionẽ paratos inuenio, & clara videtur ac certa ſpes fructus, quẽ hic poſſum efficere: & aduerſarij multi ſunt, qui profectum noſtrum & illorum impedi-

impedire conantur, quibus omnino neceſſe erit reſiſtere. a Interim, ſi Timotheus ad vos venerit, videte, vt ab iniurijs ſeruetis eum ſecurum. b in Dei enim opere ſolicitè laborat, ſicuti & ego. Propter quod ne quis eum parui æſtimet, reijciat, aut contemnat. Magis autem honeſto ac tuto comitatu, c Propter honorem Euangelij, quod prædicat, illum deducite, vt ad me veniat. d Expecto enim aduētum eius, vnà cum fratribus. e De Apollo autem fratre, ſcitote me plurimum rogaſſe eum, vt vnà cum alijs fratribus ad vos pergeret. Hac autem in parte, non acquieuit petitioni meæ, vt modò ad vos pergeret. Venturum autem ſe eſt pollicitus, cùm ſibi opportunum videbitur, & magis expediens. f Vos interim vigilantes & attenti eſtote, firmi ſtate in fide recta, viriliter operemini quæ bona ſunt, & in omni bono corroboremini. g Super omnia autē quæcunque facitis in Dei amore, & pacifica adinuicem charitate, facite.

a Si autem venerit Timotheus, videte, vt ſine timore ſit apud vos.
b Opus enim domini operatur ſicut & ego, ne quis ergo illū ſpernat.
c Deducite autem illum in pace, vt veniat ad me.
d Expecto enim illū cū fratribus.
e De Apollo autē fratre vobis notū facio, quoniā multū rogaui eum, vt veniret ad vos cū fratribus, & vtique nō fuit voluntas eius, vt nūc veniret. Veniet autē cùm ei vacuū fuerit.
f Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite & confortamini.
g Omnia veſtra

Oro

in charitate fiăt. a Obſecro aũt vos, fratres (noſtis domũ Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniã sũt primitiæ Achaiæ, & in miniſteriũ ſanctorũ ordinauerunt ſeipſos) vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti & laboranti.

b Gaudio autẽ in præſentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerunt.

c Refecerũt enim & meum ſpiritũ & veſtrum.

d Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt.

e Salutãt vos oẽs eccleſiæ Aſiæ. Salutãt vos in domi-

a Oro autẽ vos fratres, quoniam noſtis familiã Stephanæ fideliſsimæ matronæ, & Fortunati & Achaici: quòd ſint pręcipui & primi inter Chriſtianos vniuerſę Achaię & vltronei ſeipſos obtulerunt, ad miniſtrandũ ſanctorũ neceſsitatibus: vt eiuſmodi hominibus deferatis, & eos reuereamini. Neque his modò, verùm etiam omnibus qui inter vos, zelo fidei, nobis cooperantur, & laborant in negotio Euangelij. b Gaudium verò magnum & cõſolationẽ, mihi adfert iſtorũ præſentia, nẽpe Stephanæ, Fortunati, & Achaici: quoniã veſtrùm omniũ loco quod mihi deerat ſuppleuerunt. c Meum enim ſpiritũ prępentia humanitatis ſuæ plurimum recrearũt: & (quia meũ gaudium veſtrum eſt) ſimul etiam refocillarunt ſpiritum veſtrum. d Eos ergo qui tales ſunt, agnoſcite: vt eos in omni reuerẽtia & honore habeatis. e Saluto vos ego Paulus, omnium eccleſiarũ nomine, quæ ſunt in Aſia. Salutant vos in domino multùm Aquila & Priſcilla,

ſcilla, cum domeſtica eorum familia, apud quos hoſpitor. Salutent vos, omnes qui mecū ſunt fratres. a Salutate vos inuicem, in ſpiritu veritatis & pacis, in oſculo ſancto & amore ſincero, atque immaculato. Salutatio mea, manu Pauli. b Si quis non amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit execratus in aduentu domini. c Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. d Charitas, qualem ego ad Deum & erga vos habeo, ſit cum omnibus vobis, vt inuicem diligatis, quomodo ego vos diligo, in veritate, in Chriſto Ieſu, Amen.

no multū Aquila & Priſcilla cū domeſtica ſua eccleſia, apud quos & hoſpitor. ſalutant vos omnes fratres.
a Salutate inuicē in oſculo ſancto, ſalutatio mea manu Pauli.
b Si quis non amat dominum noſtrū Ieſum Chriſtū ſit anathema, maranatha.
c Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum.
d Charitas mea, cum omnibus vobis, in Chriſto Ieſu, Amen.

FINIS ELVCIDAtionis, in epiſtolam ad Corinthios priorem.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Corinthios poſteriorē beati Pauli Apoſtoli.

SCRIPSERAT APOSTO*lus, ſuis quos ad Chriſtum conuerterat Corinthijs: obiurgatoriam Epiſtolam: in qua multa illorum vitia, ſeuera ſatis increpatione redarguerat. Corinthij verò quaſi bonæ obedientiæ filij, accepta Apoſtoli ſui epiſtola, ad pœnitentiā compuncti quæcunque ille corripuiſſet, ſtudioſè emendabant.* Ita, *vt (iuxta Apoſtoli præceptum(fornicarium illum ab eccleſia eijcerent, & cætera item de quibus inſtructi erant, iuxta quod oportebat, corrigerent.* Gaudens *ergo de illorum pœnitentia Apoſtolus, conſolatoriam eis ſcribit hanc ſecūdam epiſtolam.* Ac pri*mùm quidem, ſuarum tribulationum magnitudine enarrata, & diuina protectione annexa, ad ſui excuſationem procedit, rationem reddens, cur ſicuti pollicitus fuerat, ad eos nondum veniſſet: neque leuitati hoc neque inſtabilitati aſſcribendum declarans, ſed ad parcendū ipſis, id eſt, ne ſeuerius in eos agere cogeretur, ſi præſens illis nondum emēdatis aduenisſet. Optabat autem magis, vt quum ad eos adueniret, in gaudio id fieret, nō in triſtitia, qua ſe tum afflictum fuiſſe plurimum narrat, cùm poſt audita Corinthiorum peccata, priorem deſcriberet epiſtolā. Quomodo autem ſeueritate iuſtitiæ, pecca-*

torem illum fornicarium iuſſerat Satanæ *tradi, in carnis interitum:* Ita *ex aduerſo emendatum & pœnitentem, modò recipi iubet, in gremium & vnitatem eccleſiæ: ne fortè per aſtutias* Satanæ, *illius ſpiritum contigat per deſperationem, in damnationem pertrahi.* Deinde *fructum adiungit multiplicem & copioſum, veræ ſynceræq; prædicationis ſuæ, per quam,* Chriſtiani *nominis odorem* Deus *faciebat in omni loco manifeſtum.* Atque *hæc quidem, prioribus duobus capitulis.* Mox *aduerſum* Pſeudoapoſtolos *ſuam gloriationem inſtituit gloriam noui teſtamenti & miniſtrorum eius, gloriæ veteris teſtamenti (quod erat tãquàm imperfectum ſuo tempore euacuandum) præponens. Cuius rei occaſione, de* Moyſi *velamine &* Iudæorum *obtuſitate atque cæcitate quædam interſerit.* Atque *hæc capite tertio.* Propter *huius autem tam glorioſæ adminiſtrationis munus ſibi creditum ex miſericordia* Dei, *omni ſecura: dicit etiam ex occultiſſimis cordis, fœda quæque abijcere: ita vt nec in corde quicquàm ſit aſtutiæ aut calliditatis, & in cõuerſatione omnium ſe conſcientijs reddat commendatum.* Neque *quicquàm ſe commoueri ijs quas pro* Chriſto *patitur corporis miſerijs & afflictionibus (quas etiam cum gloria recitat) propter* Chriſti *adiutorium, & interioris hominis profectum: ſciens quoniam, quanto externus homo) id eſt, caro paſſibilis, perſecutionibus corrumpitur, tanto ſpiritus amplius vireſcit interius, præterea quæ ex paſſionibus iſtis expectat, venturæ retributionis ſempiterna præmia.* Ad *quæ ſuſpirans quinto capite, ſpei ſuæ confeſſionem profitetur gloriationis quoque beatorum, tam in anima quàm in corpore aſtruit myſte-*

t *rium*

iam redierat, Qui apoſtolo narrãs illorum pœnitentiam, & promptiſsimum ad obediendum in omnibus animum, ſummum quoq; erga Paulum *præceptorem amoris affectum, miro gaudio eum lætificauerat.* Atq; *etiam in eo, quod* Titum *à ſe miſſum, multa humanitate & benignitate, in præceptoris reuerentiam & gloriam excepiſſent.* Poſt *hæc octauo capite, exemplo* Macedonum *(quorum in ſumma penuria & tribulatione maxima, miram liberalitatem commemorat)* Achaicos *ipſos prouocat, ad faciendam ſanctis* Hieroſolymitanis *eleemoſynam: cuius rei gratia, ſe* Titum *atque alios duos probatæ fidei fratres, dicit miſiſſe.* Neque *verò id facit* Paulus *quaſi per imperium quenquàm cogere volens, ſed quaſi conſulens, quod illis eſt vtile: vt exemplo* Chriſti, *miſericordiam præſtent, ijs qui miſericordia opus habent.* Atque *hæc quidem conſulit ſuadétque. 8. & . 9. cap.* Quoniam *verò licet emendati eſſent in pluribus* Corinthij, *videbãtur tamen doctores adhuc inter ſe tolerare nõ ſynceros &* Pſeudoapoſtolos: *qui quæſtus gratia, vel ſecundùm ſæculi ſapientiam, vel ſecundùm legis obſeruantiam docebant, ex quibus eis periculum erat corruptionis à ſynceritate fidei, qui* Paulo *eiúſque authoritati multis modis derogabant, ſeipſos verò mirè iactitabant: idcircò aduerſum hos ad retundendam illorum ſuperbiam, in ſequentibus fortiter agit.* Ac *primùm quidem capite decimo per* Chriſti *modeſtiam eos obſecrat, in ſancta fide & obedientia ſic perſiſtere, vt nõ cogatur ſuæ vltionis ſeueritatem in eos exercere: quam vltionis poteſtatem, nonnulli in eo falſo calumniabantur audaciam, dicentes illum vt carnalem hominem gloriã quærere, & nihil niſi audaciam prætendere abſentem, quum præſens*

totus eſſet vilis & cōtemptibilis. Contra quos agens proteſtatur ſe coram Deo ambulantem, & præſentem & abſentem ſemper ſui ſimilem eſſe, ſpiritualem quoq; ſe eſſe nō carnalem,& armis ſpiritualibus non carnalibus, omnia agere, quanquàm & poſſet (ſi vellet) etiam ſecundùm carnem gloriari, cum illis ſuis obtrectatoribus Pſeudoapoſtolis, quum & in illis gloriari non erubeſcebant, quæ extra ipſorum eſſent regulam, quod à ſe Paulus dicit alienum, qui in ſolo domino fatetur gloriari. Poſt hoc, cap.11. compulſus neceſſitate, propter Pſeudoapoſtolos, aduerſus illorum inſipientiam ſuam, opponit gloriam. Primùm quidē ſe excuſans, de eo quod forſan illos potuiſſet offendere, quoniam videlicet ab Achaicis ſtipendia noluiſſet accipere, quod ſe dicit propter Pſeudoapoſtolorū malitiam non propter diſcipulorum odium, omiſiſſe: deinde neceſſitatem gloriationis ſuæ iterum poteſtatus: primùm quidem in ijs quæ carnis ſunt gloriatur, de genere, de lege, ac ſimilibus deinde in ijs quas pro Chriſto pertulit, paſſionibus, quum illi nihil pro Chriſto, vel minimum, aliquando paſſi fuiſſent. 12. verò capite, etiam ad altiora priuilegia, per gloriam (ſub aliena tamen perſona) pergit recitanda, & ſtimulo carnis ſibi ad humilitatis cuſtodiam Dei prouidentia dato, commemorat: rurſúmque in infirmitatibus ſibi complacet. Poſt quæ omnia (ne fortè quis ſcandalizetur in eius gloriatione) eius neceſſitatem iterū replicat: eo quòd ſuum præceptorem & apoſtolum illi non defenderent, contra Pſeudoapoſtolos, vt debebant. Poſtremò, circa finem capitis duodecimi, & capite toto decimotertio, timens ne non omnes adhuc ſint emendati, ſeuerè edicit vt ſi qui adhuc

huc emendati non ſunt, quantotius corrigere ſe ſtudeant, antequàm ipſe præſens adueniat, & ſuæ vltionis ſeuerita tem in eos exercere cogatur: id quod ſe minimè petere declarat, modò ipſi coram Deo probati appareant. Ait enim ſe non tyranni more quærere vlciſcendi occaſionem, ſed patris affectu illorum bonam & probatam conuerſationem, pro qua etiam ſedulo orare Deum ſe teſtatur: ſeque ob hoc nunc abſentem ſcribere durius, vt non præſens ſeuerũ ſe in vlciſcendo exhibere cogeretur. Poſt omnia, gaudere eos ſemper iubens, & pacẽ ſectari, ita claudit Epiſtolam.

FINIS ARGVMENTI
in Epiſtolam ad Corinthios ſecundam.

Epiſtolę ad Corinthios poſterioris beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS
Cap. I.

P*a Aulus Apoſtol*ꝰ *Ieſu chriſti per voluntatē* Dei, & Timothe*us frater, eccleſiæ* Dei *quæ eſt corinthi, cū omnib*ꝰ *ſanctis qui ſunt in vniuerſa achaia. b gratia vobis & pax à* Deo *patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.* c Benedictus Deꝰ *& pater dñi noſtri Ieſu Chriſti pater miſericordiarū & Deus totius cōſolationis. d qui cōſolat̄ nos in omni tribulatione nr̄a, vt poſ-*

IN EPISTOLAM AD
Corinthios poſteriorem beati Pauli
Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

Pa Aulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecūdùm volūtatē Dei, & Timotheus frater: ſalutē dicunt eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi cōgregata, pariter & omnibus in vniuerſa Achaia fidelibꝰ. b Sit vobis gratia & comes illi pax, à Deo patre omniū noſtrū, & domino Ieſu Chriſto. c Benedictus ſit Deus, & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater ille à quo omnis miſericordia, & Deus à quo omnis vera conſolatio: d ꝗ conſolat̄ nos in omni tribu-

tribulatione nobis obueniente, in hoc, vt nos itē cōſolari valeamus quoſlibet in preſſura conſtitutos per exhortationem conſolationis eius, quam ipſi à Deo accepimus. a Quoniā ſicut ob amorē Chriſti, paſsiōibus aggrauamur in corpore, ſic & abundantius conſolationē ſpiritus, per Chriſtū accipimus. Quicquid autē de nobis agitur, Deo diſpenſante, ad veſtrā agitur vtilitatem. b Nēpe ſi tribulamur, ad veſtrā id exhortationē atque ſalutē pmittit Deus, vt noſtro exemplo exhortemini & cōfirmemini ad patientiā. c Siue conſolationē accipimus, & hoc ipſum ad veſtrā conſolationē ſiue exhortationē à Deo internā accipimus, & illud quoque ad veſtrā fit exhortationē & ſalutē. d Quæ quidē conſolatio atque exhortatio, vos facit valētes, ad eaſdē paſsiones tolerādas, quibus & nos premimur: e vt hac de cauſa merito firmam ſpem de vobis concipiam quòd conſolationis ſpiritualis aliquando eritis participes, ſicut nunc mihi eſtis in

ſimus & ipſi conſolari eos qui in omni pſſura ſunt, per exhortationē qua exhortamur & ipſi à Deo. a Quoniā ſicut abundāt paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat cōſolatio noſtra, b ſiue aūt tribulamur p vrā exhortatiōe & ſalute, c ſiue cōſolamur p veſtra cōſolatiōe, ſiue exhortamur pro veſtra exhortatiōe & ſalute, d quæ operat̄ tolerantiā earundem paſſionū, quas & nos patimur: e vt ſpes noſtra firma ſit p vobis: ſciētes quod ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.

a Nõ enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nr̃a quæ facta eſt in Aſia, quoniã ſupramodũ grauati ſumus ſupra virtutẽ, ita vt tederet etiam nos viuere.

b ſed ipſi in nobiſmet ipſis reſponſum mortis habuimus,

c & nõ ſimus fidẽtes in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos,

d qui de tãtis periculis nos eripuit & eruit, in quem ſperamus, quoniã & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione, pro nobis:

e vt ex multarũ pſonis facierũ eius quæ in nobis eſt do

tribulatiõibus ſocij. Quibus enim cõmunis eſt afflictio, eiſdem eſſet cõmunis poſt afflictionem conſolatio. a Volo autẽ ſcire vos, quãtam in Aſia tribulationẽ ſuſtinuerimus, vbi exceſsiuè admodũ, onus graue tribulationis ſuſtinuimus, ſupra humanas vires: adeò vt nec liberet nobis vltra viuere, atque (etiam ſi libuiſſet) ſpes nulla videtetur reliqua. b Quin & ipſi intra noſmetipſos exiſtimauimus, mortem nos humanitus non poſſe euadere, quaſi mortem vidẽtes in proximo. c Atque in illud tantùm diſcrimen venire nos permiſit Deus, vt diſcamus nobiſipſis (id eſt noſtris viribus & conſilijs) nihil fidere: ſed ſpẽ omnẽ in Deo habeamus, qui & mortuos ſuſcitare potens eſt, d qui ipſe de tantis nos mortalibus periculis, & liberauit & liberat, & (quemadmodum ſperamus) in poſterum liberabit, adiutorio precũ veſtrarũ quas pro nobis ad Deũ effunditis: e vt de dono gratiæ ſuæ quã in nos confert, per multos, & multis perſonis diuer-

diuerſarum conditionũ atque ſtatuũ, agantur gratiæ Deo, pro nobis. Orationũ autẽ veſtrarũ ſuffragia fidenter depoſcimus, & apud Deũ exaudiri cõfidimus, a quoniã gloriamur in teſtimonio bono quod nobis perhibet cõſcientia, in ſpiritu ſancto, in eo quod ſimplici & integro corde, coram Deo, & nõ per carnalẽ ſapientiam, ſed iuxta gratiã Dei, cõuerſati ſumus erga omnes. Peculiariter dico ad vos, à quibus nec ſtipendiũ vnquàm accepimus laborũ, quod ab alijs eccleſijs accepimus. b Quæ autem ſcribimus vobis, & ex literis noſtris olim acceptis, & ex conuerſatione præſenti cognouiſtis. c Spero autem, quòd & vſque in finẽ eoſdem nos cognoſcetis, quemadmodum hactenus, ex parte cœpiſtis noſtrã conuerſationẽ habere probatam. d Idque ita cõuenit, quoniã nos ſumus de quibus erit vobis gloriatio in nouiſsimo die domini noſtri Ieſu Chriſti, ſicut & nos de vobis gloriabimur. Nos de vobis, quos in fide genuimus: vos in nobis,

quos

nationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

a Nã gloria nrã hæc eſt, teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ: quod in ſimplicitate cordis, et ſynceritate Dei & nõ in ſapiẽtia carnali, ſed in gratia Dei cõuerſati ſumus in hoc mũdo, abundantius autem ad vos.

b Non enim alia ſcribimus vobis, quàm quæ legiſtis & cognouiſtis.

c Spero aũt quod vſq; in finem cognoſcetis, ſicut & cognouiſtis nos ex parte:

d quia gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, in domini noſtri Ieſu Chriſti.

a Et hac cõſidentia volui prius venire ad vos, vt ſecundam gratiam haberetis,
b & per vos trãſire in Macedoniã & iterũ à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.
c Cùm ergo hoc voluiſsẽ nunquid leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito, ſecũdùm carnem cogito, vt ſit apud me Eſt & Non?
d Fidelis autem Deus, quia ſermo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo, Eſt & Nõ, ſed in illo Eſt.
e Dei enim filius Ieſu Chriſtus qui in vobis p nos prædicatus eſt, p me & Siluanũ & Ti

quos veſtræ ſalutis primos poſt Deũ authores habuiſtis. a Et hac confidentia ſtatuerã mecũ. priuſquàm intrarem in Macedoniam, venire ad inuiſendũ vos: vt ſecũdam viſitationis gratiam haberetis, & in aduentu noſtro conſolationem. b & per vos tranſirẽ in Macedoniã: & ſic reuertens, deliberaueram à vobis deduci velle in Iudæam. c Hoc ergo quum prius ſtatuiſſem, nunquid leuiter egi mutato conſilio! Aut quæ ego ſtatuo, ſecundùm carnem me putatis definire, vt ſit in me duplicitas aut inſtabilitas? d Fidelis autem eſt Deus, nec duplex, nec inſtabilis, & ad eundem modum ſermo noſter, quo apud vos Chriſtum prædicãs vſus ſum, nec duplicitatem, nec inſtabilitatem habet, ſed ſtabilis eſt in eo ſimplicitas. e Nam prædicatio, quam ego & Siluanus & Timotheus in vobis prædicauimus, de Ieſu Chriſto filio Dei, nullam in ſe habuit duplicitatem, ſiue inſtabilitatẽ: ſed Eſt (hoc eſt ſimplex firmitas, & ſtabilitas) in illo fuit.

a Imò

a Imò quotquot promiſsiones à Deo ſunt nobis donatæ,& per nos prædicatæ,per Chriſtũ ſunt firmę & immutabiles. b Atque ideò, Deo patri per Chriſtum dicimus Amen.veritati & firmitati omniũ conſentientes: vt credẽtes & acceptantes gloriã promiſſam conſequamur. c Qui autẽ nos pariter & vos in Chriſto confirmat Deus eſt qui & ſpiritu ſancto ſuo nos ſignauit adoptãdo, tanquàm filios Dei diſcernens à filijs diaboli, & eundẽ nobis in pignus dedit ęternæ hæreditatis,in intimis noſtris. d Ne verò me leuitatis arguatis ob prædicta, & propoſiti dilationem aſſcribatis inſtabilitati: ecce Deum teſtor futurum iudicem, me hucuſque (vt propoſueram) Corinthum non veniſſe,nulla alia de cauſa,niſi ob hoc vt vobis parcerem: nève in multos veſtrum, durius necdum emendatos,agere cogerer,ſi pręſens ipſe aduenifſem. e Hoc autem dixi,parcere me vobis,non quaſi ratione fidei ſuper vos dominatum mihi vendicans,

motheũ nõ fuit in illo Eſt & Nõ,ſed Eſt in illo fuit.

a Quotquot enim promiſsiones Dei, ſunt in illo,Eſt.

b Ideo & p ipſum dicimus amẽDeo, ad gloriam noſtram.

c Qui autem cõfirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus: qui & ſignauit nos,& dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.

d Ego autem teſtẽ Deum inuoco in animam meã quod parcens vobis nõ veni vltra Corinthum.

e Nõ quia dominamur fidei veſtræ,

ſed

ſed adiutores ſumus gaudÿ veſtri. ſed quia miniſter ſum veſter, cupiẽs veſtrũ magis adiuuare, quàm turbare gaudium.

a Nã fide ſtatis. a Nam (quod quidem ad fidẽ attinet) ſatis rectè apud vos res habet neque in præſentiarũ quicquã eſt, de quo quãtũ ad veritatẽ fidei veniatis arguẽdi.

TEXTVS *Cap. II.*

a Statui autẽ hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirẽ ad vos, b ſi enim ego contriſto vos, & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me? c Et hoc ipſum ſcripſi vobis, vt non cùm venero triſtitiã ſup triſtitiã habeam, de quibus oportuerat me gaudere, d cõfidẽs in omnibus vobis, quia meum gaudiũ omniũ veſtrũ eſt.

Elucidatio CAP. II.

Sa Tatui autem in animo meo hoc ipſum, nẽpe in triſtitia nolle me venire ad vos cùm iterũ aduenero. b Si enim ego vos contriſto, & quis me poterit lætificare? Oportebit ergo me vobiſcum triſtitiã habere, poſtquàm ipſi triſtes me cõſolari minimè valeatis. Niſi qui ex mea correptione ſalubriter côntriſtatur, is lętificare me ſua triſtitia poteſt. c Hoc autem quod ſtatui, etiam ſcripto indicare vobis curaui, vt non mihi venienti ad vos, accumuletur triſtitia ad triſtitiam: Idqúe de ijs, ex quibus ſpiritus meus gaudere debuerat: d dum confido in omnibus vobis quòd meum gaudium, omniũ veſtrum communiter eſt, quemadmodũ & veſtrum, noſtrũ

etiam

etiam eſt gaudiũ. a Nam epiſtolam illam priorẽ,ex multa afflictione & dolore animi ſcripſi vobis cũ multis lachrymis: non intentione vos contriſtãdi,quaſi in veſtra triſtitia ego gauderem,ſed intentiõe vos perducendi ad emẽdationem veſtrorũ peccatorum. b Ex quo etiam videre poteſtis charitatem noſtrã qua ſumus pro veſtro profectu ſoliciti valdè. c Qui autẽ me cõtriſtauit ex vobis nõ me in profundũ demerſit triſtitię: ſed ex parte aliqua, ſecundùm rationis modum alijs plurimis ex altera parte me conſolantibus ex ſuæ conuerſationis bonitate: vt ne videar omnes vos quodammodo accuſare & omnibus meæ triſtitiæ cauſam imponere. d Illi verò qui ſuo ſcelere ſic me cõtriſtauit, ſufficiat obiurgatio communis, quæ eſt à cõmunitate eccleſiæ,ad correctionẽ. e Quæ tamẽ ſic moderetur, vt ex aduerſo remittentes aliquid,etiam cõſolemini obiurgatum ſecũdùm ſpiritum: f ne fortè obiurgatiõe laceſsitus,neque cõſolatione leni-

a Nam ex multa tribulatiõe & anguſtia cordis ſcripſi vobis,per multas lachrymas, nõ vt contriſtemini.

b ſed vt ſciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis.

c Si quis autẽ contriſtauit me, non me cõtriſtauit,ſed ex parte, vt non onerem vos omnes.

d Sufficit illi qui eiuſmodi eſt,obiurgatio hæc que fit a pluribus:

e ita vt ecõtrario magis condonetis & conſolemini:

f ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.

tus, abſorbeatur abundanti triſti-
tia, in deſperationis profundum.

a Propter quod obſecro vos, vt cõfirmetis in illũ charitatem.

a Propter quod obſecro vos, vt cœptam in illũ charitatẽ, per correptionem acriorem, nunc pergatis perficere, in conſolando eũdẽ.

b Ideo enim ſcripſi vobis, vt cognoſcam experimentum veſtrũ, an in omnibus obedientes ſitis.

b Ideò enim & ſcripſi vobis, vt experimentum ſumam obediẽtiæ veſtræ, an in omnibus ſitis perfectè obedientes, noſtra iuſsione parati corripere atque recipere.

c Cui aũt aliquid donaſtis, & ego.

c Illud autem ſcitote, quoniam cuicũque poſt peractam pœnitentiam, congregati in nomine domini donaſtis remiſiſtiſque, veniã dantes, & ego illud præſens ſpiritu ratum habeo: & nunc, iſtam abſolutionẽ ego ratam habeo, ſi eũ receperitis.

d Nam & ego qđ donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti, vt non circũueniamur à ſatana.

d Nã & ſi ego aliquid donaui, id quod donaui, vice Chriſti donaui: ne per nimiam ſeueritatẽ ſub iuſtitiæ prętextu, nos Satanas circũueniat.

e non enim ignoramus cogitatiões eius.

e Cognouimus enim aſtutæ illius conſilia, quibus ſolet nimiam auſteritatem nonnunquàm ſuggerere pręlatis, vt ſic indeſperationem abducat, quos benigna & mitis correptio à morte ſaluaſſet.

Quum

a Quum veniſſemus autem Troadem,prędicandi Euangelij gratia, & multos viderem ad audiendum verbũ Dei paratos: b non potui tamen habere requiem, in ſpiritu meo eo quòd Titum non inueniſſem,cuius auxilium mihi erat neceſſariũ. c Propter quod fratres Chriſtianos exhortãs eíſque valedicens, profectus ſum in Macedoniam. d Agimus autem gratias Deo,qui nos ſemper triumphatores & victores efficit in Chriſto Ieſu faciens nos in omnibus ſuperuincere,dánſque nobis corda infidelium iugo fidei eius ſubijcere: e & gratiſsimũ odorẽ ſuæ cognitionis,famámque ſui nominis,per noſtræ prædicationis miniſteriũ, manifeſtat, atque diſpergit in omni loco,Iudæorum & Gentiliũ. f Nos enim Chriſti odor ſumus, id eſt,Chriſti odoriferam famam deferentes,in ſenſus hominũ:ante Deum vtique bonus & ſuauis,& ſi mali homines corrupti iudicio,aliter iudicẽt.Bonũ,inquã,fundimus nominis odorẽ cõmune oĩbus, tã in cle-

a Cùm veniſſem autem Troadem, propter Euãgeliũ Chriſti, & oſtiũ mihi apertũ eſſet in domino:
b non habui requiẽ ſpiritui meo eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum.
c Sed valefaciens eis profectus ſum in Macedoniam.
d Deo autem gratias,qui ſemp triũphat nos in Chriſto Ieſu,
e & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos,in omni loco.
f quia Chriſti bonus odor ſumus Deo,

in ijs qui ſalui fiunt, & in ijs qui pereunt.

in electis & ſaluan[illegible] in reprobis & perituris, neminem cælantes Euangeliũ. a Veruntamẽ odor iſte, alijs quidẽ ex ipſorũ vitio in mortem cedit: Alij autem eſt odor bonus ad vitam, qui etiã mortuos, bene acceptatus corde fideli, ſuffiiciat viuificare. b Ad hunc autẽ Chriſti odorẽ ferendũ quis ex illis Pſeudoapoſtolis (quos non Deus mittit, ſed quęſtus prędicare facit) tam ſe idoneum iactitet quàm nos Deus facit idoneos. c Abſit autem à nobis, vt tales ſimus quales (prohdolor) videmus plurimos, ſub ſpecie doctorum ambulantes: qui verbum Dei, nõ ſynceriter nec ſimpliciter prædicãt, propter Deũ. d ſed cauponantium more commixtum cum humanæ ſapientiæ aut eloquentiæ impuritatibus, aut Iudaicarũ obſeruãtiarum vanitatibus, ad quæſtum & lucrum prædicant, ſiue potius vendũt. e Nos verò ſyncerè, integrè & purè, quẽadmodũ à Deo accepimus coram Deo iudice, in Chriſto (id eſt, ſecũdùm Chriſti voluntatem, & propter

a Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitã, b & ad hæc quis tam idoneus?

c Nõ enim ſumus ſicut plurimi,

d adulterãtes verbum Dei,

e ſed ex ſynceritate, ſicut ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur.

pter eis amorē)prædicamus,quod nobis eſt cōmiſſum ſanctum Euāgelij verbum.

Elucidatio CAP. III.

a SEd nunc iā incipimus noſipſos iterū commēdare! An verò egemus(ſicut quidam faciunt) cōmendatitijs epiſtolis,ab alijs ad vos acceptis,quas nobiſcū circunferamus,aut à vobis acceptis, ad alios circūferre?Nō vtique. b Epiſtola enim cōmendās & teſtificans Apoſtolatus mei authoritatem, ac veritatem,voſipſi eſtis, quam ego in corde meo deſcriptā mecū deporto: c quæ epiſtola intelligitˉ, & legitur,ſeu conſyderatur, ab omnibus hominibus,veſtram conuerſationē & fidem contuentibus: d dum manifeſtamini,per exhibitionē virtuoſæ conuerſationis veſtræ,quaſi epiſtola ſitis,in qua deſcriptus eſt Chriſtus, e per noſtrū miniſterium:ſcripta,inquam,non atramento, ſed ſpiritu Dei viui. f Non in tabulis lapideis(quēadmodum ſcripta erat lex Moyſi)ſed in tabulis, quæ ſunt veſtra corda,

TEXTVS *Cap.* III.

a Incipimus iterū noſmetipſos cōmendare! Aut nū quid egemus (ſicut quidā,commēdatitijs epiſtolis ad vos,aut ex vobis?

b Epiſtola *noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris,*

c quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus,

d manifeſtati quoniam epiſtola eſtis Chriſti.

e miniſtrata à nobis & ſcripta non atramēto, ſed ſpiritu Dei *viui:*

f non in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus.

nō iā lapidea(quēadmodū adhuc habēt increduli)ſed mollia & ſpiritus ſancti inſcriptionis bene ſuſceptibilia. a Fiduciam aūt talē habemus,& ſic confidenter loquimur,vt audeamꝰ aſſerere ꝙ noſtro miniſterio hæc ſunt peracta, quæ diximus:nō quaſi per noſipſos,vel minimum quidlibet cogitare ſufficiamus,quaſi à nobiſipſis & nō à Deo,quantò minus grāde aliquid operari:ſed quicquid poſſumus & valemus,ex Deo habemus vt valeamus. b Qui etiā idoneos nos fecit, adminiſtrationi noui teſtamenti,quod non eſt in litera ſitum aut carne,ſed in ſpiritu & veritate. c Nam legis litera,mortis occaſionem præbet: ſpiritus aūt nouæ legis, vitam confert credentibus.Hæc autem adminiſtratio noui teſtamenti, magna gloria eſt eius cui credita eſt. d Si enim miniſtratio legis,quæ mortem infert in lapidibus deſculpta,literis viſibilibus facta fuit cum magna adminiſtrantis gloria & claritate,adeò vt nō poſſent filij Iſraël dire-

a Fiduciam aūt talē habemus per Chriſtū ad Deū, nō quòd ſufficientes ſumus, aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis,ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

b Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamēti,nō litera,ſed ſpiritu.

c Litera enim occidit,ſpiritus autē viuificat.

d Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſraël in faciē Moyſi,propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur:

cto aſpectu intēdere in faciē Moy ſi, prę nimia claritate & gloria, quę tñ gloria nouæ legis aduentu euacuat. a Multò igit magis miniſtratio nouæ legis, erit cum adminiſtrātis ſpirituali & interna gloria. b Nam ſi adminiſtratio legis, quæ occaſionē prębet cōdēnationis, ijs qui ad eā alligantur, nō fuit ſine gloria & magna claritate: c multò magis miniſtratio nouæ legis, quæ per ſe iuſtificat & ſaluat, erit per gloriam. d immò verò, ob pręcellentem nouæ legis gloriam, neque glorificatū dici debet veteris legis illius miniſterium, qđ tamen aliqua in parte claruit, per exteriorem vultus gloriam. Non enim eſt digna cōparatio huius & illius internæ, quam habent in ſpiritu, adminiſtratores nouæ legis. e Nam ſi ea lex quæ ſuo tēpore irrita fieri debeat, per gloriā fuit adminiſtrata, multò amplius ipſa quæ manet ſemper per gloriam adminiſtrari debet. f Hæc igitur credentes ſic habere, & ſic ſperātes, fiducialiter admodū corā Deo & hominibus

a quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?

b Nā ſi miniſtratio damnationis, in gloria eſt,

c multò magis abūdat miniſteriū iuſtitiæ in gloria.

d Nā nec glorificatū eſt, quod claruit in hac parte, propter excellentē gloriam.

e Si enim quod euacuatur per gloriā eſt, multò magis quod manet, in gloria eſt.

f Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia vtimur:

a & nõ ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam, vt non intẽderent filij Iſraël in faciem eius, qđ euacuatur, ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum.

agimus, nihil diſsimulantes, neque occultantes. a Et non ſic modò facimus, quomodo olim Moyſes faciebat, ponẽs velamen ſupèr faciem ſuã, propter filios Iſraël, non potẽtes in claritatẽ vultus eius intendere: vt per hoc ſignificarẽt filios Iſraël velamẽto ac vmbris tãtùm intendẽtes, nõ proſpicere in faciem legis, quæ eſt euacuãda, id eſt, in Chriſtũ, qui finis eſt legis, & eadem ratione, eius quoque facies nominari poteſt. Legis enim vmbræ, velamen ſunt, & poſteriora legis dici poſſunt. Ipſe autẽ finis legis, Chriſtus, & quę de eo veritatis myſteria, per figuras legis præſignata facies & anteriora legis dici poſſunt.

b Vſq; in hodiernum enim diẽ idipſum velamen in lectione veteris teſtamẽti manet nõ reuelatum, quod in Chriſto euacuatur:

b Et in hodiernũ vſque diem, idẽ illud velamẽ, non remotum nec diſcoopertũ, manet (vt olim) in lectione veteris teſtamẽti, quod per Chriſtũ (qui oẽs figuras in ſeipſo cõpleuit & terminauit) eſt euacuatum:

c ſed vſq; in hodiernum diẽ, cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum:

c ſed in hodiernum vſque diem, apud Iudæos, cùm leguntur libri Moyſi, velamen illud ſuper cor eorũ poſitum manet, & depo-

deponi velamen non permittunt, vmbris adhuc inhærẽtes. a Neque ſpes eſt, velamẽtũ iſtud carnalis legis intelligentię, aliquãdo auferẽdũ de cordibus eorũ: imò nec poteſt, niſi cùm per fidẽ ſe ad Deũ cõuerterint. Tunc enim auferetur velamen iſtud, & execratio, & obtuſitas omnis de cordibus eorum. Conuerti autem oportet ad Deum in ſpiritu per fidem. b Dominus enim ipſe ſpiritus eſt, non corpus. Quicunque verò ſpiritum domini in ſe habet inhabitãtem: verã ille eſt libertatem per hunc aſſecutus. Per ſpiritum enim, & à peccatis efficimur liberi, & à legis ſeruitute, in Euangelij traducimus libertatem. c Nos autẽ omnes modò qui in Chriſtũ credimus, ſine vmbris, velo depoſito, & veritate manifeſtata, gloriã domini in nobis, velut in ſpeculo recipientes, & velut in ſpeculo conſpicientes, d à claritate Dei, in claritatẽ transformamur, ad imaginẽ Dei, defluente in noſtrũ intellectũ illius æternæ & immẽſæ lucis, modò aliqua par-

a cùm autem cõuerſi fuerint ad dominum auferetur velamen.

b Dominus autẽ ſpiritus eſt, vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas.

c Nos verò omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes.

d in eandem imaginem trãsformamur, à claritate in claritatem,

 ticula,

a tanquàm à domini ſpiritu.

TEXTVS Cap. IIII.

a Ideò habentes hanc adminiſtrationem, iuxta q̄d miſericordiam cōſecuti ſumus, non deficimus:

b ſed abdicamus occulta dedecoris, nō ambulantes in aſtutia, neq; adulterãtes verbū dei, ſed in manifeſtatione veritatis, cōmēdantes noſmetipſos ad omnē conſcientiā hominum coram Deo.

c Quod ſi etiā opertum eſt Euāge*lium noſtrum, in ijs qui pereunt eſt opertum:*

d in quibus deus huius ſæculi excæcauit mētes infide

ticula, ſecundùm quam ei conformes & ſimiles efficimur, Deiformésque dicimur. a Idqúe à domini ſpiritu, per quem nobis claritas, & deiformitas iſta cōfertur.

Elucidatio CAP. IIII.

Ta Anta igitur adminiſtratione, ſecundùm Dei miſericordiā, nō pro noſtris meritis non credita, nequaquàm in bono torpemus: b ſed omni cura eijcimus è nobis etiam quę occulta ſunt peccata: Non conuerſantes in calliditate, neque verbū Dei aliter q̄ proponi debet prædicātes, ſed ſimpliciter manifeſtando ſolidā fidei veritatē, ſicque apud omnes conuerſando, vt cōmendabiles meritò omnium conſcientijs videri debeamus, ſecundùm Deum. c Quòd ſi Euangelij noſtra prædicatio, in aliquibus ſepulta, nullum efficit fructum, in reprobis id cōtingit, cùm in alijs plurimū proficiat. d Quorum, quum ſint infideles, Deus huius ſæculi (id eſt, diabolus, mundi princeps) mentes excæcauit, ita vt illuminatio Euangelij, quod eſt de

gloria

gloria Chriſti, in eis fulgorem ſuū immittere nō valeat. Qui chriſtus Dei patris inuiſibilis eſt imago cō ſubſtantialis, & coæqualis per omnia. a Idcircò autē Euangeliū iſtud gloriæ Chriſti, ſynceriter (vt diximus) ſine adulteratione prædicamus, quoniam nō noſipſos prædicamus, id eſt, noſtrā gloriam, aut noſtra quærentes commoda: ſed Ieſum Chriſtum noſtrum dominū (vt æquum eſt) prædicamus, illius gloriam & honorem & profectum quęrentes. b Nos verò non aliud nos exhibemus, quàm ſeruos & miniſtros veſtros, per dominū Ieſum: qui nos ſua benignitate dignatus eſt eligere in ſeruos ſuos, ad adminiſtrandam vobis prædicationem Euangelij. Dignum autem & iuſtū eſt, vt ſerui, non ſuam, ſed domini gloriam quærant. Nos, inquā, ſerui tantùm ſumus, Deus autē principalis author & operator eſt, fidei veſtræ. c Nam qui in principio creationis mundi, quum adhuc tenebræ eſſent ſuper faciē a-

lium, vt non fulgeat illis illumina tio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.

a Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum:

b nos autem, ſeruos veſtros, per Ieſum:

c Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplen-

ipſe illuxit in cordibus noſtris,

a ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Ieſu.

b Habemus autẽ theſaurũ iſtum in vaſis fictilibus:

c vt ſublimitas ſit virtutis Dei, et nõ ex nobis.

lumen ſplendeſcere quum diceret, fiat lux, & facta eſt lux: idem ipſe nũc in hoc tẽpore gratię pulſis tenebris infidelitatis, lucis ſuæ radijs illuminauit corda noſtra, a ad accipiendũ per fidem cognitionẽ claritatis & gloriæ Dei, quę inhabitat in homine Chriſto, & in eo videtur: quoniã qui videt filiũ, videt & patrem. b Hunc verò theſaurum illuminationis & claritatis ſpiritualis magnũ ſanè & præcioſum, nos poſsidemus à Deo, in vaſculis fragilibus, corporibus ſcilicet humanis, quæ & ſupramodũ fragilia ſunt atque debilia, & tamẽ in eis noſter ſpiritus, poſſeſsor cœleſtium gratiarũ inhabitat. c Idque ob hoc Deus ita diſponit, vt tota quæ in nobis conſpicitur claritas, gloria, atque perfectionis ſublimitas, ex virtute Dei, nõ ex nobiſipſis eſſe cognoſcatur, Deóque, & nõ nobis aſcribatur ad gloriã. Quomodo autẽ fragilia & contẽptibilia ſimus vaſcula, ipſe noſtræ quotidianæ paſsiones patẽter demonſtrãt, quemadmodum ipſa ad tole-

tolerandũ virtus,in nobis cœleſtis gratię theſaurũ cõprobat. a Per omnia enim quotidie varijs tribulationibus obruimur,ſed ex virtute cœleſtis gratiæ,animus in Chriſto liber ac dilatatus,nequit anguſtiari. b Frequenter velut in rem deſperatã adducimur,& ad extremam vſque peruenimus, vel rerũ, vel cõſilij inopiã:Nũquàm tñ nos Deus prorſus deſtinuit ſuo, neque auxilio,neque cõſilio. c Perſecutiones quidem varias ſuſtinemus, ſemper autẽ adeſt nobis dñs pro eius nomine patientibus. d Habemur quidẽ cõtemptui,& illudimur:conſcientiæ tamẽ bonæ teſtimonio innixi,nõ cõfundimur hominũ opprobrijs. e Et ſi ad mortis vſque pericula,velut in terram, in infinitam fortunam proſternimur,perire nos nõ ſinit diuina cuſtodia.Quid multa? f Semper in corpore noſtro quocunque pergimus, Chriſti mortificationem in animi patientia nobiſcum deferimus,& in corpore exhibemus, atque exprimimus: g vt tandem ali-

a In omnibus tribulationem patimur,ſed non anguſtiamur:

b Aporiamur,ſed non deſtituimur:

c Perſecutionẽ patimur,ſed non derelinquimur:

d humiliamur, ſed non confundimur:

e Deijcimur, ſed non perimus.

f Semper mortificationẽ Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferẽtes: g vt & vita Ieſu manifeſtetẽ in corporibus noſtris.

aliquando, vita & gloria Ieſu in noſtris corporibus manifeſtè reluceat. a Cõtinuis enim mortibus in hac carne agẽtes, propter Chriſtum afficimur, vt in carne eadẽ, quæ nunc quidem eſt mortalis, vita Ieſu in futuro palã fiat. b Ergo (vt concludam) in nobis quidem mors nunc viuit & regnat, qui in pœnalitatibus & afflictionibus periculiſque ſumus aſsidui: c In vobis autem propter mortificationes noſtras vita prouenit fidei, quoniam per noſtras paſsiones, vobis fides annunciatur, & in vobis confirmatur. d Nos verò eodem donati ſpiritu, quo & olim Dauid in ſcriptura loquebatur, dicens: Credidi, propter quod & loquutus ſum, ſimiliter credimus, ꝓpter quod etiã nos qui credimus, itẽ & audacter loquimur: e Sciẽtes hoc ꝙ is qui Ieſum ſuſcitauit, nempe Deus pater, & vos item ſuſcitabit cum Ieſu, & conſtituet in gloria ſua, vnà cum vobis ſimiliter reſuſcitatis. f Omnia enim propter vos, & patimur, & facimus libẽter,

a ſemper enim nos qui viuimus, in mortẽ tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

b Ergo mors in nobis operatur,

c vita autem in vobis.

d Habentes autẽ eundẽ ſpiritũ fidei ſicut ſcriptum eſt: Credidi, propter quod loquutus ſum & nos credimus, propter quod & loquimur.

e ſciẽtes, quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit & cõſtituet vobiſcũ.

f Oĩa enim ꝑpter vos vt gratia abũ

vt abundanter Dei gratia in multos propagata, per multos gratiæ agantur Deo, ad gloriam ſuam. a Propter hanc autem Dei gloriã ſic promouẽdam, nequaquàm ſegniter agimus: neque vllo laborẽ poſſumus fatigari, aut ab opere noſtro deterreri. Neque corporis iſtius iacturam, vel tanti facimus, modò Dei gloriã promouere valeamus. b Imò verò quo magis cor pus iſtud quod apparet exterius, perſequutiõibus ac tribulatiõibus afflictũ deficit, & ad corruptionẽ tendit, eo magis is qui in hoĩe latet humanus ſpiritus, ſumpto quotidie virium ſpiritualiũ & virtutũ incremento, renouatur in ſpiritu ſancto, de die in diem. c Quoniã tribulationes illæ, quæ in hoc tempore obueniunt ſuſtinendæ, momentaneę ac citò pertranſeuntes, leuéſque & faciles toleratu: quanquàm & breues & paruæ, d procurabũt tamen eas pro Chriſto ſuſtinẽtibus in vita futura, mirè magnũ, & ampliorem quàm dici vel credi poſsit cumulũ glorię ęternæ.

dans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

a propter qđ non deficimus.

b Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem.

c Id enim quod in præſenti eſt momẽtaneũ & leue, tribulationis noſtræ.

d ſupra modũ in ſublimitate, æternum gloriæ põdus operatur in nobis.

Si modò

a Si modò per fidem, ad ea quę in cœlis ſunt inuiſibilia feramur, contemplatione & expectatione, non ad ea quę ſenſib⁹ ſubiacēt. b Quæ enim ſenſibus ſubiecta ſunt, & ſenſu percipi valent, temporalia ſunt miniméque perdurātia, in quibus perfecta nequit eſſe beatitudo.

c Ea verò quæ omnē ſenſum excedūt, præparata in cœlis ventura bona: ipſa æterna ſunt, & ipſis ſatiari vult ac beatificari hominis ſpiritus.

a Non contēplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur.

b Quæ enim videntur, temporalia ſunt.

c quæ autem non videntur, æterna ſunt.

TEXTVS Cap. V.

a Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, ſed æternam in cœlis.

b Nā & in hoc ingemiſcimus habitationem noſtram quæ de cœlo eſt ſuperindui cupiētes.

Elucidatio CAP. V.

a Illud enim per fidē nos indubitatū tenemus, quòd ſi caro iſta quā nunc ſuper terram inhabitat anima, per mortē reſoluatur, in cinerem rediens, aliud ſimus conſequuturi ædificiū, ex Dei dono ac virtute, nempe domum non tēporalem artificis manu factā, ſed æternam duraturam in cœlis ipſam dico ſempiternā gloriā, & cœleſtē in Dei claritate māſionē. b Nā & pro hac expectatione gemitus emittimus, deſyderātes illa quę nos manet gloriam cœleſtem indui, vt

per

per eam omnis quæ nunc eſt,tegatur miſeria:quod & continget ſuo tempore. a ſi ita modò vixerimus, vt in nouiſsimo, veſtimento operti charitatis, & non nudi bonis operibus,inueniamur. b Qui enim in hoc tabernaculo militiæ (corpore inquam)adhuc agimus, ex intimis gemitus damus,onerati carnis pondere: c Propterea quòd nolumus quidẽ prorſus corpore ſpoliari, quaſi ipſum per ſe habeamus odio, ad hoc vt ipſum pereat omnino,ſed magis deſyderamus, & corpus ſeruare, & gloria illa cœleſti ſuperornari. d Ita vt omnis mortalitas & omnis craſsities corporis à vita illa glorię,prorſus ſic glorificato corpore abſorbeatur. e Qui autem ad hoc nos modò aptos reddit,& in finem ad illud perducet, Deus eſt, & præter eum nemo. f A quo nequicquã dubitemus interim ſpiritũ ſanctũ in pignus promiſsiõis, accepimus. g Nos igitur audaci & forti animo bene confidẽtes,& ſciẽtes quoniã dũ in corpore iſto ſumus præ-

a ſi tamen veſtiti, & non nudi inueniamur.

b Nã & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati,

c eo quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri:

d vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita:

e qui autem effecit nos in hoc ipſum, Deus:

f qui dedit nobis pignus ſpiritus.

g Audentes igitur ſemper & ſciẽtes quoniã dũ ſumus in hoc corpore, peregrinamur à domino.

ſentes

ſentes in ea quaſi in domo habitã
tes peregrinamur adhuc abſentes
à Domini beata pręſentia: a quo
niam quidem per fidẽ nunc adhuc
ambulamus & in itinere ſumus, nõ
dum per ſpeciem præſentes facie
ad faciẽ videmus, neque in patria
adhuc æterna conſiſtimus, ad quã
pergimus. b Audentes, inquam,
& hoc ſciẽtes audemus, hoc eſt bo
nam fiduciam & bonam volunta-
tem bonúmque deſyderium habe
mus, vt magis velimus à corpore
eſſe abſentes, & pręſentes domino,
quàm ecõtrario. c Propter quod
quãtùm in nobis eſt, conamur ſiue
abſentes ſiue præſentes, illi place-
re. Iuſtum eſt enim, vt pro hoc ſta-
tu (ſi corporali præſentia domino
in cœlis adeſſe non poſſumus) vel
per bonam cõuerſationẽ, Deo aſsi
ſtere curemus. d Omnes enim nos
exhibendi ſumus ante iudicium
Chriſti, vt in eo recipiat vnuſquiſ
que operũ ſuorũ (quæ ipſe in cor-
pore eſt operatus) mercedem, ſiue
bonum operatus fuerit, ſiue ma-
lum. Erit enim vobis pro quali-
tate

a Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciẽ.

b audemus autẽ & bonam voluntatẽ habemus magis peregrinari à corpore & præſentes eſſe ad dominum.

c Et ideò contendimus ſiue abſentes ſiue præſentes placere illi.

d Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſquẽ ꝓpria corporis ꝓut geſſit, ſiue bonum ſiue malum.

tate operis,merces retributionis.

a Hunc ergo domini timorem (quo ab omnibus hominibus tanquàm verus iudex venturus retributor; venit metuendus) cognoſcentes cupimus noſtra prædicatiõe,& laboramus cæteris quoque eundem timorem in animis imprimere, & ad illum omnes inducere: b Deus ipſe teſtis eſt,cui noſtrum deſyderium animíque intentio,& voluntatis propoſitum, optimè ſunt cognita. Ipſe nouit, quoniã ipſe non eſt aliud eſt quod quærimus, in omnibus laboribus noſtris. c Spero autem & in conſcientijs veſtris eſſe manifeſtũ cordis mei deſyderium, neque aliter vos de me ſuſpicari. d Neque verò accipiatis velim, quaſi ad noſtram vanam laudem & iactantiã dixerimus iſta (quemadmodum faciunt cuncta pſeudoapoſtoli,ad ſuam oſtentationem) ſed præſtamus vobis gloriãdi materiam pro nobis: e vt habeatis, quod illis reſpondere poſsitis,illorúmque vanis gloriationibus opponere, qui

ſic in

a Scientes ergo timorem domini, hominibus ſuademus,

b Deo autem manifeſti ſumus.

c Spero autem & in conſcientijs veſtris, manifeſtos nos eſſe.

d Non iterũ commendamus nos vobis ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis:

e vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur,& non in corde:

tas enim Chriſti nos compellit,vt pro veſtrum omnium ſalute operanda & confirmanda tentemus omnia,& prorſus nihil omittamus eorum quæ ad veſtram ſalutē promouendā poſsint adiuuare: a dū illud perpēdimus ac ponderamus apud noſipſos de charitate Chriſti,quoniā ſi pro omnibus hominibus vnus ipſe mortuus eſt, ergo mortui erāt oēs,p vnū illū viuificādi. b. Simul & illud quoniā ad hoc vnus ipſe pro omnibus mori voluit Chriſtus dominus, vt qui per eum iam viuunt in fide non amplius iuxta ſua viuant deſyderia, c ſed iuxta voluntatem eius qui pro peccatis noſtris mortuus eſt,vt nos ſimiliter peccato moreremur, & pro nobis reſurrexit, vt nos eius exemplo, in vitæ nouitate ſimul cū eo reſurgeremus. Quæ quum perpendimus dominū Chriſtum pro omnium ſalute peregiſſe & nobis videtur pro omniū omnino ſalute quibus modis fieri poteſt grauiter elaborandum. d Nos itaque de cætero neminem ſecun-

a æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt,ergo omnes mortui ſunt.

b Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant:

c ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.

d Itaq; nos,ex hoc neminē nouimus ſecundùm carnē.

dùm carnem, neque attendimus, neque approbamus: poſtquàm per Chriſti mortem & reſurrectionem ad ſpiritum tranſlata ſunt ſalutis noſtræ omnia. a Et ſi viſus olim ſit Chriſtus ipſe & cognitus à noſtris apoſtolis ſecũdùm carnis fragilitatem, nunc tamen poſtquàm à mortuus reſurrexit in gloriã patris, nõ vltra ſecundùm carnis fragilitatẽ illum attendimus; ſed ſecũdùm virtutem Dei qua reſurrexit ad vitam, vt ipſi quoque ei aſsimilemur & cõfiguremur, operãtes quæ ſunt Dei. b Quiſquis igitur in Chriſto per ſpiritum ſanctũ regeneratus, noua factus ſit creatura: neceſſe eſt vt in illo vetuſtas omnis carnaliũ concupiſcentiarũ & obſeruantiarum, abſcendat abijciatúrque: nouitas autẽ ſpiritualium gratiarum, pro vetuſtate abiecta introducatur. c Quę omnia licet nobis in Chriſto præſtentur, tamen ex Deo patre omnis boni fontalis principio originaliter procedunt. d Qui Deus, nos olim propter peccata à ſe diuiſos & ſub ira ſua

a Et ſi cognouimus ſecũdum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus.

b Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua.

c Omnia autem ex Deo,

d qui nos recõciliauit ſibi p Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis.

ira ſua conſtitutos, in tĕpore gratiæ huius per Chriſtum recepit in gratiam, ſibique recõciliauit: nos verò apoſtolos, poſuit huius recõciliationis à ſe per filiũ factæ, miniſtros ac prædicatores, vt eam videlicet perfectã annunciemus hominibus a Quoniã quidẽ Deus pater in Chriſto filio inhabitans, per ipſum mundũ (q vſque ad filij aduentũ ſub ira Dei detinebatur) accepit in gratiã: b ſic vt hominibus pœnitere volentibus peccata dimitteret, nec poſt pœnitentiã illis imputaret, damnationis pœnam pro eis reſeruãdo. c Atque hoc verbum de humana reconciliatione per filiũ facta, nobis prædicandũ commiſit, vt in gentibus faceremus manifeſtũ. d Nos ergo non aliud q̃ legatione fungimur, à Deo ad hoc miſſi in mundũ vice Chriſti, atque pro gloria eius, tanq̃ Deo per nos vt miniſtros exhortãte populos ad huius recõciliatiõis per fidẽ, acceptationem. e Et nos (ne noſtro deſim' officio) obſecramus vniuerſos pro nomine Chriſti

a Quoniã quidẽ Deus *erat in Chriſto mundum recõcilians ſibi,*

b non reputans illis delicta ipſorum:

c & poſuit in nobis verbum reconciliationis.

d Pro *Chriſto ergo legatione fungimur, tanquàm* Deo *exhortante per nos.*

e Obſecramus p̃ Chriſto reconciliamini Deo.

dùm carnem, neque attendimus, neque approbamus: poſtquàm per Chriſti mortem & reſurrectionem ad ſpiritum tranſlata ſunt ſalutis noſtræ omnia. a Et ſi viſus olim ſit Chriſtus ipſe & cognitus à noſtris apoſtolis ſecūdùm carnis fragilitatem, nunc tamen poſtquàm à mortuus reſurrexit in gloriā patris, nō vltra ſecundùm carnis fragilitatē illum attendimus, ſed secūdùm virtutem Dei qua reſurrexit ad vitam, vt ipſi quoque ei aſsimilemur & cōfiguremur, operātes quæ ſunt Dei. b Quiſquis igitur in Chriſto per ſpiritum ſanctū regeneratus, noua factus ſit creatura: neceſſe eſt vt in illo vetuſtas omnis carnaliū concupiſcentiarū & obſeruantiarum, abſcendat abijciatúrque: nouitas autē ſpiritualium gratiarum, pro vetuſtate abiecta introducatur. c Quę omnia licet nobis in Chriſto præſtentur, tamen ex Deo patre omnis boni fontalis principio originaliter procedunt. d Qui Deus, nos olim propter peccata à ſe diuiſos & ſub

a Et ſi cognouimus ſecūdum carnem Chriſtum,

ſed nunc iam non nouimus.

b Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt,

ecce facta ſunt omnia noua.

c Omnia autem ex Deo,

d qui nos recōciliauit ſibi p Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis.

ira ſua

ira ſua conſtitutos, in tẽpore gratiæ huius per Chriſtum recepit in gratiam, ſibique recõciliauit: nos verò apoſtolos, poſuit huius recõciliationis à ſe per filiũ factæ, miniſtros ac prædicatores, vt eam videlicet perfectã annunciemus hominibus a Quoniã quidẽ Deus pater in Chriſto filio inhabitans, per ipſum mundũ (q vſque ad filij aduentũ ſub ira Dei detinebatur) accepit in gratiã: b ſic vt hominibus pœnitere volentibus peccata dimitteret, nec poſt pœnitentiã illis imputaret, damnationis pœnam pro eis reſeruãdo. c Atque hoc verbum de humana reconciliatione per filiũ facta, nobis prædicandũ commiſit, vt in gentibus faceremus manifeſtũ. d Nos ergo non aliud q̃ legatione fungimur, à Deo ad hoc miſsi in mundũ vice Chriſti, atque pro gloria eius, tanq̃ Deo per nos vt miniſtros exhortãte populos ad huius recõciliatiõis per fidẽ, acceptationem. e Et nos (ne noſtro deſim' officio) obſecramus vniuerſos pro nomine Chriſti

a Quoniã quidẽ Deus erat in Chriſto mundum recõcilians ſibi,

b non reputans illis delicta ipſorum:

c & poſuit in nobis verbum reconciliationis.

d Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.

e Obſecramus p Chriſto reconciliamini Deo.

fieri,& ea dignè viuere. a Dicit enim ſcriptura: Tempore accepto audiui te, & in die ſalutis adiuui te. Quæ ſcriptura hoc potiſsimùm gratiæ tempus reſpicit. b Ecce enim nũc tẽpus habemus accepta bile,in quo accepta eſt Deo hominum pœnitentia, pœna à Chriſto perlata,quæ erat peccatis debita. c Nunc dies eſt,in quo ſalutẽ quilibet per pœnitẽtiã valet facilè cõ ſequi vt meritò nemo debeat tantam nũc propoſitam ſalutẽ negligere. d Exhortamur,inquã,omni diligentia nemini vllam dãtes offenſionis cauſam: vt ne, vel in minimo poſsit quantùm in nobis eſt,ab alijs noſtra hæc adminiſtra tio Euangelij vituperari, aut vllã ex noſtra conuerſatione ſatis ſuſti nere poſsit calumniam. e Sed per omnia exhibeamus nos, ſicut veros Dei veri miniſtros,per multam patientiam in aduerſis ſuſtinẽdis: nempe in tribulationibus quibus affligimur,in neceſsitatibus atque indigentijs corporalibus,quas fre quẽter patimur, in anguſtijs cor-

a Ait enim: Tẽpore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te.

b Ecce nunc tempus acceptabile,

c Ecce nunc dies ſalutis.

d Nemini dãtes vllam offenſionẽ vt non vituperetur miniſterium noſtrum.

e Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos,ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis,

dis vel corporis, in verberibus, in carceribus, in ſeditionibus contra nos excitatis, in laboribus manuũ in vigilijs, tum propter labores nocturnos, tum propter orationis ſtudia in ieiunijs voluntate ad caſtigationem carnis aſſumptis. a Nó ſolùm autem in patientia, ſed etiã in omnimoda caſtitate mentis & corporis, ſcientes pariter & diſcretionem habentes, quomodo aut quid in occurrentibus omnibus ſit agendum. b longanimiter ferentes illa aduerſa, & expectantes promiſſa cœleſtia animi manſuetudíne & lenitate ſuaues, nullámque habẽtes amaritudinẽ, etiam erga eos qui nos tribulant, c in ſpiritu ſancto qui nobis donat hæc omnia: ſuper omnia autem in charitate vera, non ficta nec ſimulata, quam ille diffundit in cordibus noſtris, d in verbo veritatis, vt illud nũq̃ adulteremus aut falſificemus, e non tanq̃ ex noſtra virtute, ſed tanquàm ex virtute Dei, qui per nos vt miniſtros, operatur omnia. f Exhibeamus (inquã) nos armati iuſti-

in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, ĩ vigilijs, in ieiunijs,

a in caſtitate, in ſcientia,

b in longanimitate,

in ſuauitate,

c in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta,

d in verbo veritatis,

e in virtute Dei,

f Per *arma iuſtitiæ, à dextris & à ſiniſtris,*

ti iuſtitia,& operibus iuſtitiæ,qui bus à dextris & ſiniſtris incedamus ſecuri,vt nec proſperis efferamur, neque aduerſis deijciamur: a inter gloriam & contẽptum,inter infamiam & bonam famam, inter quæ nos facit iuſtitia ſecuros incedere. b Aeſtimati ſeductores quum ſimus veraces.Quaſi ignobiles ſimus, quum ſimus Deo & veſtris etiã conſcientijs bene cogniti. Quaſi morientes reputati, cùm viuamus apud Deũ. c Tanquàm afflictionibus caſtigati,quũ tamen necdum ſimus caſtigatione mortui. Quaſi triſtes,quum tamen ſemper ſimus in domino gaudentes. d Sicut egentes,quum tamen plurimorũ ipſi penuriam ſuppleamus, tam in ſpiritu quàm in corpore: Quaſi nihil habẽtes,quũ poſsideamus omnia,Deũ poſsidẽtes intra nos q eſt oĩa:& de omnibus etiã tẽporalibus,quãtùm dño placet,ſufficientiã habentes,ita vt plura nec velimus nec optemus.Fi lioli mei,quid plura dicam vobis? e Ecce os meũ patet ad vos,quæ-

a Per gloriã & ignobilitatẽ, per infamiã & bonã famam:
b vt ſeductores & veraces: ſicut qui ignoti & cogniti quaſi moriẽtes, & ecce viuimus:
c vt caſtigati,& non mortificati: quaſi triſtes ſemper autem gaudẽtes:
d ſicut egentes, multos autem locupletantes,tanquàm nihil habẽtes, et omnia poſſidentes.
e Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthij cor noſtrũ dilatatum eſt.

rens eloqui vobis plurima. Neque os modò patet, ſed & cor noſtrũ in amore veſtri dilatatum eſt valde. Ex multo enim amore, loquor hęc vobis. a In corde noſtro anguſto loco nõ eſtis, cùm vos ampliſsimo amoris ſinu contineã. Sed anguſti eſtis, in veſtris viſceribus, anguſto & modico amore nos diligẽtes. b Vos autẽ eandem erga nos remunerationẽ habentes, parẽmque amorẽ rependentes, qualẽ erga vos habeo, etiã veſtri affectus latitudinem expãdite, vt in eo nos recipiatis, ampliúſque diligatis. Dico autẽ hoc vobis vt pater filijs paterno iure hoc exigens. Non enim cõuenit vt pater plus diligens minus diligatur à filijs: & meritò poſtulat à filio pater, æqualitatẽ ſui amoris, ab illo rependi. c Ante omnia autem & ſuper omnia tanquàm filios chariſsimos vos rogo, ac moneo ne cum infidelibus habeatis commercia, aut familiaria conſortia ad participandum infidelitati eorum. d Quid enim cõmune habet iuſtitia, (qua debet eſſe

a Non anguſtiamini in nobis, anguſtiamini autẽ in viſceribus veſtris.

b Eãdẽ autẽ habentes remunerationem (tãquàm filijs dico) dilatamini & vos.

c Nolite iugum ducere cũ infidelibus.

d Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate!

eſſe inſtructi Chriſtiani) cum ini-
quitate, qua pleni ſunt infideles!
a Aut quæ poteſt eſſe ſocietas in-
ter lucẽ & tenebras? Vos autem fi-
lij lucis eſtis: ipſi verò tenebræ. b
Quid conuenit Chriſto cum dia-
bolo! Aut in quo participat fidelis
cum infideli! Et quid conſonat in-
ter templũ Dei (quod vos eſtis) &
idola quæ illi colunt? c Vos enim
eſtis templum Dei viuentis: iuxta
quod in ſcriptura Deus loquitur,
tunc quidẽ ad carnaliter Iudæos
nunc autem ad omnes credentes,
dicens: d Inhabitabo intra eos,
& in medio eorum ambulabo, ad
curam & cuſtodiam eorum: præ-
ſtabo me eis Deum ac patrem, &
ipſi erunt mihi cultu debito ſeruiẽ
tes. e Et quoniam tam ſingulari
vos electione præ cæteris elegit,
idcircò exite de medio infideliũ,
execrantes atque auerſantes om-
nem infidelitatem eorum, & elon-
gamini ab eorum malitijs. f &
non cõmunicaueritis, participaue-
ritis, neque conſenſeritis immun-
ditijs eorũ. g Quod ſi feceritis (di-
cit do-

a Aut q̃ ſocietas lucis ad tenebras! b quæ aut cõuentio Chriſti ad Belial! aut quæ pars fideli cũ infideli! Quis aũt cõſenſus templo Dei cum idolis? c Vos enim eſtis tẽplũ Dei viui, ſicut Deus dicit, d Quoniã inhabitabo in illis, & in ambulabo inter eos, & ero illorũ Deus, & ipſi erũt mihi populus. e Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit dominus. f & immundum ne tetigeritis: g & ego recipiã vos et ero vobis in patrẽ, et vos eritis mihi in filios & filias, dicit domi-nus omnipotens.

cit dominus)ego vos mihi adoptabo,méque exhibebo vobis patrē, & vos habebo vt filios & filias, quod maximi eſt proculdubiò honoris & gloriæ.

TEXTVS Cap. VII.

a Has ergo habētes promiſsiones chariſsimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus,

b perficientes ſanctificationem in timore Dei.

c Capite nos. Neminē læſimus, neminē corrupimus, neminem circunuenimus.

Elucidatio CAP. VII.

Tales ergo ac tātas promiſſiones nobis à Deo tā dignāter factas, cùm acceperimus, & iā ſpe(certi de effectu) teneamus, fratres chariſsimi, curandū eſt nobis: vt ab omni eo quod vel corpus vel mentem cōmaculare poteſt, emundemus noſipſos, b in puro ac ſancto timore Dei perfectā nobis ſpiritus noſtri ſanctitatem cōparare nitentes, nō contenti apud homines iuſti tantùm ac ſancti videri, quemadmodū pſeudoapoſtoli faciunt, quibus ſufficit iuxta exterioris conuerſationis apparentiā, qualemcunque ſanctitatē ſecundùm corpus prætendere. c Suſcipite intra animū veſtrū, quæ dicturi ſumus. Ecce nemini nocumentum intulimus, neminem peruertimus, aut ſeduximus, neminem etiā fraudauimus: quæ forſitā ab alijs perpeſsi

peſsi eſtis, qui vobis & nocumenti, plurimũ intulerũt, & adulterata doctrina vos adniſi ſunt corrũpere, & ſuis blãdimẽtis, veſtra vobis temporalia fraudulenter abſtulerunt. a Nõ autẽ iſta vobis dico ad veſtrã cõdemnationẽ, quaſi de vobis deſperans, ac volens vos tanquàm deſperatos abijcere à cura noſtra. b Nã ante diximus, tãta vos charitatis latitudine à nobis diligi, tã támque & curã & ſolicitudinẽ nos pro vobis gerere, vt vobiſcũ & pro vobis mori & viuere parati ſimus. c Neque fieri poteſt vt de vobis propter pſeudoapoſtolorum fraudes deſperem qui multam inſuper habeo de vobis, & in vobis fiduciam, multùm etiam ac ſæpe apud alios de vobis glorior. d Ecce enim iam plenus ſum cõſolatione, & amplius nunc abundo gaudio in omni tribulatione, quàm ante affligebar. e Et primũ quidẽ de põdere tribulatiõis noſtræ, de qua loquimur illud ſcitote quod cùm in Macedoniam veniſſemus, cõtinuũ ibi laborem, & tribulationes paſſa

a Non ad condemnationẽ veſtrã dico.

b Prædiximus enim, quòd in cordibus noſtris eſtis, ad commoriẽdum & conuiuendum.

c multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis.

d Repletus ſum cõſolatiõe, ſuperabũdo gaudio, in omni tribulatiõe noſtra.

e Nam & cùm veniſſemus in Macedoniam, nullam requiẽ habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſsi ſumus.

a Foris pugna, intus tumores.
b Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos, Deus in aduentu Titi.
c Non ſolùm autem in aduentu eius, ſed etiã in conſolatione qua conſolatus eſt in vobis referens nobis veſtrum deſyderiũ, veſtrum fletũ, veſtram æmulationẽ pro me, ita vt magis gauderem:
d Quoniam & ſi contriſtaui vos in epiſtola nõ me pœnitet.
e Et ſi pœniteret videns quòd epiſtola illa, & ſi ad horam vos contriſtauit, nunc gaudeo,

paſſa eſt caro noſtra, omni ex parte. a Nã extrinſecus quidem, ſeditionibus & varijs afflictiõibus oppugnabamur. Intrinſecus autẽ, timore periculorum, tam ex noſtra quàm diſcipulorum parte vexabamur. b Sed qui in afflictionibus poſitos conſolari ſemper ſolet, nẽpe Deus, ipſe nos eſt cõſolatus per aduẽtum Titi coadiutoris noſtri. c Nõ ſolùm autem per ipſius aduentũ, ſed etiã per conſolationem illam, qua ſe narrauit à vobis conſolatum: dũ mihi retulit veſtrũ deſyderiũ æmendandi quæ arguerã veſtrũ pro peccatis fletũ, & feruentem zelũ veſtrũ, quo pro meo agebatis honore cõtra pſeudoapoſtolorũ fautores, ita vt ex hac cauſa, magis etiã gauderem: d Quoniã & ſi vos contriſtaui in priore epiſtola nõ me pœnitet. e Et ſi pœnitentiæ forſitan nonnihil potuiſſet incutere, quòd nimis duram increpationem ſcripſiſſem: tamẽ nũc gaudeo de ea, nec me quicquã pœnitet, vidẽs quòd epiſtola illa & ſi ad tẽpus vobis triſtitiam incuſsit,

profe-

profeciſtis tñ ex ea. a Non quòd gaudeam de veſtra triſtitia, qui vobis optem ſempiternum gaudium: ſed quia per huius triſtitiæ amaritudinem, deueniſtis ad ſalutarem delictorũ veſtrorum pœnitẽtiam. b Contriſtati enim eſtis, bona & ſancta triſtitia, quæ ſecũdùm Deũ eſt: ita vt nullum damnũ ex vobis & noſtra illa increpatione paſsi ſitis, qui inſuper & profeciſtis ex nobis. c Nam talis illa quę ſecũdùm Deum eſt ſancta triſtitia, operatur in homine pœnitentiam ad ſalutẽ firmam, ſolidam, atque ſempiternam. d Cùm ſæcularis triſtitia ex aduerſo morti reddat obnoxios, quæ frequenter homines, in odiũ vel inuidiã, vel in deſperationem ſolet adducere. Vnde conſtat, vos ex nobis non ſolùm nullum detrimentum accepiſſe, ex eo quòd vos contriſtauimus, ſed inſuper maximum etiã fructum & commodũ. e Ecce enim hęc ipſa triſtitia, qua ſecundùm Deum vos contriſtaui, magnam operata eſt in vobis ſolicitudinem, ad emendandum errata: Imò

a non quia cõtriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.

b Cõtriſtati enim eſtis ſecũdùm Deũ vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

c Quæ enim ſecũdùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiã in ſalutem ſtabilẽ operatur.

d Sæculi autẽ triſtitia, mortem operatur.

e Ecce enim hoc ipſum ſecundùm Deum contriſtari vos, quantũ in vobis operatur ſolicitudinẽ, ſed defenſionem.

ta:Imò etiã defenſionẽ, pro nobis contra Pſeudoapoſtolos. a Imò indignationem ardentem propter admiſſum peccatum, & aduerſus ſeductores illos per quos fuiſtis in peccata adducti: b imò timorem ne rurſum aliquando incideritis: imò deſyderiũ melioris vitæ: imò ſtudium æmulandi bona & mala cautius declinandi. c Poſtremò, etiam vltionem & vindictam, triſtitia illa eſt operata: quando voſipſi peccatum quod in vobis erat, debita punitiõe vindicaſtis, fornicarium illum è veſtro cõſortio ſegregantes, atque alia ſimiliter de quibus argueram emendantes.

a ſed indignationem,

b ſed timorẽ, ſed deſyderium, ſed æmulationem,

c ſed vindictam.

d Quid multa: Teſtimonium vobis perhibeo, quòd quantùm ad hanc rem pertinet, per omnia ſynceritet & integrè egeritis, iuxta voluntatem & deſyderium meum.

d In omnibus exhibuiſtis vos incõtamminatos eſſe negotio.

e Igitur, & ſi ſcripſi acrius vobis per epiſtolã, non id modò feci propter illũ qui fecerat fornicationẽ in vxorem patris, aut iniuriã proximo ſuo in iudicio. neque item ſolùm propter eum qui patitur iniuriam,

e Igitur & ſi ſcripſi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui paſſus eſt:

riã, oppreſſus ab alio. a Sed etiã ob hoc, vt manifeſtum fieret omnibus vobis, quantam pro vobis gero, etiam abſens ſolicitudinem, coram Deo in veritate. b Quia verò ſic nos accipitis in charitate, queadmodũ & ſcripſimus: in hoc, ex vobis conſolationem nõ paruã accepimus. c Cõſolatio autẽ hęc noſtra amplius nos lætificauit propter Titi gaudiũ, quo illum affeciſtis: quoniam (vt eò narrante didici) ab omnibus vobis ſpiritus refectionẽ & cõſolationẽ accepit, propter humanitatẽ veſtrã, quam illi exhibuiſtis, amore noſtri. d Et iam ipſe experientia cognouit, nõ vanè me gloriari ſolitũ, atq; ita ego nõ ſum cõfuſus: ſed queadmodũ ad vos ſemper ſermo noſter verus & firmus fuit, ita & gloriatio qua corã Tito ſumus ſubinde gloriati, nunc vera & nõ vana fuiſſe, cõprobatur: e & idcircò nũc ex viſceribus ardẽtius vos amat, cùm expertã in ſe recordatur veſtrũ omniũ obediẽtiã, quam illi meo nomine præſtitiſtis, & quemadmodũ illum

a ſed ad manifeſtandam ſolicitudinem noſtrã quã habemus pro vobis coram Deo:

b Ideò conſolati ſumus.

c In conſolatione autem noſtra, abũdantius magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus eius, ab omnibus vobis.

d Et ſi quid apud illũ de vobis gloriatus ſum, nõ ſum confuſus: ſed ſicut oĩa vobis in veritate locuti ſumus: ita & gloriatio noſtra quæ fuit apud Titũ, veritas facta eſt:

e & viſcera eius abũdantius in vobis ſunt, reminiſcentis omniũ veſtrum obedientiã

quomodo cum timore & tremore excepiſtis illum.

a Gaudeo quod in omnibus cõfido in vobis.

illum excepiſtis cum omni timore & reuerentia, omnem illi humanitatem impendentes. a. Gaudeo, quòd per omnia ſic libere poſſum in vobis confidere, tam præſens, quàm abſens & mea erga vos con fidentiam non ſinitis confundi.

TEXTVS. *Elucidatio.* CAP. VIII.

Cap. VIII.

a Notam autẽ facimus vobis fratres, gratiã Dei, quæ data eſt in eccleſijs Macedoniæ.

b & quod in multo experimento tribulationis, abundãtia gaudij ipſorum fuit:

c & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum:

Na Otam autem facimus vobis fratres gratiam Dei. quã contulit eccleſijs Macedoniæ: Hoc eſt patientiam magnã, & miram liberalitatem ac miſericordiã, quã ipſi præ cæteris eccleſijs demonſtrant. b Et quòd cum granibus tribulatiõibus probati fuiſſent, nõ modò patiẽter ac ſine murmurationibus, verũetiã cũ gaudio abũdãti, illas ſuſtinuerũt pro Chriſto. c Et ſumma eorum paupertas, in qua exiſtũt, propterea quòd à ſuis contribulibus paſsi ſint rapinam bonorum ſuorum, non eos minus fecit ſecundùm Deũ liberales: imò quo amplius pauperes facti ſunt, eo amplius diuites ſe reputant in ſimplicitate cordis ſui, parati etiã alijs, quæ adhuc ſupſunt erogare.

Nam

a Nam teſtimoniũ illis perhibeo, quòd iuxta facultatem ſuam, imò ſupra vires tenuium facultatũ ſuarum, voluntarios ſe exhibuerunt, ad præſtãdum eleemoſynam pauperibus in Hieruſalem: b multũ nos exhortantes, imò rogantes, vt dignaremur eleemoſynam ab eis vltro oblatã acceptare, licerétque eis, per adminiſtrationem ſuorum bonorũ, communicare ſanctorum neceſsitatibus: etiã ſi id minus exigeremus, propter nimiam ipſorũ paupertatem. c Et non modò, ſicut credebamus, paululùm quid contulerũt, ſed multò amplius obtulerunt ſeipſos, primùm domino, cùm pro eo gaudenter tribulationes paſsi ſunt: d deinde etiã nobis iuxta voluntatẽ Dei tam promptam nobis per omnia obedientiam ex animo præſtantes, vt etiã amplius quàm peteremus, aut ſperaremus, volũtarios inueniremus. Denique, tam ardenter iſti in negotio hoc egerunt, vt horum exẽplo & promptiſsima voluntate incitatus, nõ vltra continere me po-

a quia ſecundùm virtutem (teſtimonium illis reddo) & ſupra virtutẽ volũtarij fuerũt, b cum multa exhortatione obſecrantes nos, gratiã & communicationem miniſterij qđ fit in ſanctos,

c Et non ſicut ſperauimus, ſed ſemetipſos dederunt primùm domino,

d deinde nobis per voluntatem Dei,

tuerim quin vobis multò ditioribus & potentioribus, eandem gratiam proponerem. a Atque ita factum eſt, vt Titum fratrē noſtrū̄ rogauerim, vt poſtquàm Macedones vidit tam prompto animo ſe ſuáque omnia obtuliſſe, etiā apud vos hoc ageret ſolicitè: b vt quēadmodum nuper ad promptitudinem animi & propoſitum volūtatis vos adduxit, ita nūc ipſe ad vos pergens perficiat, & in operis effectum deducat, etiam gratiā & miſericordiam iſtam. c Vos verò, ſicut in oībus ſpiritualibus bonis diuites eſtis & abundatis, nempe in fide, in ſpe, & verbo Dei, in ſolicitudine omnimoda, & charitate præcipua, qua eſtis vos erga nos affecti, vt ſic etiam hac in gratia, & in hoc ſpirituali bono eleemoſynæ abūdetis, liberaliter ac diuiter, iuxta veſtrā facultatē, impartientes, d Non autem hæc per imperium dicimus, tanquàm vobis præceptū dantes, aut quaſi vos cogere volētes: e ſed per aliorum egregia exēpla, veſtrum animū naturali quadam

a Ita vt rogaremus Titum:

b vt quēadmodū cœpit, ita & perficiat in vobis etiā gratiam iſtam.

c Sed ſicut in omnibus abundatis, fide, & ſermone, et ſcientia, & omni ſolicitudine, inſuper & charitate veſtra in nos vt in hac gratia abundetis.

d Non quaſi imperans dico,

e ſed per aliorum ſolicitudinē, etiam veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans.

dam bonitate & ingenuitate præditum, ſolicitè comprobando atque extimulando, prouocamus. Ingenuus enim animus, ſolet melius aliorum exemplis propoſitis, quàm imperio aut coactione ſuaderi. Alioqui ipſa Chriſti miſericordia quam nobis prior impendit, ad liberalitatem & miſericordiam meritò vos prouocare debet. a Scitis enim per fidem edocti, miſericordiā vobis à Deo exhibitam, qui cùm eſſet nullius indigens in ſemetipſo perfectè beatus, propter nos tamen homo egenus factus eſt, vt per ſuam inopiā aſſumptam, vos ad æternas diuitias trāsferret. b Et omnino hac in re vobis conſulo, nō mihi. Nam hoc vobis vtile eſt, qui non ſolùm facere cœpiſtis ab anno priore (qn̄ collectas cœpiſtis) ſed etiā ex animo velle, propter amorē Dei: quod maius eſt quàm ſimpliciter facere. c Nunc verò fratres conſummate bonum veſtrū, quod tūc cœpiſtis, propoſitum, vt quemadmodū animus prōptus eſt in vobis ad

a Scitis enim gratiā domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis.

b Et conſilium in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt, quī non ſolùm facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore

c Nunc verò, & facto perficite, vt quemadmodū prōptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo, quòd habetis.

volēdum,nunc item promptus ſit ad perficiendum,ſecundùm id qđ quiſque habet,& ſecundùm rei familiaris proportionem. a Voluntas enim prompta,Deo eſt grata,ſi iuxta ſuam facultatem perficiat. b Non autem exigitur,vt id quod non habes,vel ſupra quod habes, & ſupra tuam facultatem eroges alijs. c Nō id exigo à vobis neque Deus ipſe,vt tantum conferatis in alios,vt ipſi neceſſitatem patiamini,& alij ex veſtris lautius viuant: d ſed cupimus quādam inter pauperes & diuites fieri æqualitatem, ita vt diuites de abundantia temporalium ſuorum ſubueniant pauperibus egentibus, e vt & ipſi viciſſim diuites,pauperum ſint abundantiæ participes,vt quod minus ipſi poſſunt,ſæcularibus impliciti,id pauperum abūdantia ſuppleat pro eis,ante Deum. f Scriptum eſt aūt tale quid de æqualitate,in Exodo:Qui multū collegiſſet cœleſtis mannę,nihil amplius habuiſſe eū vltra menſurā,& qui paululū collegiſſe videbat̄,non minus habuiſ-

a Si enim voluntas prōpta eſt,ſecūdùm id quod habet,accepta eſt: b non ſecundùm id qđ non habet.

c Non enim vt alijs ſit remiſſio,vobis aūt tribulatio: d ſed ex æqualitate,in præſenti tēpore,veſtra abūdantia,illorū inopiam ſuppleat, e vt & illorū abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum: f vt fiat æqualitas,ſicut ſcriptum eſt: Qui multum non abundauit: & qui modicum non minorauit.

habuiſſe, eo qui multũ collegerat. In æqualem enim mẽſurã gomor, omnes conueniebant. a Gratias autem ago Deo, qui Titum fecit animo promptum ad hanc iuſsionem noſtrã, qui & dedit eandem ſolicitudinem in corde & propoſito Titi pro vobis, etiã priuſquàm nos ei quicquàm proponeremus. b Quoniam exhortationẽ quidẽ noſtram omni alacritate ſuſcepit, cùm illi de hac colligenda in vobis eleemoſyna primùm proponeremus c Sed cùm ſolicitior eſſet, etiam me nõ hortante, promptiſsima voluntate ſua, nullo indigens ſtimulo, vltro ad vos profectus eſt. d Miſimus autẽ cum illo fratrem noſtrum, qui Euãgelio, ſiue prædicando, ſiue cõſcribendo, in omnibus eccleſijs, laudem ſibi magnam comparauit. e Non ſolùm autẽ, ſed etiam comes noſter eſt ipſe dignus iudicatus ab eccleſijs, in peregrinatione noſtra, f ad hanc gratiã largitionis & eleemoſynæ (cuius nos colligẽdo miniſtri ſumus) & veſtram voluntatẽ vltroneã, ac

a Gratias autem ago Deo, qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis in corde Titi.

b quoniã exhortationem quidem ſuſcepit:

c ſed cùm ſolicitior eſſet ſua voluntate profectus eſt ad vos.

d Miſimus autem cum illo fratrẽ noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio *per oẽs eccleſias.*

e Non *ſolùm aũt ſed & ordinatus eſt ab eccleſijs comes peregrinationis noſtræ.*

f in hãc gratiam quæ miniſtratur à nobis ad domini gloriã, & deſtinatam voluntatẽ noſtram.

a deuitantes hoc, ne quis nos vitupe ret in hac plenitu dine, quæ mini-ſtratur a nobis in domini gloriam.
b Prouidemus e-nim bona, non ſo-lùm corã Deo, ſed etiam corã homi-nibus.

c Miſimus autem cum illis & fratrẽ noſtrum, quẽ pro-bauimus in mul-tis ſæpe ſolicitum eſſe, nũc autẽ mul tò ſolicitiorem, cõ-fidentia multa in vos,
d ſiue p̃ Tito, qui eſt ſocius meus, et in vobis adiutor, ſiue fratres noſtri, Apoſtoli eccleſia-rũ gloriæ Chriſti.

per ſe paratam, atque propenſam
opere implendã, per noſtrum mini
ſterium. a Miſimus, inquã, tales
ad vos, & tantos legatos, ne quis
poſsit ex hoc miniſterio accipere
occaſionẽ vituperandi nos in hac
adminiſtratione, quæ de ſe plena
eſt, perfecta atque irreprehenſibi-
lis. b Curamus enim, non ſolùm
vt bona ſint apud Deum opera no
ſtra, ſed etiã omnibus hominibus,
(quatùm fieri poteſt ex nobis) pro
bata appareãt: vt ſicut verbo prę-
dicamus, ita luceamus & exemplo.
c Miſimus inſuper cum illis & Ter
tium fratrem alium, quẽ in multis
ſæpe diligentem probauimus: nũc
autẽ etiam amplius ſolicitum cópe
rimus, in hoc negotio obeũdo. Mi-
ſimus, inquam, ob multã confiden
tiam, quam in vobis habemus nõ
dubitantes quin illos, vt dignũ eſt,
ſitis excepturi: d Siue pro Tito,
eo quòd ipſe ſit ſocius meus, & in
vobis coadiutor: ſiue pro cæteris
duobus fratribus, qui ſunt Apo-
ſtoli à nobis ſæpius miſsi tãquàm
legati, ad varias eccleſias, quæ ad
glo-

gloriam Chriſti ſunt congregatæ. a Oſtendite ergo charitatem veſtram erga nos,& quòd rectè gloriati fuerimus pro vobis,corã illis & erga illos tantos Apoſtolos, in conſpectu omnium eccleſiarum. Quod enim illis impeditis humanitatis,in conſpectu omniũ eccleſiarum ipſi proferent in exemplũ, ad quas fuerint per nos tanquàm legati in poſterum mittendi.

Elucidatio CAP. IX.

Da E his igitur ſolicitius vobis perſcribimus, quoniam de eleemoſyna quæ ſanctis adminiſtratur certum habemus, ex vos prompto eſſe animo: Ita vt ſuperfluum iudicemus vobis hęc inculcare. b Quã animi veſtri prõptitudinẽ,apud Philippẽſes ſubinde cum gloria recito,atque ita, veſtri exempli æmulatione,plurimi ſunt apud eos ad ſimilia prouocati. c Nũc aũt voluimus præmittere fratres iſtos,vt gloria noſtra nõ cõprobetẽ falſa,aut vana fuiſſe, quo ad hãc rẽ: vt(quẽadmodũ præmonui)ſitis parati ante meũ aduẽtũ.

a Oſtenſionẽ ergo quæ eſt charitatis veſtræ & noſtræ gloriæ pro vobis in illos oſtendite in facie eccleſiarum.

TEXTVS
Cap. IX.

a Nam de miniſterio quod fit in ſanctos ex abundãti eſt mihi ſcribere vobis.

b Scio enim promptũ animũ veſtrũ, pro quo glorior de vobis apud Macedones, quoniã & Achaia parata eſt ab anno præterito & veſtra æmulatio, prouocauit plurimos.

c Miſimus aũt fratres, vt ne qđ gloriamur de vobis, euacuetẽ in hac pte vt (quẽadmodum dixi) parati ſitis:

a Ne cũ venerint Macedones mecũ, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos, b vt nõ dicamus vos, in hac ſubſtã tia.

c Neceſſariũ ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniãt ad vos, & præparent repromiſſã benedictionem hanc paratã eſſe, ſic quaſi benedictionẽ, non tanquàm auaritiam.

d Hoc autẽ dico, qui parcè ſeminat parcè & metet:

e & qui ſeminat in bñdictionibus, de benedictionibus & metet.

f Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex ne

a Ne ſi Macedones in meo comitatu, ad me deducendum, mecum venerint & vos inuenerint adhuc imparatos, cõfundamur corã eis, quaſi qui vanè fuerimus apud eos de vobis gloriati: b vt non dicã veſtram magis illam futurã confuſionem in hac parte: quippe qui, vt propoſuiſtis & cœpiſtis, nõ perfeceritis gratiam iſtã: c propter quod ego iudicaui neceſſariũ, rogare fratres: vt ante me accedẽtes, repromiſſam eleemoſynã colligãt, vt ſit parata, ſic vt videatur liberaliter donata eleemoſyna, non pecunia propter auaritiam extorta. d Hoc tamen vnum moneo: Qui cum auaritia tenuiter, nec ſatis abundanter iuxta ſuam facultatem erogando, ſeminauerit, mercedem operi proportionatã ſumet ac metet. e Qui autem liberaliter in ſimplicitate cordis, erogauerit abundanter, abundantẽ metet ille mercedẽ. f ¶Dabit aũt vnuſquiſque, prout ex propria animi volũtate deliberauerit donandũ, nulla omnino neceſsitate coactus & ſine triſti-

triſtitia. a Quoniam Deus diligit eum, qui læta liberalitate donat quæ donat. Nihil autẽ metuẽdũ, ne poſtmodũ ipſi egeatis, cùm alijs erogaueritis, aut minus habeatis, ad faciendum de cæterò miſericordiam. b Potẽs eſt enim Deus facere, vt omnia bona corporis & animæ abũdẽt in vobis: ita vt ſemper habentes omnis boni ſufficiẽtiam, multiplicemini in operibus bonis: ita vt præter erogationẽ veſtrarum facultatum, nõ deficiant vnquàm vobis opera iuſtitiæ, ſed quæ ſemel ſunt ſeminata, permanebũt in ęternum coram domino. c Iuxta ſcripturam, quæ virũ beatum & iuſtum deſcribens, dicit illũ varijs diſtribuiſſe pauperibus facultates ſuas: quibus tamen diſperſis, non diſpergit, neque perit ipſa eius iuſtitia. d Sed permanet in æternum ante dominum, qui iuſtitiæ illius nunquàm obliuiſcetur, & à quo pro illa tẽporali ſeminatione, accipiet meſſem ſempiternę retributionis. e Qui aũt omne ſemen dat & ſuppeditat abundè ſeminan-

ceſsitate.

a Hilarem enim datorem, diligit Deus,

b Potens eſt autẽ Deus omnem gratiam abũdare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habẽtes, abũdetis in omne opus bonum,

c ſicut ſcriptũ eſt: Diſperſit dedit pauperibus:

d Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi:

e Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, et panẽ ad manducandũ præſtabit:

minãtibus(ex quo omne nutrimẽtum hominibus procedit)nihil dubium quin ſuis ſeruis,etiã id quod minus eſt dabit, nempe panem ad manducandum,id eſt victus vitęque neceſſaria.

a & multiplicabit ſemen veſtrũ,

a Atque etiã multiplicabit ſemen veſtrũ(animi videlicet promptitudinẽ,& quãtùm nouit expedire facultatẽ exteriorem,in quibus homo iuſtus benefaciendo proximis ſeminat)

b & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ,

b & augebit creſcentes fruges iuſtitiæ veſtræ, faciens vos abundare in operibus bonis:

c vt in omnibus locupletati abundetis in omnẽ ſimplicitatem, quæ operat per nos gratiarũ actionẽ deo.

c ita vt in omnibus copioſè ditati,ſpiritualibus ac temporalibus quantùm Dominus nouit expedire,abundare poſsitis in perfectam ſimplicis miſericordiæ liberalitatem: quæ hoc efficit per noſtrum miniſterium , vt gratiæ agantur Deo ab ijs qui ex ea eleemoſynam & ſuſtentationẽ refocillationémque accipiunt. Propter quod multũ eſt deſyderanda, & libẽti animo facienda,hæc eleemoſynæ gratia.

d Quoniam miniſterium huius officij,non ſolùm ſupplet ea quæ deſũt ſanctis,ſed etiam abundat per multas gratiarũ actiones in domino,

d Quoniã hæc noſtra adminiſtratio, non ſolùm ſuccurrit ſanctorũ neceſsitatibus quan-

(quāquàm & hoc ſolū,per ſe multùm ſit appetendū) ſed qđ maius eſt,etiam per multas gratiarum actiones abūdat,in domini gloriā. a dum & nos per operis effectum ꝓbat in hoc miniſterio cognoſcimur, & ipſi qui eleemoſynā accipiunt de obediētia iſta perfecta veſtræ confeſsionis Chriſtianæ,qua Chriſti Euangeliū opere magis q̄ ore cōprobatis,Deum glorificant, b & in liberali illa cōicatione veſtra qua impartimini pauperibus ſanctis, ſiue ipſis,ſiue alijs quibuſcūque pauperibus. c Glorificat autem Deus in oratione, quā ipſi pro vobis faciūt, d dum vos deſyderant,ſeu vìdere,ſeu in Deum trahere ac promouere, ſociòſque habere,propter eminentem gratiā Dei,quam ſentiunt eſſe in vobis. e Gratias ago Deo ſuper inerrabili dono eius,ꝙ communioni dedit filium,in charitate iſta: quæ & vobis illam dat animi promptam liberalitatem,& ipſis talē erga vos charitatis affectionem,& fraternā in ſpiritu dilectionem.

a per probationē miniſterij huius glorificantes Deū in obediantia confeſsionis veſtræ,in Euangelio Chriſti,

b & ſimplicitate cōmunicationis veſtræ in illo & in omnes,

c & in ipſorū obſecratione pro vobis.

d deſyderantium vos propter eminētem gratiam Dei in vobis.

e Gratias ago deo ſuper inerrabili dono eius.

Elu-

TEXTVS	Elucidatio CAP. X.
Cap. X. *a Ipſe autem ego Paulus, obſecro vos, per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidē humilis ſum īter vos, abſens autem confido in vobis.* *b Rogo autē vos ne præſens audeā per eam confidentiam, qua exiſtimor audere, ī quoſdam qui arbitrantur nos tanquàm ſecundùm carnem ambulemus.* *c In carne enim ambulantes, nō ſecundùm carnem militamus,*	Ia Pſe autē ego Paulus, qui ſum præceptor pater & miniſter veſter in Euangelio, oro vos per mānſuetudinem & benignam modeſtiam Chriſti qui ſum quidem contemptibilis ſecundùm exteriorem hominem, quādo inter vos cōuerſor, prȩſens, abſens autem à vobis, cōfido nihilominus in veſtra obedientia. b Rogo (inquā) ſic vos nunc agere me abſente, vt non cogar quum aduenero: audaciā meā (quæ eſt in poteſtate obiurgandi & puniendi) quæ mihi aſſcribitur & imputatur à calumniatoribus, oſtendere ergà quoſdam, qui nos tanquàm carnales reſpuentes, obedientiam debitam negant. Nos autem, carnales non ſumus. c Vitam enim iſtam quam viuimus in carnis fragilitate viuimus: attamē non vt carnales, ſecundùm carnē cōuerſamur neque in negotio Euangelij carnalibus armis (hoc eſt carnali eloquentia vel ſapientia) vtimur: quomodo Pſeudoapoſtoli faciūt, quorū omnia arma carnalia ſunt

ſunt. a Arma verò militiæ noſtræ, quibus aduerſus infidelitatē pro Chriſti Euangelio depugnamus & decertamus, non carnalia ſunt, vtpote eloquentia aut ſapientia carnalis. b ſed ſpiritualia valida admodū ex virtute Dei, & ad gloriam eius, quibus deſtruere poſſumus impedimenta omnia & obſtacula fidei: c Idque, dum diſsipamus ſapiētiam carnaliter ſapiētum & dæmonum, imò & omnem in eminentia, ſiue eruditionis ſiue poteſtatis humanæ conſtitutū, efferentem ſe aduerſus fidem Dei, vt eam extirpet. Armis ſiquidem noſtris iſtis, & reges & tyrannos, & ſapientes ſæculi deſtruimus & vincimus: d dum inſuper omnē intelligentiam ſublimium, potentum ac ſapiētium ſæculi, noſtris his armis ſubiugare ſeruitio Chriſti valemus: vt qui prius erāt vanitatibus dediti, in Chriſtum contumelioſi, conuerſi omnem vim mentis ſuæ in Dei obſequiū impendant; e dū inſuper poteſtatē habemus, quantotius puniendi omnes qui nobis ſunt

a Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt,

b ſed potētia Deo, *ad deſtructionem munitionum,*

c conſilia deſtruētes, & omnem altitudinem extollēte ſe aduerſus ſciētiam Dei,

d & in captiuitatem redigentes omnem intellectū in obſequiū Chri*ſti.*

e & in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam,

ſunt inobedientes. Quemadmodū & Petrus & Saphyram & Ananiā, propter inobedientiam vltus eſt, & à me olim Elymas magus reſiſtens fidei, percuſſus eſt cæcitate: a Si modò communis veſtra impleatur erga nos obediētia, ne inueniamini participes eorum inobedientiæ: atque ita eadem vos pariter pœna inuoluat cū inobedientibus, quos ſi nōdum correctos inuenero ſum puniturus. b Ecce quæ in apertò ſunt & manifeſta cōſyderate, & ſecundùm veritatē iudicate. c Si quis ex pſeudoapoſtolis de hoc ſe iactitet quòd Chriſti miniſter ſit: nouerit ille, quòd ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos nihilominus ſumus. d Imò verò & ſi maius aliquid gloriando fuero elócutus, de poteſtate illa vel apoſtolica authoritate, quā dominus mihi dedit, vt vtar ea ad veſtrum profectum, nō ad deſtructionem vel ſcādalum cuiuſquàm, non erubeſcā, quaſi mendax, veritatem enim dicam. Taceo tamen, & ſuperſedeo. e Vt autem non acquieſcatis calumniā-

a cùm impleta fuerit veſtra obediētia.

b Quæ ſecundùm faciē ſunt, videte.

c Si quis confidit Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterū apud ſe: quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos.

d Nā & ſi amplius aliquid gloriatus fuero, de poteſtate noſtra quā dedit nobis dominus in ædificationem: & non in deſtructionē veſtrā non erubeſcam.

e Vt autem non exiſtimet tanquā terrere vos per epiſtolas.

lumniantibus me,neque de me habearis opinionē peruerſam, quaſi is ſim, qui ad meam oſtentationē vos velit per epiſtolas terrere. a quoniam &(vt ipſi aiunt,epiſtolæ quas abſens mitto, duræ admodum & acres ſecundùm correptionem exiſtunt: Ipſe autem præſens (vt aiunt)totus ſum vilis,& ſermo meus rudis & cōtēptibilis: b hoc ſcire volo quemlibet eorū, qui nos ſic calumniantur,quod quales nos oſtendimus in epiſtolis abſentes, tales per omnia ſumus in conuerſatione noſtra præſentes: ſi in literis graues, etiam in conuerſatione & præſentia corporali: & ſi in præſentia humiles, ſic & in literis. c Non enim audemus nec volumus,nos in numerū reputare quorundam,aut etiam eis aſsimilari, qui ſeipſos ſupra qđ in ſe eſt,cōmēdant & iactāt: d ſed mēnſurā ponimus noſtræ gloriatiōi, ſecūdùm ea quę intra noſmetipſos ſunt, ſic noſipſos nobiſipſis coæquātes, vt nō nobis plus videamur, quàm ſimus in nobiſipſis. e Nos autem

a Quoniā quidē epiſtolæ inquiunt, graues ſunt & fortes, præſentia autē corporis infirma & ſermo contemptibilis.

b hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes tales & præſentes in facto.

c Non enim audemus inſerere, aut cōparare nos quibuſdam, qui ſe ipſos cōmendant,

d ſed ipſi in nobis noſmetipſos metiētes, & comparantes noſmetipſos nobis.

e Nos autē in non immenſum gloriabimur,

non gloriabimur ſine termino, de
ijs quæ extra mentē noſtram ſunt,
quemadmodū Pſeudoapoſtoli fa-
ciunt, qui gloriantur in alienis la-
boribus: a ſed secūdùm metam
& regulam noſtram, quam conſti-
tuit nobis Deus. Quæ menſura no
ſtra, etiam vos includit, quoniam
per Euangelium ego vos genui.
b Nam dum in vobis gloriamur,
nō extendimus nos vltra regulam
noſtram, quaſi prædicatione no-
ſtra non peruenerimus, in prædi-
catione Euangelij: non glориantes
extra menſuram noſtram in alie-
nis, ſed in noſtris laboribus. c Imò
verò ſpē ſumus habentes, cauſa fi
dei veſtræ, quę indies creſcit & cre
ſcet, vt etiam amplius & copioſius
quàm hactenus, in veſtro profectū
glorificemur abūdanter, ſecūdùm
mēſurā noſtrā: quoniā gloria præ
ceptoris creſcit, cum profectu diſci
pulorū. d Ob hoc inquam, ſpem
ſumus habentes, quū vos in fide ſa
tis roborati fueritis: etiā in vlterio
ribus regiōibus (vbi Chriſtus nō-
dum prædicatus eſt) Euangelium
annū-

a ſecundùm menſurā regulæ, qua menſus eſt nobis Deus, menſuram pertingendi vſq; ad vos.
b Non enim quaſi non pertingētes ad vos ſupextendimus nos. Vſq; ad vos enim peruenimus, in Euāgelio Chriſti, nō ī immēſum glorіantes, in alienis laboribus.
c Spem autem habentes creſcentis fidei veſtræ in vobis magnificari ſecundùm regulam noſtram, in abundantia:
d etiā in illa quæ vltra vos ſunt Euangelizare,

annunciare. a Tantùm abſit vt otioſè,ſicut quidã,velimus gloriari in ijs quæ ſub alterius regula ſunt,& quæ ſunt ab alijs præparata,vel quoquo modo elaborata.

b Quomodocunque autem quis glorietur, etiã ſi de proprijs laboribus, ſemper eſt illud obſeruãdũ: vt qui gloriatur,ſecundùm Deum & non ſecundùm carnem glorietur,neque ad vanitatem,ſed in veritate coram Deo. c Non enim qui ſeipſum iactanter cõmendat, ob hoc exiſtit verè cõmendatus & laude dignus:ſed quem Deus commendatum facit, vel etiam ſignis demonſtrât, is demum verè commendatus, probatus, & laude dignus eſt.

Elucidatio CAP. XI.

O a Ptarẽ ſanè à vobis,in inſipientia gloriãdi paululùm tolerari : imò verò peto & iubeo, vt toleretis me paululùm gloriantem. b Nam zelo qui ſecundùm Deũ eſt, vos ardẽter amo,q zelus nunc corã vobis,cõtra Pſeudoapoſtolos me gloriari cõpellit. c Nec

a non in aliena regula,in his quæ præparata ſunt gloriari.

b Qui autem gloriatur,in domino glorietur.

c Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt,ſed quem Deus commendat.

TEXTVS

Cap. XI.

a Vtinã ſuſtineretis modicùm quid. inſipientiæ meæ, ſed & ſupportate me.

b Aemulor enim vos Dei æmulatione.

c Deſpondi enim vos viro virginẽ caſtam exhibere Chriſto.

mirū, quia ego addixi & copulaui
vos,& coaptaui, ac per ſpiritualē
deſponſationē adiunxi vos vni-
viro Chriſto:ſic vt veſtrā eccleſiā
totā(quantùm in me eſſet) illi ex-
hiberē ſponſo tanquàm virginem
incorruptā,& nullo errore vitiatā.
Non mirū ergo, ſi de vobis zelo
magno ſim ſolicitus, vt incorru-
ptos à Pſeudoapoſtolorum corru-

a Timeo autē,ne ſicut ſerpēns Euā ſeduxit aſtutia ſua, ita corrupātur ſenſus veſtri, & excidat a ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

ptionibus cuſtodiā. a Timeo au
tē ne ſicut ſerpēs Euā ſeduxit aſtu
tia ſua,ita per aſtutos pſeudoapo-
ſtolos corrūpātur intelligentię ve
ſtrę,& ſimplicitatē illā pdāt Chri-
ſtianæ puritatis, quę eſt in Chri-
ſto Ieſu,quū in errorum Labyrin-

b Nā ſi is qui venit aliū Chriſtū prædicat, quē nō prædicauim⁹, aut alium ſpiritum accipitis, quē non accepiſtis, aut aliud Euangelium, quod non accepiſtis, rectè pateremini.

thos vos induxerint. b Quòd ſi
iſti ſuperuenientes Apoſtoli, aliū
vobis prædicarent væiū Chriſtū,
& ſaluatorē veriorē quàm nos prę
dicauimus,ſic vt nos falſum,illi ve
rum:Aut aliū meliorem ſpiritū eo
rum acceperitis miniſterio quàm
per nos:Aut ſi aliud ipſi Euange-
liū verius prædicarent : ſic vt nos
falſum prædicauerimus, illi verū:
ſine dubio non immeritò iſtos po-

tius quàm me,audieritis.Nunc verò nihil ego omiſi,quod ipſi præſtare potuiſſent. a Imò verò exiſtimo me nihil minus vobis in his omnibus præſtitiſſe,quàm magni & principales apoſtoli,ſuis diſcipulis præſtiterunt. b Fateor quidem me ſermone imperitum,vt forſitã maiori eloquẽtia ipſi annunciente eadẽ illa, quæ nos prædicauimus, aut ſua dogmata: ſed ſcientiã Dei mihi puto nõ deeſſe,& eruditatione fidei,ad mei muneris executionẽ abũde inſtructũ. c In omni autẽ cõuerſatione mea & prędicatione, vobis ego ſum manifeſtus, & optimè cognitus: neque opus eſt vt vobis, multa de nobis iactãdo, ſuadeamus.Forſitã verò ea de cauſa minus me amore proſequimini, & alios accipitis,quia à vobis videor alienus,nolẽs à vobis accipere ſtipẽdia. d An hoc peccatũ eſt qđ meipſum humiliaui,apud vos, ꝓprijs manibus victũ quæritãs,& poteſtate mea nõ vtens,in accipiẽdo vitę neceſſaria, vt vos ad fidei ſublimitatẽ perducerẽ? e Quoniã

a Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe,à magnis apoſtolis.

b Nam & ſi imperitus ſermone,

ſed non ſcientia.

c In omnibus autẽ manifeſtus ſum vobis.

d Aut nunquid peccatũ feci meipſum humiliãs, vt vos exaltemini?

e Quoniã gratis Euangelium Dei Euãgeliʒaui vobis.Alias eccleſias expoliaui accipiẽs ſtipendia ad miniſteriũ veſtrũ:

*& cùm eſſem
apud vos, & ege
rē, nulli oneroſus
fui.
b Nā quod mihi
deerat ſuppleue-
rūt fratres qui ve
nerūt à Macedo-
nia: & in omnib⁹
ſine onere me vo-
bis ſeruaui, & ſer
uabo.
c. Eſt veritas chri
ſti in me, quoniā
hæc gloriatio non
infringet in me in
regionib⁹ achaiæ.
Quare! Quia non
diligo vos? Deus
ſcit.
d. Quod aūt fa-
cio, & faciam, vt
amputē occaſionē
eorū qui volūt oc
caſionē, vt in quo
gloriant̄ inueniā
tur ſicut & nos.
e. Nam eiuſmodi
Pſeudoapoſtoli,*

ſine ſtipēdio annūciaui vobis Euā-
geliū Chriſti, ab alijs pauperculis
(velut à Philippenſibus) accipiēs
ſumptus, quibus vobis adminiſtra-
ui Euangeliū. a Imò quū eſſem
præſens apud vos, & egerē: à nullo
veſtrum quicquàm ego poſtulaui,
neque accepi. b Neceſsitatibus
enim meis ſubuenerunt fratres à
Philippis Macedoniæ, & prorſus
vos non grauaui neque in poſterū
grauabo. c Loquor ſecūdùm ve-
ritatem Dei, quod hanc gloriandi
materiā non ſinam infringi in me
neque auferri mihi in regionibus
Achaiæ: Quamobrem! An quia
non diligo vos? Deus nouit quòd
plurimùm vos diligam. d Quod
autē nunc facio, etiā in poſterum
facturus ſum, eo fine, vt præcludā
falſis Apoſtolis, qui inter vos abū-
dāt occaſionē quā quęrūt, ſiue nos
calumniandi, ſiue ſuam auaritiā
complendi: vt in ſua gloriatione
cogantur ſimiles inueniri nobis,
atque ita eorum vel gloriatio vel
auaritia comprimatur. e Nam
eiuſmodi falſi Apoſtoli ſunt ope-
rarij,

rarij doloſi, aſſumentes faciem & apparentiā verorum Apoſtolorū Chriſti, ſimulantes ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, quum nihil ſint minus. a Neque id mirum, quoniā & Satanas ſæpe figurā aſſumit boni angeli, tam ſecundùm exteriores apparitiones, quàm ſecundùm interiores inſpirationes, bonitatem ſimulans. b Mirum ergo non eſt, ſi eius miniſtri transfigurentur, velut veri miniſtri Chriſti, quorum erit merces ſecundùm opera ſua. c Iterùm vos moneo, cuius principio monui, ne quis mihi ad inſipiētiā & iactantiam reputet, gloriam iſtam. d Quòd ſi tandem omnino vobis ſic videatur nec aliud impetrare poſſum, accipite me velut inſipientē tantùm, vt mihi paululùm liceat gloriari. e Quod loqui propono, non ſecundùm Deū erit (quantùm in ſe eſt: licet erit ſecundùm Deum propter charitatis neceſsitatē) ſed ſecundùm apparentiā, quaſi in inſipiētia carnali, quātùm ad hācpartē gloriationis, quę eſt de genere & origine carnis: In

ſunt operarij ſubdoli, tranſſigurātes ſe in apoſtolos Chriſti.

a Et nō mirū, ipſe enim Satanas, tranſſigurat ſe in angelum lucis.

b Nō eſt ergo magnum ſi miniſtri eius trāſſigurentur velut miniſtri iuſtitiæ: quorū finis erit ſecūdùm opera ipſorum.

c Iterum dico, ne quis me putet inſipientem eſſe.

d Alioquin velut inſipientē accipite me, vt & ego modicùm quid glorier.

e Quod loquor, nō loquor ſecundùm Deū ſed quaſi in inſipiētia, in hac ſubſtātia gloriæ.

a Quoniã multi glorientur ſecundùm carnē & ego gloriabor. Libenter enim ſuffertis inſipiẽtes: cũ ſitis ipſi ſapientes.
b Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit ſi quis extollitur, ſi quis ĩ faciē vos cædit.
c ſecundùm ignobilitatē dico quaſi nos infirmi fuerim' in hac parte.
d In quo quis audet (in inſipiẽtia dico) audeo et ego.
e Hebræi ſunt & ego, Iſraëlitæ sũt & ego, Semē abrahæ ſunt & ego.
f Miniſtri Chriſti ſunt, & ego: Vt minus ſapiẽs dico plus ego.
a in laboribus plu

quibus gloriari, omnino videtur etiã prima facie, inſipiẽs. a Quoniã tamen multi in his carnalibus gloriantur, & ego cogor gloriari. Libẽter enim huiuſmodi ſuſcipitis inſipientes & gloriabũdos Apoſtolos, quod eſt tenuioris in vobis ſapiẽtiæ indiciũ. b Suſtinetis enim vos in ſeruitutem redigi, à talibus pſeudoapoſtolis, expoliari & accipi à vobis munera & dominari eos vobis. In extremo affici ab eis probro atque contẽptu. c Contemptim iſta loquor: quaſi verò & nos non valeamus noſtra authoritate ſimiliter expoliare, & in vos imperium agere. d In quo autẽ quis eorũ audet gloriari (tanquàm inſipiens loquor, cũ eis gloriatione contendo) & ego audeo in eodẽ gloriari. e Si ſe Hebræos gloriantur, de hoc & mihi licet gloriari. Nam & ego Hebræus ſum, Si ſe Iſraëlitas iactitant, aut Abrahæ ſemen, in his & mihi licet gloriari. Nam & ego Iſraëlita & ſemẽ Abrahæ ſum. f Si miniſtros ſe Chriſti iactent (licet id videbor tanquàm inſipiẽs

inſipiẽs dicere)tamẽ audacter pro
fiteor,me amplius Chriſti eſſe mi-
niſtrum: a vtpote qui in labori-
bus plurimis, & in carceribus fre-
quentius,in verberibus ſupra mo-
dũ,& in mortis periculis frequẽter
ob Chriſti nomẽ fuerim. b A Iu-
dæis quinquies pœnam hanc per
tuli,vt trigeſies nonies verberibus
cæderer. c Alibi quoque apud
gentes:ſine mẽſura verberum, ter
ſum virgis cæſus, ſemel in Lyca-
onia lapidatus ſum, ter naufragij
pericula ſuſtinui:Noctẽ & diẽ per-
egi, in profundo maris. d Mole-
ſtias itineris,frequẽter ſuſtinui:Sę
pius in periculis fluminũ fui. Nũc
mihi periculũ fuit ex conſanguí-
neis meis Iudæis,aliâs ex Gentili-
bus,vtriſque mihi inſidiãtibus. In
ciuitate & extra ciuitatẽ,in ſolitu-
dinibus, in mari, atque etiã in fi-
ctis & ſimulatis Chriſtianis: e per
multum laborẽ & moleſtiam, per
multas vigilias,per famen & ſitim
obuenientes mihi, per ieiunia vl-
tro aſſumpta ad carnis caſtigatio
nem,in frigore veſtitus tenuitate:

rimis, in carceri-
bus abundantius,
in plagis ſupra
modũ, in morti-
bus frequenter.
b A Iudæis quin-
quies quadrage-
nas, vna minus,
accepi.
c Ter virgis cæſus
ſum,ſemel lapida
tus ſum, ter nau
fragium feci, no-
cte & die in pro-
fundo maris fui.
d In itinerib⁹ ſæ-
pe,periculis flumĩ
nũ,periculis latro
nũ,periculis ex ge
nere,ꝑiculis ex gẽ
tibus, periculis in
ciuitate,ꝑiculis in
ſolitudine,ꝑiculis
in mari,periculis
in falſis fratrib⁹.
e in labore & erũ
na,in vigilijs mul
tis,in fame et ſiti,
in ieiunijs multis,
in frigore & nudi
tate:

a Præter illa quæ extrinſecus ſunt: inſtãtia mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarum.

b Quis infirmatur, & ego non infirmor?

c Quis ſcandalizatur & ego non vror?

d ſi gloriari oportet, quæ infirmitatis ſunt meæ, gloriabor.

e Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſæcula, ſcit quod non mentior.

f Damaſci, Præpoſitus Gentis Aretæ regis cuſtodiebat ciuitatẽ Damaſcenorũ, vt me comprehenderet:

a Exceptis his quæ ſunt extra hęc prædicta, vel quæ extrinſecus obueniunt, quorum grauiſsimum eſt & mirum in modum me angit, id quod mihi quotidie inſtat, & perpetuò incumbit, nēpe omnium eccleſiarum ſolicitudo: quę eſt ſuper omnia, mihi labor maximus. b Nã omnibus factus omnia, cum infirmis infirmor, dum eorum infirmitatem, per cõpaſsionẽ, in meipſum transfero: c & ſi quis ſcandalũ patitur aut corruit, ego vror & affligor, tanquàm in meipſo ſentiẽs, quod patitur alius. d Si tãdẽ gloriari oportet me, neceſsitate charitatis compulſum, gloirabor quidem in his libenter, quæ ſunt humilitatis & contemptus, in quibus maior eſt gloriandi ſecurias. e Deus omnipotẽs pater domini noſtri Ieſu Christi, qui eſt benedictus in ſæcula, ipſe nouit & teſtis eſt, quòd veritatẽ loquor. f Ante annos multos initio cõuerſionis meę is qui in Damaſco erat ab Areta rege conſtitutus Præfectus populi, quæſiuit me comprehendere obſeruans

ſeruans Damaſcenam ciuitatē,ex omni parte: a verùm à fratribus in ſporta demiſſus ſum per feneſtram,itaque euaſi manus eius,ſecundùm gratiā & conſiliū,& protectionem Chriſti,cui in hoc,& in omnibus beneficijs, omnem reddo gloriam.

a & per feneſtrā in ſporta demiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus eius.

Elucidatio CAP. XII.

TA Ametſi nunc mihi neceſsitas incumbit gloriandi, propter pſeudoapoſtolorum falaciā, eſt tamen hoc in ſeſe homini non vtile,vt in magnis glorietur. b Veniam tamen (quandoquidem cogor)ad enarrandas viſiones, quas mihi Deus oſtēdit, & reuelationū intelligētias. c Scio hominē quēdam Chriſto credentem, ante annos quatuordecim,raptū ſecūdùm extaſim,vſque in cœlum empireū, vſqueadeò inſenſibilem factum ſecundùm corpus,vt neſciā an in corpore fuerit, an extra corpus: Deus tamen (qui omnia ſcit) ipſe nouit, quemadmodū cum illo res ſe habeat. d Et huiuſmodi hominem, vſqueadeò inſenſibilem factum

TEXTVS Cap.XII.

a Si gloriari oportet, non expedit quidem.

b veniā autē ad viſiones,& reuelationes domini.

c Scio hominē in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore,ſiue extra corpus neſció, Deus ſcit)raptū huiuſmodivſque ad tertium cœlum.

d Et ſcio huiuſmodi hominē(ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit).

ctum propter extaſim, vt neſciret omnino quid de corpore ageretur an infuerit anima in corpore, an pro eo tẽpore nõ infuerit: Deus eſt qui nouit. a Hũc, inquã, hominẽ, ſcio raptum fuiſſe in iucũdiſsimũ deliciiſque plenum beatitudinis locũ: vbi & accepit, didicítque occulta, & ſecreta miranda myſteria quæ ab homine corporeis vtente ſenſibus explicari non valent, neque cæteris licet enarrari. b Pro huiuſmodi, vel homine vel viſione, gloriabor, ſi talia mihi contingant. c Pro me autẽ, apertè nihil tale glorians recito, niſi tãtùm infirmitates meas, in quibus eſt ſecura gloriatio. d Nam & ſi in altioribus eiuſmodi, voluero gloriari, etiam apertè, non mendaciter deſipiã, ſed veritate ſalua id poſſum agere. e Superſedeo tamẽ multa apertè ac glorioſè recitare, ne quis exiſtimationẽ de me maiorẽ inde ſumat, quàm ex his quæ videt in mea cõuerſatione, aut audit in noſtra prędicatiõe. Mihi enim ſufficit, ſi talẽ me reputetis, qualẽ me et opere,

a quoniã raptus eſt in paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui.

b Pro huiuſmodi gloriabor.

c Pro me autem nihil niſi in infirmitatibus meis.

d Nam etſi voluero gloriari, nõ ero inſipiens, veritatem enim dicam.

e Parco autẽ, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me.

opere,& ſermone,& virtute cōſpicitis. De cęteris, nolo haberi glorioſior, quę ſingulari priuilegio, Deus mihi donauit. a Et ne ſublimitas taliū reuelationū me efferat in ſuperbiam, data eſt mihi tribulatio atque vexatio carnis meæ, quę me affligat, per Satanam excitata.

b Atque idcircò, quia à Satana ſic me ſenſi diuexari, indignum id iudicans, dominū tertiò deliberata voluntate rogaui, vt à me vexationem eiuſmodi auferret. Reſpondit autē mihi dominus. c Gratia mea tibi ſufficiat, per quā reſiſtēs tentationibus,& moleſtiā patienter ferens, coronaberis glorioſius. d Nam ſpiritualis fortitudo, quæ nobis à Deo ineſt, in afflictiōe aut humiliatione, creſcit vſque ad perfectum,& conſeruatur melius, quę in proſperitate ſolet nonnūquàm collabi: aut imminui. e Libenter igitur gloriabor, in afflictionibus meis, vt ſic in me permaneat, atque inhabitet abūdantius, Chriſti virtus, quæ in infirmitate cuſtodi- tur ſecurius. f Propter hoc igitur, placere

a Et ne magnitudo reuelationū extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet.

b Propter quod ter dominū rogaui, vt diſcederet à me, et dixit mihi:

c Sufficit tibi gratia mea.

d Nam virtus in infirmitate perficitur.

e Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.

f Propter qđ placeo mihi in infirmitatibus meis, in cōtumelijs, in neceſsitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs p̄ Chriſto.

placere mihimetipſi volo in afflictiōibus & humiliationibus meis, nempe in contumelijs palā illatis, in perſequutionibus exterioribus, in anguſtijs animi, quas pro Chriſti nomine libens ſuſtineo. a Cùm enim ſecundùm corpus affligor, & contemnor, ſpiritu confortor plus ſolito. b Ecce iam gloriādo longè ac latè, ſecundùm ſpeciē viſus ſum inſipiēs factus. In vos recidit culpa, ad quorū vtilitatē compulit me neceſsitas, vt pro me gloriarer, contra pſeudoapoſtolos, cùm vos magis debuiſſetis aduerſus illos, ꝓ me gloriari. c Nihil enim vobis minus eſt ꝑ me præſtitū, quàm præſtitiſſent quantúmuis magni, ſiue veri, ſiue falſi Apoſtoli. d Tametſi enim ego ex me totus ſim meritò cōtemptibilis, ſigna tamē & teſtimonia, apertè noſtrā Apoſtolicam authoritatē cōteſtantia inter vos, & ſuper vos, ſunt ædita. e Idqúe per omnimodam in tot afflictionibus patientiam, deinde per ſigna & prodigia, & aliâs virtutum potentes admodum operationes.

a Cùm enim infirmor, tunc potēs ſum.

b Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Ego enim à vobis debui commendari.

c Nihil enim minus feci ab his qui ſunt ſupra modū Apoſtoli.

d Tametſi nihil ſum: ſigna tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos.

e in omni patientia in ſignis & ꝓdigijs & virtutibus.

Quid

a Quid enim minus conſequuti eſtis vos per meum miniſterium, quàm cæteræ ſint eccleſiæ conſecutæ? Niſi fortè illud velitis adducere, quòd per me non ſitis grauati. b Hoc ſi culpam ducitis, facilè hanc mihi donabitis iniuriã, quæ cum veſtro eſt emolumento. Ecce hac tertia iã vice paratus ſum venire ad vos & ne nunc quidem alicui ero grauis. c Nõ enim veſtra temporalia bona quæro, per auaritiam, ſed veſtram ſalutem deſydero, per charitatem. Cùm enim pater ſim veſter, ſecundùm ſpiritum, in Euangelio: curandũ eſt mihi, vt vos ditemini ſpiritualibus bonis. Vobis autem hęc erga me cura nõ incumbit. d Non enim filij parẽtibus debẽt theſaurizare, tãquàm ſuis futuris hæredibus: ſed parẽtes filijs, vtpote quos ſunt hæredes habituri. e Ego autem, quoniã patrem me ſcio, omnia libentiſsimè impẽdam, quantùm potero omnia attentans, & omnem laborem aſſumens. Imò & amplius expendam meam ipſius vitam, pro veſtra ſalute.

a Quid eſt enim quod minus habuiſtis, præ cæteris eccleſijs? Niſi quod ego ipſe nõ grauaui vos?

b Donate mihi hanc iniuriã. Ecce tertiò hoc paratus sũ venire ad vos, & non ero grauis vobis.

c Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.

d Nec enim debẽt filij parẽtibus theſaurizare, ſed parentes filijs.

e Ego autem libentiſsimè impendam, & ſuperimpẽdar ego ipſe pro animabus veſtris.

a licet plus vos diligens minus diligar.

b Sed eſto: Ego vos non grauaui, ſed cùm eſſem aſtutus, dolo vos cœpi.

c Nunquid per aliquem eorũ quos miſi ad vos circunueni vos?

d Rogaui Titũ, & miſi cum illo fratrem.

e Nunquid Titus vos circunuenit! nónne eodem ſpiritu ambulauimus! nónne iiſdem veſtigiis?

f Olim putatis quòd excuſemus nos apud vos.

g Coram Deo, in Chriſto loquimur.

lute ſpirituali. a Quanquàm poſt hæc omnia, vſqueadeò vos diligens, vix tenuiter, aut minimum nõ pari amore, à vobis ipſe diligar. b Sed forſitan dicat aliquis. Eſto, non grauaueris nos, per teipſum: ſed per eos quos ad nos miſiſti, callidè expoliaſti nos, vt accipiens accipere nõ videreris. Reſpõdete igitur mihi, ſi qui fortè talia excogitatis aut dicitis: c Nunquid per aliquẽ eorũ quos ad vos miſi, extorſi quippiã, aut per fraudem accepi à vobis? d Rogaui Titum vt ad vos iret, & miſi cum illo Probatũ fratrem. e An fortè Titus vos circũuenit, ſub meo nomine! Nónne eadem ſpirituali conuerſatione, & ipſe & ego, conuerſati ſumus vobiſcum! Nónne prorſus eiſdem modis ac vijs, tãquàm præceptor & diſcipulus? f Erunt fortè qui iam dicta putent, ad excuſationem alicuius admiſsi à nobis in vos criminis, cuius nobis ſimus conſcij. g Non ita verò res habet, ſed coram Deo iudice, ſecũdùm Chriſtum, veritatem loquimur.

mur. a Omnia autem quæ dicimus aut facimus, chariſsimi, propter veſtram vtilitatẽ agimus atque profectum. b Timeo enim, ne fortè cum venero ad vos, per Pſeudoapoſtolorũ peruerſam doctrinam, inuẽturus ſim aliquos ex vobis, quales eſſe nolim: hoc eſt, impœnitentes & incorrectos aut rebelles, ac proinde & ego inueniar à vobis, vóſque me experiamini, non qualem velitis: id eſt, aſperiorem in puniendis delictis veſtris: c ne fortè ſint inter vos cõtẽtiones, inuidię, iræ, diſsidia, detractiones, occultæ murmurationes, inflationes, ſuperbiæ, ſeditiones: d ne quemadmodum nuper contriſtatus ſum hæc audiens, ita nunc iterum cõtriſter, & affligat me Deus, cùm pręſens fuero apud vos, & lugere cogar ac Satanæ tradere, & acrius caſtigare plurimos eorum qui olim peccauerunt, & nec dum auerſi ſunt à peccatis ſuis, nempe ab immunditia qualibet, fornicatione, & impudicitia, quam perpetrarunt.

a Omnia aũt chariſsimi, ꝓpter ædificationẽ veſtrã,

b Timeo enim, ne forte cùm venero, nõ quales volo inueniã vos, & ego inueniar à vobis, qualem nõ vultis:

c ne fortè contentiões, æmulatiões, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurratiões, inflationes, ſeditiones ſint inter vos.

d ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeã multos ex his qui ante peccauerũt, & nõ egerunt pœnitentiam ſuper immũditia & fornicatione, & impuditia quam geſſerunt.

TEXTVS Cap. XIII.

a Ecce tertiò hoc, venio ad vos: In ore duorũ vel triũ teſtiũ, ſtabit omne verbum.

b Prædixi enim & prædico, vt præſens vobis, & nũc abſens his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus:

c quoniam ſi venero iterum non parcam:

d An experimentum quæritis, eius qui in me loquitur Chriſtus!

e qui in vobis nõ infirmatur, ſed potens eſt in vobis?

f Nam & ſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei.

Elucidatio CAP. XIII.

Ea Cce nunc tertium inſtituo aduentum, & tertiò iam paro venire ad vos. Et quũ aduenero, teſtimonio duorum aut trium, idoneorum teſtiũ, recipietur acceptabitúrque omnis accuſatio, & proferetur à me omne iudiciũ. b Prædixi ergo nuper præſens vobiſcũ & nunc iterũ abſens prędico antequàm adueniã, his qui ante peccauerunt, quàm illam epiſtolam obiurgatoriam deſtinarem, quos per epiſtolam tunc monui, & cæteris omnibus qui ſunt inter vos, vt caueant à ſimilibus peragendis:. c quòd ſi iterũ venero, haud dubiè ſeuerius cum eis agam, quàm hactenus egerim. d An vultis experiri, quàm ſit potẽs in me Chriſtus, per quẽ ego loquor, & loquutus ſum vobis, per quem etiam vltionem ſumere poſſum, & punire peccata? e Certè ipſe, quemadmodum oculis veſtris vidiſtis, non fuit impotens inter vos, qui potenter, per nos, egit apud vos mirabilia. f Nam quamuis ſecundùm infirmi-

infirmitatem humanitatis aſſumptæ, paſſus ſit ſe cruci affigi: quòd tamen reſurrexit victurus in æternũ, ex virtute eſt diuinitatis eius. a Enimuero & nos in cõfiguratione ad Chriſtũ, infirmi, viles & cõtemptibiles ſumus, ſecundùm carnis miſerias, quas pro eo patimur:

a Nam & nos ſumus infirmi in illo,

b viuemus tamẽ & ſuperſtites erimus, in poteſtate noſtra, ad puniẽdum delinquentes, ex virtute Dei nobis conceſſa, erga vos & ſuper vos, quicunque noſtro Apoſtolatui per Deum ſubditi eſtis, nec erit poteſtas vltionis mortua.

b ſed viuemus cũ eo, ex virtute Dei in vobis.

c Voſipſos examinate & diſcutite, an in fide recta perſtetis: voſipſos ex operibus probate, num opera digna fide veſtra facitis?

c Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide, ipſi vos probate.

d Certè iam cognoſcitis (non dubito) quòd Chriſtus per fidem, quam conuerſi ſuſcepiſtis, in vobis inhabitat, qui tamen non eſtis niſi diſcipuli: quãtò magis & in me habitat, qui ſum præceptor veſter, & Apoſtolus. Habitat, inquam, in vobis Chriſtus.

d An non cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt?

e Niſi qui forſan (quod abſit) ab ea gratia & fide, quã nuper ſuſceperunt,

e Niſi fortè reprobi eſtis,

perunt, ſint repulſi, & ea priuati. Nā in reprobis, nō inhabitat Chriſtus. a Credo autem nō tam peruerſè vos de me ſuſpicari, vt me putetis, ſiue à fide Chriſti, ſiue ab Apoſtolica authoritate, reprobum factum: & id vos, per experientiā, cognituros etiam credo, ſi me contigerit inuenire vos non emendatos. b Oramus autem Deum, qui ſolus in omni bono potens eſt nos cuſtodire, vt non efficiamini aliquando reprobi, ſed in omni conuerſatiōe, ſemper probi ſitis & immaculati. c Oramus, inquā, pro veſtra innocētia: non vt nos appareamus probati, & magni, in oſtētatione poteſtatis noſtræ, & executione vindictæ, quales appareremus ſi vos in peccatis reprobos inueniremus: d ſed oramus, vt vos probati & immaculati in conuerſatione veſtra efficiamini.

e Nos autem, dum propter veſtrā innocētiam nihil puniendum inueniremus, vt quaſi reprobi (id eſt ſine poteſtate) appareamus: cùm omnem punitionis occaſionem,

a Spero autem quòd cognoſcitis, quia nos non ſumus reprobi.

b Oramus autē Deū vt nihil mali faciatis:

c non vt nos probati appareamus:

d ſed vt vos quod bonū eſt faciatis,

e nos autē vt reprobi ſimus,

vos per probatam conuerſationē veſtram, nobis ſubtraxeritis.

a Non enim poſſumus, & multò magis nec volumus, aliquid agere contra veritatem, neque in quenquam pœnam aut vindictā exercere poſſumus, qui in veritate probè ambulat: ſed pro veritate magis agere optamus, & in omni probitate vos fouere, quantum poſſumus. b In hoc enim gaudemus ſi vos in bono potentes, fortes, ac robuſti, efficiamini: Nos autem infirmi habemur & impotētes cùm occaſionem oſtendendæ noſtræ poteſtatis nullam habuerimus.

c Atque hoc ipſum eſt quod ſemper oramus, nempe vt conſummati & perfecti euadatis per omnia, vt nulla vobis mea punitione ſit opus. d Ideò enim abſens hæc ſcribo: ne cogar, quum præſens adero vobis, ſeuerius in vos agere, per illam poteſtatem quam dedit mihi Deus, in vtilitatē & profectū veſtrum, non in detrimentū ſpirituale cuiuſquàm, vt nō per nimiā indulgentiam diſſoluamini, atque

a Nō enim paſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate.

b Gaudemus enim: quoniam nos infirmi ſumus, vos autem potentes eſtis:

c hoc & oramus noſtram conſummationem.

d Ideo enim hæc abſens ſcribo, vt nō præſens durius agam ſecundùm poteſtatem, quam dominus dedit mihi in ædificationē & non in deſtructionem.

a De cætero autē fratres, gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idipſū ſapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.

b Salutate inuicē in oſculo ſancto. Salutant vos omnes ſancti.

c Gratia domini noſtri Ieſu chriſti, & charitas Dei, & cōicatio ſancti ſpiritus, ſit cū oībus vobis, Amē.

Finis.

dilabamini in vitia: a Quod ſupereſt autem fratres mei, quærite ſemper in Domino gaudere, laborate vt perfecti efficiamini, & exhortemini, & conſolemini inuicē, pacificè conuerſemini, & erit Deus pacis vobiſcum. b Salutate inuicem, in ſancto oſculo ſpiritualis amoris. Salutant vos omnes ſancti. c Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei patris, & ipſa ſancti ſpiritus cōmunio (per quē nectuntur Pater & Filius adinuicem, & fideles cum Domino vnum fiunt) ſit cum omnibus vobis, Amen.

*

FINIS ELVCIDATIONIS in Epiſtolam poſteriorem ad Corinthios, beati Pauli Apoſtoli.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Galatas beati Pauli Apoſtoli.

INTER CAETEROS *quibus Chriſtum Paulus prædicauerat, erant etiam hi, ad quos nũc ſcribit, Galatæ. Qui ab ipſo Apoſtolo verbum veritatis rectè edocti, & in fide vera bene proficientes, poſt Apoſtoli ſui diſceſſum, in legis ſeruitutem & legalium obſeruantiam ſunt inducti, per quoſdam ex Iudæis falſos Apoſtolicos: qui prædicabant, abſque legis obſeruantia: potiſsimùm verò ſine circunciſione, non poſſe eos ſalutem conſequi. Qui etiam vt ſuæ falſæ prædicationi maiorem pararent authoritatem Paulo multis modis derogabant: dicentes illum non eſſe niſi Apoſtolorum legatum, non autẽ verum à Deo miſsum Apoſtolum, vt erãt cæteri, qui in Iudæa agebant: atque ob hoc, minus huic deberi fidei, diuerſa ab illis primis ac præcipuis Chriſti Apoſtolis, docenti. Videbantur enim Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, legi fauere propter diſsimulationem, ratione Iudæorum imperfectorum, inter quos agebant, quam Paulus ſua prædicatione apertè euacuatã proclamabat, dicens poſt Chriſti mortem & nouæ legis gratiam, circũciſionem ac cætera legis eſſe ſuperflua. Aduerſum hos igitur Pſeudoapoſtolos, volens, Chriſti verus Apoſtolus ſuos Galatas, ab errore legalis ſeruitutis, in libertatem Euangelicæ libertatis traducere: primùm qui-*

dẽ, poſt pacis ſalutationem, in ipſo ſtatim Epiſtolæ initio, ſeuera obiurgatione eos increpat, quòd talibus ſeductoribus, tam facili perſuaſione, aures & conſenſum præbuerint, permittentes ſe, ab ea in qua poſiti erant libertate Euangelij, in legis ſeruitutem, ſine cauſa induci. Quum nec angelo, de cælo, neque etiam ſibiipſi, aliud ab eo quod iam ſemel ſuſceperant docenti credere debuiſſent. Mox deinde ad ſuæ prædicationis authoritatem conſtabiliendam, declarat, ſuum Euangelium, quod illis prædicauerat, ſe non ab alio accepiſſe, niſi immediate à Ieſu Chriſto, qui eum perfectè de omnibus fidei myſterijs edocuit. Atque id quidem, capite primo. Poſt hæc autem ſecundo capite, contra id quod obijciebatur de Apoſtolis, qui in Iudæa legi fauere videbantur: oſtendit Paulus ex ipſorum authoritate & approbatione, rectam & veram per omnia eſſe prædicationem ſuam ac in omnibus per illos approbatam. Idquè tribus modis. Primùm in eo quòd Titum Gentilem & incircunciſum, etiam laborantibus ad hoc falſis fratribus, nõ compulerint circuncidi: quo euidenter teſtati ſunt, non eſſe Gentibus neceſſariam circunciſionem ac proinde nec cætera legalia. Secundo quoniam poſtquàm cum eis Euangelium ſuum contuliſſet, nihil ei cõtulerunt, neque quicquã abijciendum aut mutandum iudicauerũt: quin & dextris illi ac ſocio Barnabæ datis, cum eis ſocietatem inierunt. Tertiò quòd Petrum Antiochiæ, propter Iudæorum quorundam metum, legis obſeruationem ſimulantem, audacter repræhendit, ad præcauendum ſuorum ſcandalũ. Ex quo clarè patet, licet propter conuerſorum ex Iudæis imperfectionem, Apoſtoli cæteri in Iudæa legem nõdũ æpertè

euacuarent, donec Euangelicæ libertatis veritas palam fieret: eorum tamen non fuiſſe ſententiam, quod & Gentilibus eſſet legis obſeruatio neceſſaria. Atque ita in fine capitis ſecundi, palam & apertè de legis per Chriſti mortem euacuatione, fideliter pronunciat, dicens ſe legi mortuum, ſoli Chriſto viuere, poſt quæ præmiſſa, capite tertio, pro Gentis ruditate, durè & (vt ita dicam) incircunciſe, illorum redarguit inſipientiam cordiſq; leuitatem, & vanam inſtabilitatem qui cum ſpiritum cœpiſſent carne conſummari vellent: docens ex ſcriptura quæ de Abrahæ iuſtificatione loquitur, ex fide iuſtitiam veram prouenire, non ex lege, quæ per ſe magis obnoxios reddit maledictioni: benedictionémque illam, quæ Abrahæ ex fide promiſſa fuerat, in vno ſemine Chriſto, nobis omnibus Abrahæ fidem ſequentibus, & in Chriſtum credentibus, communicandam, quam ex lege fruſtra fuiſſet expectare, quæ tantùm ad tempus populo Iudæorum data fuit, ſub qua vt pædagogo cuſtodirentur, donec libertatis tempus adueniret: quod iam impletum eſt quando à pædagogo liberati omnes per fidem liberi, filij Dei facti ſumus, quod etiam per hæredis ſimilitudinem, capitis quarti initio, declarat. Ac deinde, iterum ad increpationem verba conuertit. Et quo amplius eorum animos ad pœnitentiam commoueat, bona conuerſationis eorum principia commemorat, atque à ſeductoribus, qui eos æmulantur non bene, cauere iubet attentius. Iterúmque per allegoriam ex Agar ancilla & Sara libera docet, ancillæ Agar filios (id eſt, legis & ſynagogæ veteris ſeruos) eijci debere. Filios autem Saræ (id eſt nouæ legis & eccleſiæ filios) hæreditatem gloriæ eſſe accepturos. Monet proinde ac obteſtatur,

ſequenti quinto capitulo, ne per Chriſtum libertate donati, ſeruitutis iugo colla ſubmittant, neq; iſta ſuadentibus conſentiant: quos ſuum dicit in nouiſsimo iudicium condemnationis, accepturos. Tamen monet ex aduerſo, ne prætextu Euãgelicæ libertatis, carnis obſequantur deſyderijs: ſed vt per charitatem ſpiritu viuant, & ſpiritu ambulent, quæ contraria ſunt carnis concupiſcentiæ, ſtudioſè operantes. Cuius occaſione, opera carnis enumerat: & ex aduerſo, fructus ſpiritus cõſtituit. In ſexto autem capitulo, quæ ad mores faciunt pertractans manſuetudinis potiſsimùm, & modeſtiæ Chriſtianæ, libertatisq; ac miſericordiæ, commonefacit: vt dum tempus eſt operẽtur bonum. Poſt quæ demum aduerſus eos qui in carne vanè volunt gloriari, ſuam ipſe veram ac ſolidam gloriationem opponit, in nullo alio præter quàm in cruce Chriſti, ſe aſſerens gloriari, cuius ſtigmata in ſuo corpore à Deo ſibi non ducit ignominiæ, vt etiam ad gloriã ea reputet, atq; cum gloria prædicet. Atq; ita in eo quod cœpit ab initio terminat Epiſtolam.

Finis argumenti, in Epiſtolam Beati Pauli Apoſtoli ad Galatas.

Eluci-

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Galatas, beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

P a AVLVS non ab homine, neque per hominem Apoſtolus ordinatus, neque Apoſtolorum Apoſtolus, ſed abſque medio, per dominum Ieſum Chriſtum atque Deum patrem, qui eum à mortuis reſuſcitauit, & omnes qui mecum ſunt fratres, ſalutẽ dicunt eccleſijs fidelium, quę ſunt in Galatia. b Sit vobiſcum gratia, & pax vera gratiæ comes, à Deo patre omnium noſtrũ, & domino Ieſu Chriſto filio eius: qui ſemetipſum tradidit in mortẽ, pro expian-

TEXTVS Epiſtolæ ad Galatas beati Pauli Apoſtoli.

CAP. I.

P*a Aulus Apoſtolus, non ab hominibus neque per hominem ſed per* Ieſum *chriſtum & Deũ patrem qui ſuſcitauit eũ à mortuis, & qui mecũ ſunt omnes fratres eccleſijs Galatiæ.* b *Gratia vobis et pax à Deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris.*

a vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequam,
b ſecundùm voluntatem Dei & patris noſtri, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amē.

c Miror quòd ſic tam citò transferimini,

ab eo qui vos vocauit, in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium.
d Quod non eſt aliud,

e niſi ſunt aliqui qui vos conturbāt, & volunt conuertere Euangelium Chriſti.

expiandis peccatis noſtris, a Vt nos ſic à peccatis expiatos, à ſæculi huius nequitia, & mundana conuerſatione (in qua ante conuerſionem viuebamus) traduceret ad nouam & cœleſtem conuerſationem: quemadmodum erat voluntas, & beneplacitū Dei patris noſtri, cui eſt honor & gloria, in ſæcula ſæculorum, Amen. c Demiror veſtrā iſtam inſtabilitatē nimiam & imprudentiam: quòd ita facilè, tam citò talium Pſeudoapoſtolorum ſuaſionibus receditis à deo, qui vocauit vos in libertatem Euangelicam, ad prædicationem aliam (nēpe legalium obſeruantiarum) acceptandam. d Quum tamen in veritate, nō ſit aliud Euangelium, nec alia prædicatio veritatis, niſi quod per me vobis eſt prædicatū. e Sed ſunt aliqui qui vos quærūt ſubuertere, & volunt Euangelium Chriſti ad ſuum placitum torquere, atque peruertere: ad ſuum ſenſum, non ad veritatem illud prædicantes. Sed illud ſciēdum eſt vobis tantam fidem vos debere ad-

hibere

hibere ijs, qui iampridem vobis prædicauimus, vt nullius prædicatione ab ipſis recedatis, a adeò vt ſi noſipſi rurſus redeũtes, aliud vobis contrarium prædicaremus, quã prędicauimus, aut etiam (ſi id poſsibile eſſet) angelus de cœlo deſcendens, contra id quod accepiſtis, vobis prædicaret, recipere nulla ratiõe poſsitis, aut debeatis: imò velut maledictum, huiuſmodi prædicatorem execrari oporteat, quẽadmodum olim prædixi, & nunc repetẽs iterum dico. b Quiſquis vobis aliud aliquid prædicauerit cõtrarium ei quod nos docuimus, & iam ſemel vos credidiſtis illũ fugite & execremini. c Quid enim? An ego dũ Euangelium doceo, ad hoĩm gloriã doceo, an ad gloriam Dei? d Nũquid mea prædicatiõe, carnales & mũdanos hoĩm quæro fauores? e Profectò ſi hoc mihi eſſet in deſyderio, vt placere quærerẽ hoĩbus, non poſſem ſimul eſſe Chriſti ſeruus fidelis: qa nemo põt duob⁹ dñis ſeruire. Et ne dubitetis de noſtrę prędicationis firmitate, pro-

a Sed licet nos, aut angelus de cœlo Euangelizaret *vobis præterquàm quod* Euãgelizauimus *vobis, anathema ſit.*

ſicut prædiximus, & nunc iterum dico,

b Si *quis vobis* Euangelizauerit, *præter id qđ acce piſtis, anathema ſit,*

c modò enim hominibus ſum adeo an Deo?

d An *quærò hominibus placere?*

e Si *adhuc hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus nõ eſſem.*

(propter eos qui me falſò dicũt,nõ à Deo miſſum,nec per Deum, ſed ab apoſtolis alijs,& per eos inſtru-ctũ,tantùm Apoſtolorũ eſſe Apò-ſtolũ,ſic derogãtes noſtræ authori tati) a Ecce ego notũ vobis illud eſſe volo,Euãgeliũ iſtud quod prę dicaui vobis,nõ fuiſſe humanum, ſed diuinũ. b Nam ego,neque ab homine illud prædicandi cõmiſ-ſionem accepi,neque per hominis inſtructionẽ didici, ſed per imme-diatam reuelationẽ Chriſti Ieſu: qui per ſeipſum pleniſsimè de o-mnibus myſterijs fidei me inſtru-xit,& per ſemetipſum ea mihi præ dicãda in Gentibus cõmiſit.Con-ſtat autem, quòd ante cõuerſionẽ meam,hanc fidem à nullo edoctus fuerim. c Neque enim dubito quin relatu iam cognouiſtis omnẽ conuerſationẽ meam,qua in legis obſeruatione, ante fidẽ Chriſti ſu ſceptã,fui conuerſatus: d queãd-modũ ſupra modũ,miro zelo per-ſequebar eccleſiã Dei,& velut capi talẽ inimicũ hoſtémque publicum me illi demonſtrãs,palã etiã expu-gnabã:

a Notũ enim vobis facio fratres Euangeliũ, quod Euangelizatũ eſt à me, quia nõ eſt ſecundùm hominem.

b Neq; enim ego ab homine accepi illud neque didici,ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti.

c Audiſtis enim conuerſationẽ mea aliquando in Iudaiſmo.

d Quoniã ſupra modum perſequebar eccleſiam Dei & expugnabam illam:

gnabã: a In legalibus autẽ ritibus & obſeruãtijs, proficiebam ſupra multos coętaneos generis mei, ardẽtiſsimo zelo obſeruãs traditiones omnes: & quas lex ipſa per ſe tradebat obſeruãdas, & quas mihi patres tradiderant, ſupra expreſſa legis præcepta: ita vt eo tẽpore, nihil minus cogitauerim, quàm de Euangelio Chriſti addiſcendo. b Qñ autẽ venit tempus, quo placuit Deo (qui me per præſcientiã ſuã ſegregauit antequàm egrederer de vtero matris meæ, ac poſtmodũ in ſuo tẽpore etiã vocauit ad fidẽ & Apoſtolatus huius miniſteriũ) filiũ ſuũ manifeſtum facere in me: id eſt mihi aperire, & per me alijs manifeſtũ facere, vt illũ Gentibus prædicarem: c cõtinuò nõ adiunxi me vllis mortalibus hominibus, qui ſunt caro & ſanguis vt ab hoĩbus diſcerem, de quibus me plenè Deus edocuit. d Neque veni Hieroſolymã, ad eos qui fuerũt ante me Apoſtoli, Petrũ, Iacobum, Ioannẽ, & cæteros gratia diſcendi quippiã ab eis: e ſed ſufficienter

a & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos, in genere meo, abundãtius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.

b Cùm autẽ placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam vt reuelaret filiũ ſuum in me vt Euangelizarem illum in Gentibus,

c continuò nõ acquieui carni & ſanguini:

d neq; veni Hieroſolymam, ad antecessores meos Apoſtolos:

e ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum.

a Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam, videre Petrũ: & manſi apud eum diebus quindecim.

b Aliũ aũt Apoſtolorũ vidi neminem, niſi Iacobũ fratrem Domini.

c Quæ aũt ſcribo vobis, ecce coram Deo, quia nõ mentior. deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ,

d Eram aũt ignotus facie, Eccleſijs Iudææ, quæ erant in Chriſto.

e Tantùm aũt auditũ habebãt, quoniã qui pſequebat nos aliqñ, nũc euãgelizat fidẽ, quã aliquando expugnabat:

f & in me clarificabant Deum.

à Deo inſtructus confidenter abij in Arabiam, vt illis prorſus rudibus Chriſti fidem annũciarem, & iterum reuerſus ſum Damaſcum. a Deinde poſt annos tres, veni Hieroſolymam, honoris gratia inuiſere Petrum: apud quem & familiariter hoſpitatus ſum diebus quindecim, tanq̃ verus Apoſtolus ab eo benignè receptus. b Alium aũt Apoſtolorum tunc temporis, vidi nullum, niſi Iacobum Hieroſolymæ Epiſcopum ordinatũ, qui dictus eſt frater domini. c Quæ autem ſcribo vobis, Deus ipſe (qui iudex eſt omnium) teſtis eſt, quòd non mentiar. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. d Eram aũt ignotus aſpectu, Eccleſijs Iudæ æ fidelibus. e Tãtùm audierant fama, illum qui olim tam ſæuus fuerat perſequutor Chriſtianorum, nunc prædicare fidem quam olim expugnabat, & palam perſequebatur. f Atque ita in me clarificabant Deum, qui tam mirabilia circa me fuiſſet operatus, per gratiam ſuam..

Elucidatio CAP. II.

Da Einde poſt annos à mea cõuerſiõe quatuordecim iterum aſcendi Hieroſolymã, aſſumptis Barnaba & Tito: altero ex Iudæis altero Gentili, vt eſſent teſtes idonei, fideles & ſufficientes, eorũ quæ agerentur mecum in Hieroſolyma. b Aſcendi autem hac vice, ex diuina reuelatione, ad declarationẽ veritatis Euãgelij quod prædicaui, & cõfutationẽ eorũ qui me calũniabantur quaſi diuerſa docẽtẽ ab alijs Apoſtolis, qui erant Hieroſolymæ: c & contuli cũ Apoſtolis cæteris Euangeliũ quod prædico in Gentibus exponendo eis per ordinẽ omnia quæcũque prædicaui. d Non id tamen in publico coram omnibus ſed ſeparatim, coram ijs qui erant eminẽtiores inter fideles cæteros. e Feci autem iſtud, nõ quòd dubitarẽ de prædicatiõe mea aut vt aliquid diſcerẽ amplius: ſed vt fieret irritus labor meus, & prædicatio mea in Gentibus, vt dum à cæteris Apoſtolis noſtram doctrinam audirẽt

TEXTVS Cap. II.

a Deinde poſt annos quatuordecim iterũ aſcendi Hieroſolymam, cum Barnaba aſſumpto & Tito.

b Aſcendi autem ſecundùm reuelationem.

c & contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus.

d Seorſum autem ijs qui videbãtur aliquid eſſe.

e ne fortè in vacuum currerẽ aut cucurriſſem.

compro-

comprobari,non dubitarent ei fidem habere.

a Sed neq; Titus qui mecum erat, cùm eſſet Gentilis, compulſus eſt circuncidi:

a Vſqueadeò autē nihil Apoſtoli noſtræ contradixerunt prædicationi, vt nec Titū cogerent circuncidi, qui tamen erat incircunciſus,& ex vtroque parente Gentilis natus.

b ſed propter ſubintroductos falſos fratres,qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram quam habemus in Chriſto Ieſu,

b Imò neque ꝓpter falſos fratres,qui erant ſubornati ab alijs, etiam ſi illi ad hoc laborarent,qui occultè,ſub amicitiæ & fidei ſpecie ingreſsi ſunt ad explorandum ſi in libertate perſtaremus quã habemus in fide Chriſti, & quam prædicauimus,

c vt nos in ſeruitutem redigerent:

c vt nos ſubijcerent ſeruituti legis, cogendo Titum circuncidi, ac deinde ex aliorum Apoſtolorum authoritate Gentibus legalia prædicare.

d Quibus neq; ad horã ceſsimus ſubiectioni vt veritas Euangelij permaneat apud vos.

d Nos verò illis neque ad horam ceſsimus,ſiue pro tēpore minimo, ſubijciendo nos ſeruituti legis, Titum circuncidendo, vt veritas Euangelicæ libertatis apud vos inconcuſſa permaneret. Si enim illi Apoſtoli circūciſionem putaſſent Tito neceſſariam, vtique coëgiſſent eū circūcidi. Et poſtea quàm falſis illis fratribus ad hoc laborātibus,

ribus,Titus non eſt cõpulſus circũcidi,conſtat, quod illi noſtrã prædicationẽ de non obſeruãdis legalibus,comprobauerint. a Ab his autẽ qui erãt eminẽtiores in eccleſia,nihil didicit tũc tẽporis. Taceo autẽ quales aliquãdo illi fuerint in Iudaiſmo,multo me & zelo & ſciẽtia legis inferiores, vt tunc potius eis erudiẽdis ipſe ſufficerẽ.Verùm illud nihil ad rem:quoniã Deus nõ attendit ad perſonas hominũ,ſed quos ipſe vult ſecundùm propoſitũ voluntatis ſuæ vocat & eligit. b Mihi,inquam,illi eminentiores apoſtoli,nihil addiderũt,ad Euangelij mei doctrinã.Imò verò econtrario,per omnia conſentiebãt,veracem,plenã, & ſufficientẽ meam doctrinã comprobãtes. c Nã cùm vidiſſent,Petrus,Ioannes,& Iacobus,quòd mihi dominus cõmiſiſſet officiũ prædicandi Gẽtilibus,ſicut Petro. Euangelizandi Iudæis. (Nã qui Petrũ fecit dignũ Iudæorũ Apoſtolum, idem Deus & mihi adfuit, vt idoneus eſſem Apoſtolus.Gentiliũ) & cùm cognouiſſent

a Ab ijs autẽ qui videbãtur eſſe aliquid,. quales aliquãdo fuerint nihil mea intereſt, Deus enim perſonã hominis non accipit.

b Mihi enim qui videbãtur eſſe aliquid, nihil contulerũt:ſed cõtra,. c Cùm vidiſſent quòd creditũ eſt mihi Euãgelium præputij,ſicut & Petro circũciſionis (qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatũ circũciſionis, operatus eſt & mihi inter Gẽtes) & cùm cognouiſſent gratiã quæ data: eſt mihi,Iacobus,& Cephas,& Ioannes,. qui videbãtur columnæ eſſe, dextras dederũt mihi

B gratiam

& Barnabæ ſocietatis, vt nos in Gentes, ipſi autē in circūciſionem:

gratiā multiformē ſpiritus ſancti, quæ data eſt mihi: illi, inquam, qui eminebant tanquàm columnæ in eccleſia, iunctis dextris ſocietatem inierūt nobiſcū: hoc eſt mecū & cū Barnaba, vt nos in Gentes pergeremus prædicātes, & ipſi inter Iudæos.

a tātùm, vt pauperum memores eſſemus:

a Tantùm admonebant, vt pauperum qui erant in eccleſia Hieroſolymæ, ſpoliati poſſeſsionibus ſuis, curā haberemus apud eccleſias Gentiliū, qui in bonis tēporalibus magis abūdabāt:

b quòd etiā ſolicit⁹ fui hoc ipſum facere.

b quòd etiā omni qua potui ſolicitudine, diligenter peregi.

c Cùm autē veniſſet Cephas Antiochiam, in faciē ei reſtiti,

c Quo verò amplius vobis fiat cōprobata veritas libertatis Euangelicę, & prædicatiōis noſtræ, narrabo vobis quo pacto Antiochiæ, Petro Apoſtolorū principi cōtradixerim, eum palam omnibus (quibus erat periculum) arguēdo:

d quia reprahenſibilis erat.

d quia repræhendēdus veniebat, & ita ſe gerebat, vt mihi neceſſariū videretur illum repræhēdere, propter ſcandali & periculi (quod alioqui videbatur eminere) amotionē.

e Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo cum Gentibus edebat.

e Nā principio cùm veniſſet Antiochiam,

cœpit

cœpit legẽ negligens, cũ Gentilibus mãducare, quod lex prohibet. a Cùm verò à Iacobo veniſſent quidã Iudæi: ſubtraxit ſe & ſeparauit à conſortio Gentilium, timens ſcandalũ facere illis Iudæis, qui in lege adhuc vt infirmi hærebant. b Cuius exemplo & cæteri Iudæi (qui ante cũ Petro bona fide Gentibus participaſſent) ipſe quoque Barnabas ſocius noſter, adducti ſunt ad ſimulandũ legis obſeruationẽ, & occultandũ eam quàm habebãt de Euangelica libertate ſententiã. c Sed cùm vidiſſem, quòd propter timorẽ ſcandali Iudæorũ illorum, diſsimularent veritatem libertatis Euãgelicæ, timénſque ex hoc Gẽtilibus ſcandaliũ immittere, hoc mihi conſiliũ fuit, d vt Petrum corã omnibus arguerem: quo ſic, & illi qui aduenerunt Iudæi, & cæteri Gentiles, nullũ ſcandalũ paterentur Euãgelicæ libertatis veritatem, per meam repræhenſionẽ, Petro nõ reſiſtente, edocti. Dixi itaque Petro corã omnibus, tã Iudæis quàm Gẽtilibus qui

a Cùm autem venissent ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circunciſione erant:

b Et ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi: ita vt & Barnabas duceretur ab eis, in illam ſimulationem.

c Sed cùm vidiſſem, quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij,

d dixi Cephæ coram omnibus.

a Si tu cùm Iudæus ſis, Gẽtiliter viuis, & nõ Iudaicè: quomodo Gentes cogis Iudaizare?

b Nos natura Iudæi & nõ ex Gẽtibus peccatores.

c Sciẽtes autem, quod nõ iuſtificat homo ex operibus legis, niſi per fidẽ Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & nõ ex operibus legis.

d Propter quod, ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.

e Quòd ſi quærẽtes iuſtificari in Chriſto, inuẽti ſumus & ipſi peccatores: nũquid chriſtus peccati miniſter eſt?

aderant, quibus ex re prædicta periculũ vllum euenire poterat. a Si tu, qui Iudæus es natura, lege dimiſſa ſub qua natus es, cõmunem cum Gentilibus vitã ducis: quomodo nunc Gentes tuo exẽplo ad Iudaiſmum inducis, ob iſtorũ Iudæorum qui aduenerunt timorem? b Nos carnali propagatiõe Iudęi ſumus, ſub Iudaiſmo nati, non autẽ illi peccatores, qui ex Gẽtilibus conuertuntur. Nequaquàm ego illi ſunt inducendi ad legẽ, qui ſub lege non ſunt nati, quàm nos quoque audemus tranſgredi qui ſub lege nati ſumus. c Cùm igitur credamus firmiter, quòd ex operibus legis nemo poteſt verè corã Deo iuſtificari, ſed tantùm per fidem in Chriſtum: Idcircò etiam nos Iudęi in Chriſtũ credimus, vt per fidẽ conſequamur, quod ex legis obſeruantia cõſequi nõ potuimus, nempe iuſtificationẽ. d Itaque, ex operibus legis nemo hominũ iuſtificari poterit. e Alioqui ſi nos ex hoc peccatores inuẽti ſumus, quòd lege prætermiſſa quærimus,

rimus iuſtificari in ſola fide Chriſti: cõſequitur Chriſtũ peccati illius miniſtrũ nobis eſſe. Nã eius doctrina eiúsque amore, fiducialiter legẽ prætermittentes, ipſius gratię ſoli inhæremus. a Nõ poteſt autẽ fieri vt Chriſtus nobis peccati fuerit miniſter ſiue author, aut in peccatũ ipſe nos cõiecerit. b Nã ſi nunc quærã reparere (exẽplo vel prædicatione) legis obſeruantiam quam iãpridẽ & reliqui & deſtruxi (tã verbo prædicationis, quàm exẽplo conuerſationis) apertè meipſum peccati priſtini reũ arguo. Nam ſi obſeruari eam oportet, ergo peccatũ erat dimittere. c Ego enim per legis nouæ aduentũ, legi veteri ſubtractus ſum: vt deinceps viuã in gratia Dei, & ex ea vitam quæram. d Cum Chriſto ſum cõcrucifixus, configuratus ſimilitudini mortis eius: vt amplius non viuam operibus priſtinis. e Viuo autẽ iam non ſecundùm carnẽ ego vt olim: viuit autẽ in me Chriſtus, per gratiam ſuam in me inhabitans. f Vita autem iſta, qua

a Abſit.

b Si enim quæ deſtruxi, iterũ hæc reædifico, præuaricatorem me conſtituo.

c Ego enim per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuã.

d Chriſto confixus ſum cruci.

e Viuo autẽ iam nõ ego, viuit verò in me Chriſtus.

f Quòd aũt nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei: qui dilexit me, et tradidit ſeipſum pro me.

nunc adhuc in corpore conſtitutus viuo, per fidē eſt, qua credo in filiū Dei, qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro mea ſalute. a Hanc autē gratiā vltro mihi oblatā, nequaquàm volo abijcere: ſed per fidē, modis omnibus accepto. Qui autē in lege quærunt iuſtificari, hanc gratiā abijciunt. b Nam ſi per legē credis poſſe iuſtitiā prouenire, Chriſti paſsionē & mortē facis inanem. Quorſum enim opus morte filij Dei, ſi perfectā iuſtificationē, ac per conſequens ſalutem, conferre potuiſſet lex Moyſi.

a Nō abijcio gratiam Dei.

b Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

Elucidatio CAP. III.

TEXTVS Cap. III.

a O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit, non obedire veritati?

b Ante quorum oculos Chriſtus Ieſus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus?

Cogit me dolor lapſus veſtri, ad increpationē verba conuertere. a O ſine intellectu inſenſati Galatę, quis vos decepit & ſeduxit, vt non permaneatis in ea quam vos edocui veritate? b Quibus Chriſtus Ieſus, quaſi ante oculos proſcriptus eſt, ac deliniatus, & tam apertè in vobis prędicatus, ac ſi vobis ſpectātibus ipſe fuiſſet crucifixus. Tam clare enim cūcta, vobis fidei myſteria nota feci, at ſi

oculis

oculis veſtris cuncta pręſentes cõſpexiſſetis. a Nũc igitur, vel vnũ hoc quod vos interrogo, reſpõdete. Spiritum ſanctum, & eius dona quæ nuper accepiſtis, an ex legis obſeruatione recepiſtis, an ex fide, quã nobis prędicantibus audiſtis? Certùm eſt quòd ex fide eorũ quę à nobis audiſtis, ſpiritũ eſtis cõſequuti. b Quæ igitᷓ eſt hęc demẽtia, vt nunc velitis in carnali legis obſeruãtia proficere atque perfici, q à ſpiritu & fidei gratia cœpiſtis? c Dolendũ eſt, tantarũ paſsionũ, quas pro Chriſto, ſuſtinuiſtis ab infidelibus, fructu vos priuari, ab Euãgelij libertate, ad legis ſeruitutẽ tranſeũtes: d Niſi fortè pœnitentiã agẽtes, rurſum cõuertamini ad libertatẽ Euãgelij. Sic enim ſperandũ eſſet, nõ ſine fructu vos paſſos fuiſſe. e Rurſus igitur interrogo vos: Qui tribuit vobis ſpiritũ ſanctũ Deus, qui & operatur ſigna & virtutes inter vos: putatis eum hæc vobis præſtare, propter legis obſeruantiam, an ex hoc, quod audiſtis à nobis, fidẽ habetis? Conſtat

a Hoc ſolùm à vobis volo diſcere: Ex operibus legis ſpiritũ accepiſtis, an ex auditu ſidei?

b Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cepiſtis, nunc carne conſummamini?

c Tanta paſſi eſtis ſine cauſa?

d ſi tamen ſine cauſa,

e Qui ergo tribuit vobis ſpiritũ & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?

ſanè,quia per fidē, & non ex legis obſeruatione, quàm tūc non noue ratis. a Quemadmodum & ſcriptura de Abrahā teſtatur, quòd fides (qua Deo credidit, quæ ſupra naturā erant promittēti) fuit ei à Deo reputata ad iuſtitiā, antequā vnquàm lex illa ſcripta fuiſſet.

a Sicut ſcriptū eſt: Credidit Abrahā Deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam.

b Vnde cognoſcitur atque colligitur, illos eſſe verè filios Abrahę, qui illius fidē imitantur, ſimiliter Deo credentes, vt ille credidit. c Prænoſcens autē & prouidè conſyderans ſpiritus ſanctus, author ſcripturæ, quòd Gentes aliquādo iuſtificaturus eſſet Deus ex fide, prædixit Abrahæ per promiſsionē, multò ante quàm lex daretur: quòd in ipſo benedicendæ eſſent omnes gentes, eadē nimirū ratione, & modo eodē, quib' ipſe benedictus fuit à domino: hoc eſt, ex fide non ex operibus legis. d Itaque qui fideles ſunt, ſic benedicentur, vt Abrahā benedictus eſt: nēpe per fidem, & non ex operibus legis. Nam quomodo benedictio ex legis eſſet operibus, quæ potius maledi-

b Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ.

c Prouidens autē ſcriptura quia ex fide iuſtificat Gētes Deus, prænunciauit Abrahæ, quia benedicētur in te omnes Gentes.

d Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.

maledictionis eſt occaſio? a Qui enim ſub lege ſeruiũt, maledictioni ſunt obnoxij: quæ difficilimè euaditur, propter nimiã difficultatẽ legis, & multiplicationẽ nimiã præceptorum, ſine auxilio gratiæ. b Scriptũ eſt enim in lege Moyſi: Maledictus omnis, qui nõ obſeruauerit cuncta quę in libro legis ſunt deſcripta. c Cùm igitur ex lege nemo iuſtificetur vera iuſtitia, corã Deo: conſequitur, fidẽ eſſe quæ iuſtum corã Deo iuſtificat, & ſpiritu viuere facit. d Lex autẽ vetus, de fide, aut de credẽdo principaliter nõ præcipit, ſed magis de operando: Ita vt qui ea quæ in lege ſcripta ſunt fecerit, à morte ſeruetur corporali, qua tranſgreſſores puniuntur. e Chriſtus nos expediuit & liberauit, de maledictionibus legis, per hoc quòd pro nobis ipſe factus eſt maledictũ, ſic æſtimatus ab omnibus hominibus. f Nam & lex ſcribit, maledictũ eſſe omnẽ qui fuerit vt malefactor in cruce ſuſpenſus: vt conſtet Chriſtũ factum maledictum, omnium ęſtimatione,

a Quicunq; enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt.

b Scriptũ eſt enim: Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus q̃ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.

c Quòd autẽ in lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide viuit.

d Lex aũt nõ eſt ex fide, ſed qui fecerit ea homo, viuet in illis.

e Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

f quia ſcriptũ eſt: Maledict⁹ oĩs qui pendet in ligno:

matione, quoniã cruci tanquàm malefactor fuit affixus. a Factus eſt, inquam, Chriſtus pro nobis maledictus, de maledicto legis nos redimens: vt benedictio Abrahæ repromiſſa, & ſemini eius, cõplere tur non in Iudæis ſolùm, ſed etiã in omnibus Gentibus, per Ieſum Chriſtum: b vt nos pollicitationẽ illam ſpiritualem acciperemus, credendo in Chriſtum, quàm carnales Iudæi, ſecundùm literã ſibi ſolis factam putabant. c Fratres, ex humanis rebus argumentũ ego ſumã, ad confirmandũ quæ dico: d Tametſi non niſi hominis ſit teſtamentum, modò ſit confirmatum: nemo illud audet infringere, aut contrariũ aliquid ſuperordinare. e Abrahæ autẽ Deus dedit pro teſtamento, promiſsiones iure iurando confirmatas, & in ſemine eius adimplendas. f Nõ dixit: Et in ſeminibus tuis benedicẽtur omnes Gẽtes quaſi per plures ex ſemine Abrahæ, ventura eſſet ſpiritus benedictio: ſed ſingulariter dixit, In ſemine tuo, quod ſemẽ intelli-

gitu

a vt in Gẽtibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu,

b vt pollicitationẽ ſpiritus accipiamus, per fidẽ.

c Fratres, ſecundùm hominẽ dico,

d Tamen hominis confirmatum teſtamentũ nemo ſpernit, aut ſuperordinat.

e Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones & ſemini eius.

f Non dicit: Et ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno: Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.

gitur eſſe Chriſtus. a Hoc autem (teſtamentũ inquam, promiſsionis huius, confirmatũ à Deo per iuſiu randũ) illa lex quæ poſterior data eſt filijs Iſraël, poſt quadringentos & triginta annos à promiſsione fa cta Abrahæ, nõ potuit euacuare: Ita vt per hãc legẽ ſuperinductã, obliteraretur ꝓmiſsio ante facta, & iuramẽto cõfirmata. b Nam ſi hęreditas promiſſa ex legis obſer uatione, velut ex debito accipitur: ergo nõ liberaliter ex promiſsiõe. c Nũc autẽ Abrahę Deus hæreditatẽ per promiſsionẽ dedit, nõ per legẽ. Pugnãt enim hæc ad inuicẽ ex lege, & ex promiſsione. Quoniã quod ex lege, ex debito eſt: quod autẽ ex promiſsione, ex liberalitate ſola ſpectatur. d Quorſum igi tur opus erat lege, aut quid ipſa cõ fert? Propter trãſgreſsiones grauio res per minas & terrores cõprimẽ das, velut interpoſita eſt, pro tẽpo re intermedio duratura. e Donec veniret ſemẽ, in quo promiſsio im plenda erat, f ordinata quidem & diſpoſita, angelorũ miniſterio, in monte

a Hoc autẽ (dico teſtamentũ cõfirmatũ à Deo) *quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, nõ irritum facit, ad euacuãdã promiſsionem.*

b Nam *ſi ex lege hæreditas, iam nõ ex promiſsione.*

c Abrahæ autem per repromiſsionẽ donauit Deus.

d Quid igitur lex? Propter trãſgreſsionem poſita eſt,

e donec veniret ſemẽ cui ꝓmiſerat: f ordinata per angelos in manu mediatoris.

in monte Sina, in manu tamen & poteſtate mediatoris, qui eſt Chriſtus, vt in manu ac poteſtate eius foret legem euacuare, perficere autem ſuo aduentu. a Hic autem mediator Chriſtus, non eſt vnius mediator: ſed inter duos populos, qui ante per legis parietē erant diuiſi, & per mediatoris aduentum ſunt, (pariete legis ſublato) in vnū compacti: quia Deus vnus eſt, propter quod, filius Dei duos populos in vnum coniunxit. Quorū enim Deus vnus eſt, nō conuenit eos diuiſos eſſe. b Quid ergo! An dicimus nos, legē deſtruere promiſsiones Dei? Abſit, vt hoc dicamus. c Et quidē ſi talis eſſet lex data, quæ poſſet verè coram Deo iuſtificare, verè ex lege eſſet iuſtitia, atque ita per eā impleretur Dei promiſsio: d ſed ita non eſt, imò concluſit Deus legis occaſione, omnes ſub peccato & maledictioni obnoxios omnes coarguit: eo quòd plurima lex pręciperet grauia, ad quę implenda, nullam inſuper contulit gratiam adiuuantem. e Hoc autē

a Mediator autē vnius non eſt.

Deus autem vnus eſt.

b Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit.

c Si enim data eſt lex, quæ poſſet viuificare: verè ex lege eſſet iuſtitia.

d Sed cōcluſit ſcriptura omnia ſub peccato,

e vt promiſsio, ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

Deus ideo diſpoſuit, vt deſperãtes ſe ex lege non poſſe ſaluari, ad fidem recurrentes, quærerent ex ea promiſsionẽ accipere: Id eſt, iuſtificationem conſequi, & ſalutem. a Prius autẽ quàm fides in palã veniret, ſeruabamur ſub lege, à grauioribus malis, velut pueri ſub diſciplina cõſtricti, vt eſſemus pręparati in aduentu fidei, ad eam ſuſcipiendam. Non ſolùm ergo lex non fuit contra promiſſa Dei, ſed etiam adiumentum contulit, quãtùm ex ſe erat, & quaſi pręparauit ſuos, ad ea conſequenda. b Erat enim Iudæis velut pædagogus, cuſtodiẽs & cõprimẽs eos, donec veniret ex fide, pfecta iuſtitia, atque libertas. c Sed nunc poſtquàm fides ipſa reuelata eſt non amplius ſumus ſub illo legis pædagogo. d Omnes enim eſtis nũc (accepto ſpiritu ſancto) filij Dei effecti, per fidẽ, in libertate & amore, in Chriſto Ieſu. e Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſto cõfigurati & conformes facti eſtis, & Chriſtũ in vobis accepiſtis. f Nõ eſt di-

a Prius enim quã veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eã fidem quæ reuelanda erat.

b Itaq; lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur.

c At vbi venit fides iam nõ ſumus ſub pædagogo.

d Omnes enim filij Dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.

d Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis.

f Nõ eſt Iudæus, neq; Græcus, non eſt ſeruus, neq; liber, non eſt maſculus neq; femina.

eſt diſtinctio inter Iudæũ & Gentilem, ſeruum & liberum, maſculũ & fœminam. a Quoniam omnes in Chriſto vnum ſunt, vnũ, inquã, corpus, vna eccleſia, Chriſto coniti, & per ſpiritũ ſanctũ. b Si autem vos vnum eſtis cum Chriſto, & in Chriſto: ergo eſtis Abrahæ ſemẽ, c & veri eſtis hæredes Abrahæ, de quibus promiſsionem accepit, quique eius promiſsionem hæreditabitis.

a Oẽs enim vos, vnũ eſtis in Chriſto Ieſu.
b Si autem vos Chriſti, ergo ſemẽ Abrahæ eſtis,
c ſecundùm promiſsionẽ hæredes.

TEXTVS Cap. IIII.

a Dico autẽ, Quãto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit omniũ dominus.
b ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſq; ad præfinitũ tẽpus à patre.
c Ita & nos, cùm eſſemus paruuli, ſub elemẽtis mũdi eramus ſeruiẽtes.

Elucidatio Cap. IIII.

A a D præcedentium autẽ maiorem declarationem, propono vobis hæredis ſimilitudinem: qui dũ paruulus eſt, per omnia viuit vt ſeruus, ſine libertate propriẹ voluntatis, & ſub timore atque cuſtodia, cùm ſit tamen verè dominus omnium rerum ſuarũ: b ſed viuit ſubiectus tutoribus, quibus eſt curæ eius æducatio, eiúſque in moribus directio, & actoribus ſiue diſpẽſatoribus, qui adminiſtrationem habent rerum illius, vſque ad tẽpus à patre, in teſtamento vel aliâs, præſtitutũ. c Ad eũdẽ modũ & nos

& nos Iudæi, quũ eſſemus paruuli tẽpore veteris legis, eramus ſpe tẽporalis præmij & pœnarum timore, ſeruorũ more ſeruientes, ſub legis traditionibus, quæ ſunt velut elemẽta: id eſt, rudimẽta minima, & nihil perfectionis per ſe habentia: elementa, inquã, mundi huius, id eſt, corporalia & ſecularia: quoniã lex vetus tota verſabatur circa purificationes carnis, & ſacrificia corporalia, de ſpũali purificatione nihil agẽs. a At verò, poſtquàm impletũ eſt tempus a patre æterno prçordinatũ, vt in eo liberaret genus humanũ: tũc miſit pater filiũ ſuũ, quẽ cçterorũ more voluit naſci ex fœmina, & ſub legis ſeruitute cõſtituere, natũ ex Iudæorũ populo, b vt eos qui ſub legis iugo prçmebãtur, hac via ipſe de ſeruitute redimeret, & pro ſeruis legis, filios Dei ſecũdùm adoptionẽ efficeret. c Et qa vos Deus efficere voluit filios ſuos, miſit ſpiritũ filij ſui (id eſt, eũdẽ quo ille nõ ad mẽſurã plenus fuit, & quẽ ſuis fidelibus ipſe promiſit, & qui à filio procedit) in ſpiri-

a At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filium ſuũ factũ ex muliere, factum ſub lege,

b vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionẽ filiorum acciperemus,

c Quoniam autẽ eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamantẽ, Abba, pater.

in ſpiritum noſtrũ qui nos faceret clamare cũ fiducia, Abba, quod eſt pater: a Iam igitur quiſquis credit, non vltra eſt ſeruus, ſed filius per adoptionem, ac perinde & hæres Dei patris, per Chriſtũ, per quẽ adoptionem hanc conſequuti ſumus. b Sed olim quidẽ antequã reuelata eſſet fides, vos Gẽtiles ſeruiebatis idolis, quæ nõ natura aut veritate, ſed ſolo nomine & opinione dij habentur, idque propter ignorantiæ veſtræ cæcitatem. c Nunc verò quum cognoueritis Deum nec poſsitis ignorantiæ velamen prætendere, imò quum ſitis ipſi cogniti, & ſingulariter reſpecti à domino: d quomodo rurſus cõuertimini ad legales iſtãs & corporales obſeruãtias, nec valentes, nec ſufficientes iuſtitiã aut ſalutem conferre, e quibus nũc velut de nouo vos ſubijcitis, quẽadmodum olim idololatri, quũ nunquam eas obſeruaueritis? f Iam dies obſeruatis feſtos à reliquis diſcernẽtes, & menſes & annos, & tẽpora, ſecũdùm legis præſcriptiões obſerua-

a Itaq; iam non eſt ſeruus ſed filius. Quòd ſi filius, & hæres per Deũ.

b Tunc quidem ignorãtes Deum, ijs qui natura nõ ſunt dij ſeruiebatis.

c Nunc autẽ cùm cognoueritis Deũ imò cogniti ſitis à Deo,

d quomodo cõuertimini iterum, ad infirma & egena elementa,

e quibus denuò ſeruire vultis?

f dies obſeruatis, & menſes, & tẽpora, & annos.

obſeruatis. a Timeo de vobis, ne fortè fructus laboris mei pereat, quem impendi in vobis inſtruẽdis, niſi reſipiſcatis. Fruſtra enim laboraſſe me reputo, ſi vos ad ſalutem, quòd ſemper laboraui, non adduco. b Eſtote vos ſimiles mei in Euãgelij libertate viuẽtes, quoniã & ego propter vos factus ſum ſimilis veſtri, legem non obſeruãs, vt ipſo exemplo meo docerem omnes libertatẽ Euangelij. c Fratres mei dilectiſsimi, non ego hæc velut exacerbatus paſsionibus loquor, ſed ex compaſsione nimia, propter charitatem, obſecrans dico: Nihil enim me læſiſtis, vt erga vos debeam ex mea parte, eſſe exacerbatus, ſed vobiſipſis nocuiſtis plurimùm. d Ipſi autem ſcitis, ꝙ nuper prædicauerim vobis Euangeliũ, in multa humilitate & perſecutione corporali. e Nec tamen ob meam tentationẽ hanc veſtrã, qua à mea abiectione corporali tẽtari meritò potuiſſetis, meam prędicationem ſpreuiſtis aut abiecciſtis: f ſed ſicut angelũ Dei, imò

a Timeo vobis, ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis.

b Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos.

c Fratres obſecro vos.

nihil me læſiſtis.

d Scitis aũt, quia per infirmitatem carnis Euangelizaui vobis iampridem:

e & tentationẽ veſtram in carne mea nõ ſpreuiſtis, neq; reſpuiſtis:

f Sed ſicut angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtũ Ieſum.

C ſicut

ſicut Chriſtum ipſum, cum maximo honore & attentione ſumma me excepiſtis. a Vbi verò nunc iſta præclara initia, ex quib⁹ ſecúdùm ſpē beatos vos reputabamus? b Illud enim teſtificor de vobis ꝙ ob ſummū noſtri amorem etiam ſi oculos veſtros potuiſſetis eruere, dediſſetis vtique mihi: id eſt, nulli rei vel chariſsimæ, noſtri gratia parcere voluiſſetis. c Nequaꝗ igitur me inimicū vobis factū puto, ex eo ꝙ veritatē obiurgans apertè ꝓpono. Forſitan & hi qui circuncisionē prædicāt, zelo erga vos afficiuntur. d Quòd ſi vos æmulantur: cōſtat, quia non rectè æmulāt, quia nō ſecūdùm ſcientiā, & cōtra Euangelij veſtrámque libertatem. e Sed excludere vos volūt à veritate Euāgelij, vt vos diſcipulos habeant in ſeruitute legis, ſuarū obſeruātiarū ſectatores. f Vos aūt id qđ verè bonū eſt ſectemini, & tenere ſtudeatis ſemper, nō ad tempus tantùm, quandiu præſens ſum apud vos: vt à bono nunquàm recedatis, & in eo ſemper permaneatis.

a Vbi eſt ergo beatitudo veſtra?

b Teſtimonium enim perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi.

c Ergo inimicus vobis factus ſum verū dicens vobis?

d Aemulantur vos non bene:

e Sed excludere vos volunt vt illos æmulemini.

f Bonum autem æmulamini in bono ſemper, & non tantùm cum præſens ſum apud vos.

tis. a Semel vos ego per Euangelium in Chriſto genui, filioli mei, quos tenerrimè diligo, & nũc iterũ in viſcerib⁹ geſto, velut denuò parturiens, in Chriſto vos iterum gignere cupiens, b donec efficiam, vt rurſus Chriſtus habitet in vobis cuius formã perdidiſtis quando à virtute Euangelij, ad legis obſeruãtias declinaſtis. c Optarẽ ſanè ad tẽpus aliquantùm præſens eſſe apud vos, vt poſsim cõmutata voce, ſecũdùm affectionẽ cordis mei (quæ verbis efficacius quàm literis exprimitur) nũc increpare, nũc exhortari, nunc inſtruere. Neſcio enim affectum meũ, quo vos amo, veſtrámque ſalutẽ deſydero, anguſtijs literarum harum concludere. d Idqùe optarem, ſi fieri poſſet, quoniam confundor in vobis, dũ quales non ſperabam, vos inuenio, & qualia à vobis expectabamus, minimè præſtatis. e Qui igitur vultis eſſe ſub lege, reſpondete mihi: Legem non legiſtis? f Si enim legiſtis, notum vobis eſſe credo de duobus Abrahę filijs,

a Filioli mei, quos iterum parturio.

b donec formetur Chriſtus in vobis.

c vellem aũt eſſe apud vos modò & mutare vocẽ meã.

d quoniam cõfundor in vobis.

e Dicite mihi, qui ſub lege vultis eſſe: legem nõ legiſtis?

f ſcriptũ eſt enim, quoniam Abrahã duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnũ de libera.

quorum alterum de ancilla Agar, alterum de libera vxore Sara, ſuſcepit. a Sed ancillæ filius, ſecundùm carnem, id eſt ſecundùm naturalem ſeminis virtutem, naturalémque propagationem, ſine vllo miraculo aut promiſsione, natus eſt: b Filius autem liberę, non ſecundùm cōmunem naturalis propagationis curſum, neque ſolitam ſeminis efficaciã, ſed ſpeciali miraculo, per repromiſsionẽ eſt natus. c Sunt autem hæc allegoricè intelligẽda, & ad nouæ eccleſiæ myſteria, conformanda. d Significantur enim in his teſtamẽta duo & duæ eccleſiæ, nempe vetus teſtamentum ac vetus Iudæorum ſynagoga, & nouum teſtamẽtum cum noua eccleſia. e Vnum quidẽ teſtamentum in monte Sina datum eſt, quod ſeruire facit Iudæos, & ſynagogam habet ſeruituti ſubiectam. Atque hanc veterem legem & ſynagogam quæ in lege generat ſeruos, Agar ſignificat. f Nam Sina eſt mons in Arabia, qui cognatus eſt, & ſimilitudine quadam coniun-

a Sed qui de ancilla, ſecūdùm carnem natus eſt.

b qui autem de libera,

per repromiſsionẽ,

c Quæ ſunt per allegoriam dicta.

d Hæc enim ſunt duo teſtamenta.

e Vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutẽ generãs, quæ eſt Agar.

f Sina enim mõs eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei, quæ nũc eſt Hieruſalem & ſeruit cum filijs ſuis.

coniunctus illi ciuitati, quæ nunc eſt in Hieruſalem, que ſeruit ſub lege veteri, & omnes inhabitatores eius. Nam hæc eſt cōiunctio inter monté Sina & Hieruſalem (in qua ſeruit ſynagoga) quòd ſicut lex ſeruitutis in monte Sina data eſt primùm, ita eius obſeruatio & ſeruitus, in ipſa Hieruſalem viget.

a Illa autē altera Hieruſalem noua eccleſia Chriſti, quæ per fidem eſt ſurſum, & ſupra legis ſeruitutē libertate ſupereminens, eſt mater noſtra, per legem nouam (in qua fundata eſt) nos in libertate generans: & hæc, per Saram liberam ſignificatur. b Nam de huius eccleſiæ nouæ glorioſa libertate, ſcripſit multò ante Eſaias, eccleſiam in ſpiritu nouam alloquens hiſce ſermonibus: Lætare, inquit, ô eccleſia Gentium, quæ olim ſterilis vocata, non pariebas filios Deo, erūpe in gaudiū & clama in gratiarum actione, quæ olim Deo populum non acquirebas. c Quoniam tu quæ deſerta reputabaris, multò plures filios Deo gignes, quàm illa

a Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt: quæ eſt mater noſtra.

b Scriptum eſt enim:

Lætare ſterilis, quæ nō parturis: erūpe & clama, quæ non paris:

c quia multi filij deſertæ magis quàm eius quæ habet virum.

vetus ſynagoga,quę legẽ habebat cui erat deſpõſata. a Nos autem fratres , omnes filij Abrahæ ſumus,de quibus ipſe promiſsionem accepit,& nos eius promiſsionem ſimiliter accepimus,filij Abrahæ exiſtentes ad ſimilitudinem Iſaac, non ſecundùm carnem,ſed ſecundùm ſpiritum & promiſsionem.

a Nos autem fratres ſecũdùm Iſaac promißionis filij ſumus.

b Neque mirum vobis videatur ſi nunc noſtrã libertatẽ perſequãtur Iudæi,qui etiã tũc Iſmahel carnaliter de ancilla genitus perſequebatur , & affligebat moleſtijs Iſaac, miraculoſè ex promiſsione genitũ. c Conſolatur aũt nos,ꝙ ſcriptura his pueris præſignauit, quando voce Saræ,& domini cõfirmantis,iuſſus eſt eijci filius ancillæ,cũ matre ſua, id eſt, Iudæus cũ ſynagoga matre ſua, d vt hæreditatẽ non habeat filius ancillæ cũ filio liberæ:hoc eſt carnalis Iudæus cũ fideli. e Itaque fratres nos Abrahæ quidem filij ſumus, non tamen de ancilla,ſed de libera liberi nati:ea,inquam,libertate qua Chriſt⁹ ꝑ mortẽ ſuã liberauit.

b Sed quemadmodum tunc is qui ſecundùm carnem natus fuerat,perſequebatur eum qui ſecundùm ſpiritũ, ita & nunc.

c Sed quid dicit ſcriptura ? Eijce ancillam & filiũ eius:

d Nõ enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ.

e Itaq; fratres nõ ſumus ancillæ filij,ſed liberæ,qua libertate Chriſtus nos liberauit.

Eluci-

Elucidatio CAP. V.

Q a Vemadmodum igitur Chriſtus vos redemit à ſeruitute, ita ſtate, neque rurſum ſinatis vos ſeruitutis iugo onerari. b Ecce ego Paulus Chriſti miniſter & veſter Apoſtolus denũcio vobis, ꝙ ſi fiduciã habentes in legis carnali obſeruantia circunciſionẽ ſuſcipiatis, Chriſtianæ fidei meritũ non habetis. c Conteſtor iterũ omnẽ hominẽ qui ſe circũcidi curat, tanquàm rẽ ſaluti neceſſariam, ꝙ debitorem ſe conſtituit vniuerſæ legis implendæ. Qua enim cõſcientia ſe aſtrictum putat circunciſioni, quæ eſt cæterorũ legaliũ ianua, eadẽ cogitur & ad reliqua legis obſeruãda. d Fructũ perdidiſtis quẽ in Chriſto habebatis, qcũque in legalibus iuſtificari quæritis, & à gratia dei excidiſtis. e Nos enim fideles chriſti expectamus, & ſperamus iuſtitiam conſequi ex fide, per ſpiritũ, non ex carnalibus iſtis legis obſeruãtijs. f Nam per Chriſtũ Ieſum factum eſt, vt nec Iudaiſmus, nec

TEXTVS

Cap. V.

a State & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.

b Ecce ego Paulus dico vobis: quoniã ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.

c Teſtificor autẽ rurſus omni homĩni circuncidẽti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.

d Euacuati eſtis à Chriſto qui ĩ lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis.

e Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus.

f Nã in Chriſto Ieſu, neq; circũciſio aliquid valet, neq; præputiũ, ſed fides quæ per charitatem operatur.

Gentilitas,quicquàm valeat ad veram iuſtitiam atque ſalutem,ſed fides ſola,per dilectionem viuificata,atque operans per eam.Ipſa eſt quæ valet ad iuſtitiã veram,& ſalutẽ. a Nuper quum à vobis abſcederem,bona fide rectè ambulabatis.Quis nunc ſeductor aut inuidus,curſumveſtrum bonum impediuit,vt nunc veritati ſitis facti inobedientes? b Rogo vos nemini fidẽ habeatis,qui vos docet aliter quàm edocti eſtis. c Perſuaſio iſta à quocunque tandem ſuggeratur,non eſt à Deo qui vos vocauit.Quomodo enim à Deo foret, quum Deus vos ad libertatem vocauerit,iſti autem ad ſeruitutẽvos cogant? d Modicũ fermenti vniuerſam maſſam fermentat. Atque ita vel paululùm falſę doctrinæ ſuſceptæ,fidem totam corrumpit ac idémque facit vt Deo nó placeat: & paucorum inter vos peruerſitas omnes vos,omnémque veſtrã eccleſiam, quærit fermentare, prauíſque dogmatibus corrumpere. e Ego aũt confido in dño, ꝙ vos qui-

a currebatis bene:

Quis vos impediuit veritati non obedire?

b Nemini conſenſeritis.

c Perſuaſio hæc, non eſt ex eo qui vocat vos.

d Modicũ fermentum totã maſſam corrumpit.

e Ego confido in vobis in domino,

quidem(quantùm ad maiorē partem veſtrū)ad mentē redeuntes, nihil aliud in finem quàm veritas habet ſapietis,nec aliud quàm edocti eſtis,tenebitis. a Cæterùm pauci illi corruptæ doctrinæ homines,qui huius conturbationis, falſa prędicatione ſua,ſunt authores,quicunque tandem illi fuerint, nō euadēt impuniti:ſed iudicium dānationis æternæ accipient, niſi agant pœnitentiam. b Ego aūt, fratres mei,ſi circūciſionem atque cætera legis,adhuc vellem prædicare nō mihi opus eſſet tātas perſecutiones ſuſtinere,quarum plurimas à Iudæis perfero,& pertuli. c Et ſi illam tantùm prædicare velim ceſſabit apud Iudæos omne ſcandalum,& omnis offenſio qua nunc offenduntur cruci Chriſti, eo quòd prædicamus,per ipſam circunciſionem cæteráſque legis obſeruantias ſublatas eſſe. d Vtinam abſcindantur à veſtra eccleſia,qui vos ſubuertunt à libertate ad ſeruitutem traducentes. e Vos enim fratres,in libertatem eſtis à

quòd nihil aliud ſapietis,

a Qui aūt cōturbat vos, portabit iudicium, quicunque eſt ille.

b Ego autem fratres ſi circūciſionē adhuc prædico, quid adhuc perſecutionem patior?

c Ergo euacuatū eſt ſcandalū crucis.

d Vtinā et abſcindantur qui vos cōturbant.

e Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres:

Deo

Deo vocati,neque vllis vobis obſeruãtijs carnalibus legis opus eſt.

a Tantùm ne libertatem in occaſionẽ detis carnis, b ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.

a Tantùm videte ne hac libertate abutentes,ſub eius prætextu,ſerui efficiamini veſtrorũ carnalium deſyderiorũ. b ſed per charitatẽ ſpiritus, ſubditi eſtote, & ſeruite inuicẽ, facientes alijs quæ velitis vobis fieri,in operibus fraternę dilectionis,voſipſos diligẽter exercẽtes.

c Omnis enim lex in vno ſermone impletur: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum.

c Summa enim oĩm eorũ quę lex erga ꝓximũ præcepit in vnius verbi illius obſeruãtia,implet̃, Diliges proximũ tuum,ſicut teipſum.

d Quòd ſi inuicẽ mordetis,& comeditis,videte ne ab inuicem conſummamini:

d Quòd ſi detractionibus inuicem mordetis, & apertis inuidentiæ rixis inuicem velut comeditis, periculũ eſt ne mutuis hiſce odijs cõſumpti,etiã pereatis.

e dico autem in chriſto ſpiritu ambulate,& deſyderia carnis nõ perficietis,

e Secundùm Chriſti autẽ præcepta & doctrinam loquẽs,moneo vos vt legalibus obſeruantijs dimiſsis,ſecũdùm ſpiritusſancti inſtinctũ atque ducatũ,vitã inſtituatis.Ita fiet vt carnalia deſyderia non cõpleatis, quæ ſpiritui aduerſant̃.

f Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum:

f Carnalis enim appetitus, voluntati ſpiritus (quæ naturaliter ad bonum depræ-

deprçcatur,& multomagis per gratiam Dei adiuta) contrariatur in appetendo: a & ſpiritus ſimiliter deſyderia carnis concupiſcentijs ſunt contraria. Caro enim, praua quæque ex ſua peruerſitate ab infantia appetit: Spiritus verò humanus, potiſsimũ ſpiritu diuino adiutus ad optima magis ſolicitat. b Hęc enim duo ſibiinuicẽ in appetẽdo cõtraria aduerſantur, atque inuicem obſiſtunt. Vnde fit vt nõ quæcunque volumus ſecũdùm ſpiritus deſyderiũ, ſtatim opere impleamus: quoniã aduerſantur ſpiritus deſyderio, carnalis concupiſcẽtia, quæ bonum voluntatis deſyderium nõ rarò impedit. c Quòd ſi ſpirituſſancti ducatũ ſequimini, carnalibus cõcupiſcẽtijs ritè ſubactis iram ſub legis nullius ſeruitute vltra cõtinemini: quoniã ſupra legem facti, etiam quæ legis ſunt nõ propter timorẽ pœnæ, ſed propria volũtate liberè peragitis, neque lex iuſtis eſt poſita. d Quoniam autẽ ab operibus carnis dixi cauendum, ecce in manifeſto ſunt: vide-

a ſpiritus autem aduerſus carnem.

b Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur:

vt non quæcunq; vultis illa faciatis.

c Quòd ſi ſpiritu ducimini, nõ eſtis ſub lege.

d Manifeſta ſunt autẽ opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immundicia,

videlicet fornicatio quelibet in genere, immundicia, quantùm ad cõcubitus ſingularem fœditatem habentes ex impudicitia, quãtùm ad tactus impudicos & molles, aut ſimilia, & in generali quælibet luxuriæ turpitudo: a idolorum ſeruitus, veneficiorum vſus, inimicitiæ in corde, cõtentiones in ore, æmulationes pro eiſdẽ aſſequẽdis honorib9, iræ interius, exterius rixę, diſſentiones in occulto, ſectæ ac diuiſiones in publico, inuidiæ de aliorũ bonis, homicidia, ebrietates, cõmeſſationes, in quibus obſcœnis cãtilenis vacatur, hiſque ſimilia: b de quibus & prædixi olim præſens, & dico nũc antequàm in iudicium & condemnationẽ incidatis, quòd qui talia agunt ſpem non habent conſequẽdi regni cœleſtis, donec in his aut horum vllo permaneant, & pœnitentiam non egerint. c Fructus aũt qui in ſpiritu ſancto oriuntur, ſunt charitas omnium radix bonorum gaudiũ internum ex Dei præſentia cõſurgens, pax cordis ex conſcientiæ ſere-

impuduitia, luxuria, a idolorũ ſeruitus veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſentiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, cõmeſſationes, & ſimilia:

b quæ prædico vobis ſicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnũ Dei *non conſequẽtur.*

c Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, gaudium, pax,

ſerenitate ac libertate procedens,
patiētia ad tolerād̄a aduerſa quę- *patientia,*
libet occurrentia, a longanimi- *a longanimitas,*
tas in ſuſtinēdo promiſſa Dei, bo- *bonitas,*
nitas ſiue dulcedo cordis, benigni *benignitas,*
tas in ſupportandis ſine amaritu-
dine aliorum defectibus, manſue- *manſuetudo,*
tudo quæ eſt lenitas in verbis, &
conuerſatione erga proximos,
b fides fiduciáque excellens, quæ *b fides,*
montes tranſferat, modeſtia in o- *modeſtia,*
mnibus modum ponens, licitis &
conceſsis, continētia à carnalibus *continentia*
deſyderijs, & caſtitas ne coitus fiat *caſtitas.*
abuſus. c Contra huiuſmodi, nō *c Aduerſus huiuſ*
data eſt lex, quoniam hæc lege nō *modi nō eſt lex.*
prohibentur. Imò ad hæc, tendit
omnis lex. Neque vlla eſt lex, quæ
contra iſtarum rerum obſeruato-
res quicquā loquitur. d Qui au- *d Qui autē ſunt*
tem Chriſti ſunt membra, & verè *Chriſti, carnē ſuā*
Chriſtiani eſſe volunt, his omne *crucifixerunt cum*
ſtudium eſt, vt per ſpiritum carnē *vitijs & concupi-*
crucifigentes mortificent, vt pecca *ſcentijs.*
to non viuāt: ſimul & vitia omnia
atque deſyderia mala, ad quæ ſem
per eſt prona caro, quantùm in ip-
ſis eſt, exterminent.

TEXTVS. Cap. VI.

a Si ſpiritu viuimus, ſpiritu et ambulemus.

b Non efficiamur inanis gloria cupidi inuicẽ prouocãtes, inuicem inuadentes.

c Fratres, & ſi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,

d vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu leuitatis:

e conſyderans teipſum, ne & tu tẽteris.

f Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

g Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cũ nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.

Elucidatio CAP. VI.

Ia Taque ſi in nobis eſt ſpiritus ſanctus, & ſi ſpiritu ipſo viuimus operemur & opera ſpiritus. b Nõ ſimus vanæ gloriæ dediti, neque inuicem ad iram aut rixas prouocantes, neque inuidiã geramus in pectore. c Fratres mei, de infirmorũ ſalute ſolicitus moneo vos, ſi per fragilitatem aut ignorantiã contingat quempiam incidere in aliquod peccatũ, quod ſanari poſſit, d cæteri ſpiritualiores & robuſtiores curam habeant, vt collapſum bonis monitionibus erigãt, in ſpiritu dulcedinis & manſuetudinis: e ita vt conſyderet vnuſquiſque ſemetipſum, quoniam & ipſe labi poteſt in deteriora. f Mutuas infirmitates tolerate: & vos inuicem in via Dei adiuuate, & ſic per omnia adimplebitis legẽ Chriſti, quę in charitate ſola perficitur. g Nã ſi quis ſibi perſuadet, ſe magnum aliquid eſſe, ob hoc cæteros infirmos deſpiciens, cùm verè nihil ſit ante Deum qui ſibi placet, ſeipſum hic in errorẽ mittit, quia ſibi

ſibi blanditur, & perſuadet quod nõ eſt. a Opus autẽ ſuũ examinet vnuſquiſque, & ſic habebit gloriã tãtùm in ſeipſo & ijs quæ in ſe cõperit: nõ autem alterius comparatione, qui forſitan videtur imperfectior: quemadmodum ſolent homines iactabundi ſeipſos magnificare, conſyderatione aliorum qui inferiores videntur in virtutibus. b Vnuſquiſque enim ſuũ accipiet iudiciũ, & pro ſuis operibus mercedem c Communicet autem is qui inſtruitur verbo prædicatiõis, inſtructori ſuo de omnibus bonis ſuis, quæ ſunt ad ſuſtentationẽ doctoris neceſſaria. d Nemo verò ſeipſum vanis perſuaſiõibus erroneè illudat. Deũ nemo poteſt fallere, qui ſecundùm veritatẽ nouit & iudicat oĩa. e Quæcũque enim vnuſquiſque nũc fuerit operatus in hoc tẽpore, de his in futuro accipiet remunerationem. f Quoniam qui in carne ſeminat, ea quę carnis ſunt perficientes, & ſecundùm carnem ambulãtes, ex carne nihil niſi perditionẽ reportabũt.

Qui.

a Opus autẽ ſuũ probet vnuſquiſq;, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriã habebit & nõ in altero.

b Vnuſquiſque enim onus ſuũ portabit.

c Cõmunicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat in omnibus bonis.

d Nolite errare: Deus non irridetur.

e Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet.

f Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionẽ.

a qui autem ſemi nat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitã æternam.

a Qui autẽ in ſpiritu ſeminat, quę ſpiritus ſunt operando ſtudioſè, pro remuneratione accipiet vitã, & eam ſempiternam. Neminem verò tædeat laboris aut expectationis, vt tædio quis fractus, à bene cœptis corpore reſolutus deſiſtat.

b Bonum autem facientes, non deficiamus. tẽpore enim ſuo metemus non deficientes.

c Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes:

b Nõ enim fatigari corpore, aut ceſſare nos conuenit ab operibus bonis, quoniã cùm aduenerit tempus remunerationis, ſine fine accipiemus bonarũ operationũ retributionẽ. c Et quoniã iuxta ſeminationẽ erit meſsis, rogo vos fratres mei, vt dum tempus iſtud habemus, in quo bene operari licet operemur bonũ, & bene conuerſemur erga omnes homines, vbicunque detur occaſio, quoniam Deus omniũ hominũ dominus:

d maximè autẽ ad domeſticos fidei.

d Peculiariter tamen erga fideles, qui ſunt per fidem domeſtici noſtri & Dei, nẽpe ad eandẽ eccleſiã nobiſcũ pertinentes, exiſtẽtes de domo & familia Dei.

e Videte, qualibus literis ſcripſi vobis mea manu.

e Videte, quẽadmodũ in literis his, proprie manus teſtimonium inſcripſerim: partim vt charitatis noſtræ efficacius habeatis

beatis teſtimoniũ partim vt à pſeu
doapoſtolis ſeductoribus, noſtras
literas diſcernatis. a Quicunque
enim volũt hominibus placere, &
ĩn carne gloriari, hi ſunt qui vos
faciũt circuncidi, ob hoc tantùm
vt perſecutionem nõ patiãtur cru
cis Chriſti, quam pati timerent, ſi
circuncifionem euacuarẽt: ſicut &
ego patior, quia crucis Chriſti glo
riã & libertatẽ prædico. b Nã ne
que ipſi circunciſi, qui vobis circũ
ciſionẽ prædicant, legẽ obſeruant.
Vnde patet eos ſatis ſcire, quod nõ
ſit neceſſaria legis obſeruatio.
c Volunt tamẽ vos in circũciſio-
nẽ inducere, vt glorientur in car-
nali veſtra circunciſione, tãquàm
magiſtri veſtri. d A me autẽ pro-
cul ſit omnis huiuſmodi gloriatio.
Nolo enim in aliquo gloriari, niſi
in virtute crucis & mortis Chriſti,
in qua ſola, ſalus perfecta eſt hu-
mano generi, e per quem Chri-
ſtum crucifixum, mũdus totus mi-
hi mortuus eſt, & ego mundo ſum
mortuus: eo quòd nihil prorſus eo
rum quæ habet mundus, aut me-

a Quicunq; enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tã tùm vt crucis chriſti perſecutionem non patiantur.

b neq; enim qui circunciduntur, legem cuſtodiũt.

c sed volunt vos circuncidi, vt in carne veſtra glorientur.

d Mihi aũt abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.

e per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

poſsit oblectare, aut ego queã cõcupiſcere, qui ꝓpter crucifixi amorem, in nullo alio præter quàm in ipſo, poſſum, oblectari. a Vt enim Chriſto Ieſu placeas, illique acceptus fias, & ſalutis eius particeps efficiaris, nihil confert circunciſum eſſe carne aut incircunciſum, b ſed ſpiritualis per fidem regeneratio in nouam creaturam, vetuſtate omni in baptiſmo depoſita, hæc ſola ad ſalutem Chriſti cõducit. c Et quicunque hunc canonem propoſitum fuerint ſequuti, nempe gloriari in ſola Chriſti morte, & in regeneratione nouæ creaturæ: precor magnum Deum omnipotentem, vt requieſcat & maneat ſuper illos pax, & miſericordia, & ſuper omnem populum fidelem, qui credit in Deum. d De cętero, nemo ſit mihi moleſtus, vt mihi ſuadeat circunciſionis aut legis prædicationem. e Ego enim ſtigmata Chriſti, quaſi miles eius glorioſus, & cicatrices, in meo corpore porto, tanquàm ſigna paſsionum & vulnerum, quæ ob Chriſti amorem

a In Chriſto enim Ieſu, neq; circunciſio aliquid valet, neque præputium,
b ſed noua creatura.
c Et quicunque hanc regulam ſecuti fuerint,
pax ſuper illos, et miſericordia, & ſuper Iſraël Dei,
d de cætero nemo mihi moleſtus ſit.
e Ego enim ſtigmata domini Ieſu, in corpore meo porto.

amorem & prædicatione, ſuſcepi: in quibus glorior, dum recordor perſequutionũ, quas pro crucis gloria, & Euangelica libertate ſuſtinui. a Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit cum ſpiritu veſtro fratres, Amen.

a Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ ſpiritu veſtro fratres, Amẽ.

Finis.

FINIS ELVCIDATIONIS in Epiſtolam ad Galatas beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Epheſios Beati Pauli Apoſtoli.

QVEMADMODVM EX Apoſtolorum actis diſcimus, multùm apud Epheſios fructum in fide & negotio Chriſti, Paulus conquiſierat. Manſit nanque apud eos biennium totum, quotidie diſputans in ſchola tyranni cuiuſdam: vbi & virtutes non modicas faciebat Deus per manus Pauli, ita vt etiam ſuper languidos de-

latis à corpore eius ſudarijs, ipſi ſanarentur: quando & coram omnibus allati ſunt combuſtíque libri eorum qui curioſa fuerant ſectati, quorum precium erat denariorũ quinquaginta millium. Et omnino fortiter apud hos creſcebat verbum Dei, *& confirmabatur. Ad hos ergo de carcere ſcribit hanc* Epiſtolam, *altiſsimis myſterijs & ſacramentis abditiſsimis refertã: iuxta id quod* Corinthijs *ſcripſerat*, Sapientiam *loquimur inter perfectos, & ſapientiã* Dei *myſterio, quæ abſcondita eſt, quam nemo principum huius ſæculi cognouit.* Vnde *præ omnibus* Pauli *epiſtolis, ſublimibus intelligentijs & cœleſti ſapientia iſta eſt plenior, potiſsimùm quãtùm ad priora duo capitula.* In *quibus magnificentiam diuinorum beneficiorum, quæ nobis ab æterno quidem* Deus *donare diſpoſuit, ſed in hoc tempore gratiæ, ſecundùm prouidam ſuam diſpenſationem, nũc primum opere exhibuit, mirificè collaudat: pro eis & ipſe gratias agens & cæteros quibus ſcribit ſimiliter ad gratiarum actionem inuitans.* Specialius *autem, ſecundo capitulo, in memoriam eis reducit, quemadmodum à morte & ira* Dei, *per* Chriſtum *ſint liberati, & ad vitã reſtaurati*, Dei *ſolius munere, non ex vllis ipſorum præcedentibus meritis: eo quod per ſolam gratiam & charitatẽ ſuã,* Chriſtus Dei *filius mortem pro nobis ſuſtinere voluit, per quam totius humani generis redemptio perfecta creditur per quam etiã inimicitiæ omnes & ſimultates, quæ inter* Iudæos *erant atque* Gentiles, *ſublatæ ſunt, ambobus populis in vnam eccleſiam (interfectis inimicitijs parieteq; ſublato) compoſitis, ad inuicémque pacificatis, & ſimul* Deo *in vno corpore reconciliatis:* Ita *vt per ipſum mediatorem,*

torem, vtrique æqualem habeant ad Deū acceſſum, ſintq́; amodo & ciues ſanctorum, & domeſtici Dei*, tam Iudæi quàm* Gentiles*, in vno ſummo angulari lapide Chriſto coædificati, in habitaculum* Dei. *Quorum altiſſimorū myſteriorum, capite tertio, ſe miniſtrum dicens Apoſtolus & prædicatorem, eoſdem hortatur, vt a ſemel ſuſcepta fide, propter captiuitatis ſuæ vincula, non deficiant. Precatur etiam* Deum*, à quo omnis paternitas: vt illis det in finem cordis ſemper habere oculos illuminatos, vt in ijs quæ ſemel crediderunt, permaneant ſtabiles.* Circa *mediū autem epiſtolæ, tertij capitis initio, ad moralia deſcendens, vt iuxta vocationem ſuam dignè viuant, obſecrando cōmonefacit: potiſſimùm autem, vt vnitati & paci ſolicitè ſtudeāt:* Nec *ob gratiarum diuerſitatem, quas pro ſuo arbitrio* Deus *diſtribuit, vlla ſit diſſenſio.* Huius *autem occaſione, multiformia* Dei *dona in vtilitatem eccleſiæ collata, enumerat: quibus eccleſiæ corpus ædificatur, creſcit, conſummatur, atque perficitur in* Chriſto *capite, per mutuū membrorum miniſterium.* Ac *deinde, cum obteſtatione monet ad* Chriſtum *conuerſos, non conformari ijs, qui in infidelitate ſua omni immunditiæ, deſperati hominis, ſe tradiderunt: ſed vt ſpiritu renouentur, nouúmque induant hominem, veteri depoſito, ad mendacij, iræ immoderatæ, furti, ſermonis mali, amaritudinis, indignationis, & aliorum eiuſmodi vitiorū deteſtationem, ſpecialius deſcendēdo.* Similia *ferè quæ ad mores pertinent,* Chriſti *propoſito exemplo, vſque ad quinti capitis medium proſequitur. In quibus hoc eſt præcipuum eorum quæ admonet: vt tāquàm lucis filij conuerſationem ſuam inſtituant, quo per eorum*

bonam conuerſationem tenebroſa infidelium opera redarguantur. A *quinti autem capitis medio, vſque ad medium ſexti, præſcribit: primùm vxoribus, quomodo viris vt* Chri*ſto debeant eſſe ſubiectæ, eo quod caput mulieris ſit vir: ſimul & viris, vt ſuas vxores tanquàm corpora ſua diligant, quomodo &* Chriſtus *eccleſiam opere & veritate dilexit: ſacramentum quod in coniunctione eſt viri cum muliere (ad ſignificãdum eam quæ eſt inter* Chriſtum *& eccleſiam coniunctionem) aperiens.* Initio *verò capituli ſexti filijs edicit, vt parentibus ex* Dei *mãdato ſubiaceãt: patresq; viciſsim monet, ne ad amaritudinem animi ſuos filios vanè prouocent, ſed educationem, diſciplinam, & correptionem, eis pro ſuo officio præſtent.* Seruos, *dominis ſuis vt Chriſto ſeruire docet, qui illis reddet bonam & plenam, pro ſua ſeruitute bona, mercedem.* Dominos *ex aduerſo monet, quod æquum eſt præſtare ſeruis: ſciẽtes, quod ſuperiorem habeant dominum, qui ſine perſonæ acceptione, pro ſeruis faciet iudicium, ſi non vt æquum eſt illos tractauerunt.* Poſt *quæ, ad finem tendens epiſtolæ, eos iubet* Dei *armaturam induere, qua contra malignorum ſpiritum impugnationes queant reſiſtere: Atque ita adiunctis familiaribus quibuſdam, terminat* Epiſtolam.

FINIS ARGVMETI IN
Epiſtolam beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Epheſios, beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

a PAulus ſecũdùm volũtatem Dei patris, Apoſtolus Ieſu Chriſti filij eius, ſcribit, ſalutémque dicit: omnibus fidelibus q̃ ſunt Epheſi, atque etiam omnibus qui credunt in Chriſtum, vbicunque locorum conſiſtant aut cuiuſcunque conditionis ſtatúſue exiſtant. b Gratia ſit vobis ſpiritus ſancti, & vera pax cordis à Deo qui eſt pater noſter, & à domino Ieſu Chriſto. c Laudandus atque magnificãdus cum gratiarum actione eſt dominus

TEXTVS Epiſtolæ ad Epheſios beati Pauli Apoſtoli.

*

TEXTVS Cap. I.

a PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per volũtatẽ Dei, omnib⁹ ſanctis qui ſunt Epheſi, & fidelibus omnibus in Chriſto Ieſu.

b Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.

c Benedict⁹ Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti: qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in Chriſto.

Deus,qui beneficientiã ſuam erga nos oſtendit in donatione ſpiritualium bonorum,quæ in cœlo poſſidebimus,per Chriſtum Ieſum.

a ſicut elegit nos in ipſo,ante mũdi conſtitutionem,

a Iuxta quod elegit nos pater ab æterno,in filio ſuo,antequàm iacerentur fundamẽta orbis,id eſt,ante creationem mundi.

b vt eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu eius in charitate.

b Elegit, inquam,vt eſſemus ſancti per fidẽ veram,& immaculati in operibus bonis,in veritate,coram eo,idque in amore & libertate,non in timore atque ſeruitnte.

c Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum,per Ieſum Chriſtum in ipſum,

c Qui pater, pręordinauit ab ęterno facere nos filios ſuos adoptiuos, per mediatorem Chriſtum,vt nos ſic vnũ faceret cum ipſo. Neque hoc vlla fecit, aut neceſſitate compulſus,aut vtilitate inductus,

d ſecundùm propoſitũ voluntatis ſuæ,in laudẽ gloriæ gratiæ ſuæ,

d ſed ſecundùm propoſitum benignæ voluntatis ſuæ,vt laudaretur in nobis gloria & magnificentia gratiæ ſuę,

e in qua gratificauit nos,in dilecto filio ſuo,

e per quam nos,qui ante eramus abominabiles & ſordidi honeſtauit, ornauit,gratóſque fecit & amabiles,in dilecto filio ſuo: quẽ pro nobis cohoneſtandis fecit eſſe opprobrium hominum:

f in quo habemus redemptionẽ per ſanguinem eius,

f Per quem filium

lium redempti ſumus à iugo legis, ſeruitute diaboli & peccati, per efficaciam ſanguinis eius. a Quæ redemptio eſt remiſsio peccatorũ noſtrorum, tam originalis quàm actualiũ, b ſecundùm copioſam & ſuperabundantem gratiam ſuã quæ in nobis abundanter eſt multiplicata, in omni ſapientia cœleſtium myſteriorum, quæ ad fidem & ſpem noſtram pertinent, & in omni ſcientia agendorum: c Ad hoc, vt nobis notum faceret illud occultum decretum atque myſterium voluntatis ſuæ, iuxta beneplacitum ſuum: d quod ſacramẽtum vel beneplacitum, propoſuit in Chriſto filio ſuo diſpenſando implere, plenitudine temporis adueniente, quod ad hoc fuit ab ęterno præordinatum: e Sacramentum autem hoc & propoſitum, eſt inſtauratio & reparatio omnium, tam cœleſtium, quo ad numerũ implendũ ſaluãdorũ, quàm terreſtriũ in Chriſto Ieſu: f In quo etiã nos peculiariter, nullis noſtris præcedẽtibus meritis, velut ſorte à Deo vocati

a remißionẽ peccatorum,

b ſecundùm diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis, in omni ſapientia & prudentia:

c vt notũ faceret nobis ſacramentũ voluntatis ſuæ, ſecundùm beneplacitum eius,

d quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum.

e inſtaurare omnia ĩ Chriſto quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt, in ipſo,

f in quo etiam nos ſorte vocati ſumus.

a prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius, qui operatur omnia ſecũdùm conſilium voluntatis ſuæ,

cati ſumus, ad fidem ipſius: a Non ſic tamen ſorte, quaſi nos Deus fortuito aut caſu vocauerit, ſed prædeſtinati ab æterno, ſecundùm voluntatem ipſius, qui omnia operatur ſecũdùm decretũ ſuæ voluntatis: b ad eum finem, vt laudetur & magnificetur gloria eius in nobis fidelibus, qui in Chriſto præſperauimus, nondum viſis ijs quæ per ſpem expectamus in fide noſtra. c In quo ſperatis etiã vos, cum audiſſetis nobis prædicãtibus verbũ veritatis, nempe Euãgeliũ ſalutis veſtræ, in quo, inquã, vos audiendo credentes etiam ſignati eſtis ſpiritu ſancto, qui eſt ſpiritus promiſsionis. Nam ſignũ eſt, quod diſtinguuntur filij Dei à filijs diaboli: & eſt promiſsionis ſpiritus, quia à Deo olim per prophetas, & etiam per Chriſtum Apoſtolis promiſſus. Inſuper etiam ipſe eſt, qui nobis promittit fidelibus cœleſtia bona. d Qui ſpiritus ſanctus eſt pignus & arrhabo futuræ hæreditatis, per quem acquiſitio (id eſt, populus fidelis,

b vt ſimus in laudem gloriæ eius, nos qui ante ſperauimus in Chriſto,

c in quo & vos, cùm audiſſetis verbum veritatis, Euangelium ſalutis veſtræ, in quo & credentes ſignati eſtis, ſpiritu promiſsionis ſancto,

d qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.

ſidelis, magno ſtudio, cura, & pretio acquiſitus) redimitur à mortis damnatione, ad vitam ſempiternam, vt ſic laudetur in nobis glo-ria eius in perpetuũ. a Quoniam ergo tãta de nobis Deus diſpoſuit, & tam mira nobiſcum ipſe perfecit, propterea & ego Apoſtolus eius audiens vos rectè in Chriſtum credere, & dilectionem habere atque oſtẽdere ad omnes fideles, inceſſanter gratias ago Deo, pro veſtro iſto bono, quod in vobis ipſe incœpit: orare nõ deſinens, b vt ipſe Deus Chriſti Ieſu (ſecundùm humanitatis infirmitatẽ, qua parte eſt minor) qui eſt pater à quo omnis gloria, det vobis, & amplius det, ſpiritũ ſanctũ, à quo eſt ſapiẽtia & intelligentia, vt agnoſcere eũ, prout dignũ eſt, poſsitis: c hoc eſt, vt det vobis habere oculos mẽtis illuminatos, lumine ſpiritus ſancti: vt ſciatis quænam ſint & quanta, quæ ex vocatione veſtra ſperare debeatis, & quam abundans gloria eius ſit ſuperuentura ſanctis in die remuneratiõis eorum:

a Propterea & ego audiens fidem veſtrã, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agẽs pro vobis, memoriam veſtri faciẽs in orationibus meis,

b vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis, in agnitionem eius,

c illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis eius & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.

& vt

a & quæ ſit ſupereminẽs magnitudo virtutis eius, in hos qui credidimus,
b ſecũdùm operationẽ potentiæ virtutis eius quã operatus eſt in Chriſto,
c ſuſcitans illum à mortuis & cõſtituens ad dextram ſuã in cœleſtibus,
d ſupra oẽm principatum & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro.
e Et oĩa ſubiecit ſub pedibus eius.
f Et ipſum dedit caput ſupra omnẽ eccleſiam quæ eſt corpus ipſius,

a & vt intelligatis ſupereminẽtẽ, & mirabilẽ magnitudinem virtutis eius, quã erga nos oſtendit qui credimus: dum nos de manu diaboli & omniũ peccatorũ ereptos, tranſtulit, atque regenerauit. Nam maior eſt virtutis magnitudo, in vnius peccatoris regeneratione, quàm in totius mũdi ſubſtantiali creatione, ſupereminentẽ, in quã, magnitudinẽ virtutis eius. b Quę accipi & attẽdi debet: in opere illo ſummæ potentiæ, atque virtutis eius, quòd operatus eſt in Chriſto filio ſuo, c dum illum à mortuis ſuſcitauit, & ad dextram ſuã in omnibus ſibi coæqualem conſtituit in cœlis, d faciens eũ altiorẽ omnibus ordinibus Angelorũ, ſupra omnem ordinem principatuũ poteſtatum, dominantium, virtutum & cæterorum, & ſupra omne quod eſt, aut nominari poteſt, tam in cœlis, quàm in terris. e Neque ſolùm altiorem fecit omnibus, ſed etiã omnia ſubiecit eius imperio, dans illi omnẽ poteſtatem, in cœlo & in terra. f Inſuper & ipſum,

pater fecit caput totius eccleſię, tã militantis quàm triumphãtis quæ eccleſia eſt corpus ipſi capiti Chriſto cohęrens, eodẽ ſpiritu viuificata: & eſt plenitudo capitis Chriſti quatenus ipſa vt corpus, Chriſto capiti coniũcta, vnum conſtituat corpus integrum cum ipſo. a qui omnia adimplet & operatur in omnibus ſecundùm virtutem diuinitatis ſuæ, quique, licet exiſtens omnia in omnibus, tamẽ dicto modo ſic adimpletur, vt vnum corpus cum eccleſia componat.

& plenitudo eius.

a qui omnia in omnibus adimpletur.

Elucidatio CAP. II.

Pa Er hanc autem Chriſti reſuſcitationem & glorificationem, vos quoque cũ Chriſto, conreſuſcitauit & cõuiuificauit, cùm eſſetis per peccata veſtra mortui, ſecundùm animam: In quibus peccatis olim conuerſabamini, ſecundùm vanitates & vitia quæ in ſæculo (id eſt mũdo) regnant, b ſecundùm inſtinctus & voluntatem diaboli, qui eſt princeps ac poteſtatem habens in hoc aëre, in quo nos habitamus, ad poſsidendum impios.

TEXTVS Cap. II.

a Et vos conuiuificauit cùm eſſetis mortui in delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis, ſecũdùm ſæculum mũdi huius, b ſecundùm principẽ poteſtatis aëris huius:

ſpiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ:
a in quibus & nos omnes aliquãdo conuerſati ſumus, in deſyderijs carnis noſtræ faciẽtes voluntatẽ carnis & cogitationum.
b & eramus natura filij iræ ſicut & cæteri.
c Deus autẽ, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiã charitatẽ ſuã qua dilexit nos, et cùm eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati:
d & cõreſuſcitauit, & conſedère fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu:

impios & exercitandum iuſtos, ſpiritus ille, qui etiam nunc operatur in filijs diffidẽtiæ, hoc eſt, in incredulis & inobediẽtibus Deo, hominibus. Ipſe enim huiuſmodi ſuadet ad malũ, & operatur ac regnat in eis. a Quorũ de numero & nos eramus ante cõuerſionẽ noſtram, cõuerſantes ſecundùm deſyderia carnis noſtræ faciẽtes concupiſcẽtias carnis, carnaliũ cogitationũ. b Eramúſque, quãtũ ad naturalẽ generationẽ atque educationẽ obnoxij iræ & vltiõi Dei, ęqueátque cæteri. Sed quod natura nõ præſtitit, gratia Dei donauit. c Deus enim qui eſt copioſus in miſericordia propter ſuperabundantẽ amorem noſtri, etiã tunc cùm eſſemus in peccatis noſtris mortui, conuiuificauit nos Chriſto: cuius gratia & miſericordia eſtis ſalui facti ab ira illa, cui natura eramus obnoxij: d & conreſuſcitauit nos cũ Chriſto & fecit ſimul reſidere in cœlis. Quoniã Chriſti reſurrectio, & glorificatio, operata eſt iuſtificationẽ, reſurrectionem, & glorificationem noſtram.

noſtrã. Nã quia ille præceſsit, nos ſubſequimur, & in omnibus cũ eo participamus: vt meritò dicamur Chriſto conuiuificati, conreſuſcitati, & ſimul cum eo in cœlis conſtituti. a Fecit autem Deus pater hæc omnia nobis per Chriſtũ, vt in venturis ſæculis demonſtraret copioſiſsimã gratiã ſuã, quam in nimia dulcedine & bonitate ſua, erga nos genus humanum, per ipſum & operatus eſt, & operabitur amplius. b Gratuitò enim munere ſalutem hanc vobis operatus eſt Deus, quam ſalutem per fidẽ cõſequimini. Atque hoc ipſum, quod ſcilicet ſic ſalui facti eſtis per Chriſtum, nõ ex veſtris neque patrum veſtrorũ meritis proceſsit. c Eſt enim gratuitum prorſus Dei donum, non propter cuiuſquàm opera datum, vt ne quis glorietur, niſi in ſolo domino, cuius mera gratia eſt, quod per fidem ſaluamur, ac proinde iuſtum eſt, illi ſoli gloriam de noſtra ſaluatione reddi. d Ipſius enim Dei per hãc regenerationem, ſumus noua creatura, ſpiritu

a vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate, ſuper nos, in Chriſto Ieſu.

b Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis.

c Dei enim donũ eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur.

d Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.

ſpiritu regenerati, & velut denuò creati: nõ vt in ocio deinceps aut carne viuamus, ſed vt inſiſtamus operibus bonis. a quæ tamẽ ipſe nobis Deus, ab æterno præordinauit donare, vt in eis viuamus, & ambulemus ſemper proficientes.

a quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.

b Quũ igitur tãtam vobis gratiã Deus contulerit, in memoriã ſubinde attẽtiſsimã reducite, quæſo, vocationem veſtrã: Quemadmodũ vos Gentiles, qui ad ignominiam vocabamini præputiati & incircũciſi, à populo Iudaico, qui circuncitionẽ in carne ſua factã manu incidẽtis ſuſpiciebat: c qui eratis tũc temporis nondũ credẽtes in Chriſtũ, d alieni à conſortio, politia & conuerſatione Iſraëlitarũ, & hoſpites atque aduenæ habebamini teſtamentorum Iudæis à Deo diſpoſitorum, ad ipſorum legem trãſire placuiſſet: e & promiſsionis eis factæ ſpem non habebatis omnino in veſtra Gentilitate permanẽtes, niſi ad illorum ritum tranſiſſetis, & velut ſerui idolorum, à Deo verò alieniſsimi in hoc mũdo viuentes.

b Propter qđ memores eſtote, quòd aliquando vos qui Gẽtes eratis in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circunciſio in carne manu facta:

c qui eratis illo in tempore ſine Chriſto,

d alienati à conuerſatione Iſraël, & hoſpites teſtamentorum.

e promiſsionis ſpẽ non habentes, & ſine Deo in hoc mundo.

uentes eratis. a Nunc autem in tempore gratiæ huius per Chriſtũ factæ,ſunt immutata omnia. Vos enim qui olim eratis longè à Deo acceſſum habetis per fidẽ,ad Deũ, in ſanguine Chriſti. b Ipſe enim eſt author pacis noſtræ ad Deum, qui vtroſque populos,& á ſe inuicem,& à Deo prius diuiſos,in vnũ corpus vnámque eccleſiam cõuocauit:legem,quæ erat velut murus atque interſtitium,diuidens inter Gentilẽ populum & Iudaicũ, quæ inimicitias ponebat inter nos, in corporis ſui paſsione deſtruẽs atque diſsipans: c legem illam diffi cilem mandatorum & operũ, euacuans legibus fidei dogmatibus,vt ſic ambos populos, in vna lege fidei,in vnam eccleſiam compactos reconciliaret Deo patri.Et quia etiam inter Deum & genus humanum vniuerſum,inimicitiæ peccatorum erant intermediæ,quæ nos prohibebãt Deo appropinquare, etiã has inimicitias ſuſtulit, in carne patiendo,mortémque in cruce ſuſtinẽdo: d & veniens ad nos in

a Nunc autem in Chriſto Ieſu vos qui aliquãdo eratis lõgè,facti eſtis propè in ſanguine Chriſti.

b Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum: & mediũ parietẽ macerie ſoluẽs,inimicitias in carne ſua,

c legem mandatorum decretis euacuans,vt duos condat in ſemetipſo, in vno nouo homine,faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucẽ ,interficiens inimicitias in ſemetipſo,

d & veniens euãgelizauit pacem vobis qui lõgè fuiſtis,& pacem his qui prope.

aſſumpta carne,Euãgelizauit ipſe atque Apoſtolos Euãgelizare miſit pãcem factam,& Dei cũ hominibus& hominũ adinuicẽ:tam his qui prope videbanť Iudæis,quàm his qui longè erant Gentibus. Iudæi enim prope erant,quia ꝓmiſſionẽ acceperãt:& Gentiles longè, quibus promiſsiones factæ nõ fuerant. a Quoniã per Chriſtũ,habemus populi ambo acceſſum, eodẽ ſpiritu ductore ad patrẽ. b Ergo non amplius eſtis hoſpites, & extranei à populo Dei:ſed eſtis facti conciues electorũ,& de domo atque familia Dei(quoniã pars bona eccleſiæ,eſt populus Gentiliũ) ſuperſtructi ſuper Apoſtolorum & Prophetarum fidẽ,quaſi ſuper firmum fundamentũ. c Eadẽ enim fuit fides prædicatióque Prophetarum,quæ & Apoſtolorũ,licet obſcurior.Eſt aũt eius ædificij lapis, ſummus,angulos vtriuſque parietis cõcludẽs,Chriſtus. d In quo velut totius ædificij ſtructuram cõtinente,tota hæc ædificatio conſtruitur, & augmentum ſumit,vt fiat

a Quoniam per ipſum habemus acceſſum , ambo in vno ſpiritu,ad patrem.

b Ergo iam non eſtis hoſpites et aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei ſuperædificati ſuper fundamentũ Apoſtolorum & Prophetarum.

c Ipſo ſummo angulari lapide chriſto Ieſu.

d In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino.

fiat templum ſanctum, in quo inhabitet dominus. a In quo ædificio, etiam vos vt lapides viui coædificamini vt conſtituatis eccleſiam ſanctam quæ eſt habitaculũ Dei. Fitque hæc ædificatio in ſpiritu ſancto: qui eſt huius ædificij glutinum, quo lapides lapidibus cohærent.

a In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu ſancto.

Elucidatio CAP. III.

Ob huius igitur fidei noſtræ tanta ſacramenta: ego Paulus qui vinctus ſum cathenis captiuitatis meę ob confeſsionem Chriſti Ieſu, pro veſtra, hoc eſt, Gẽtium ſalute: non deficio in obuenientibus mihi tribulationibus, & vt vos ſimiliter nõ deficiatis peto. b Credo enim vos audiſſe & cognouiſſe quemadmodum ſit mihi data diſpenſatio atque prędicatio gratiæ Dei in Gentibus: per datam mihi Apoſtolici muneris cõmiſsionẽ. c Quoniã Deus per reuelationem me edocuit totum fidei Chriſtianæ myſterium, d quemadmodum iã nũc paucis verbis, illud deſcripſi: nõ vtique quãtùm res ipſa

TEXTVS Cap. III.

a Huius rei gratia, ego Paulus vĩctus Chriſti Ieſu, pro vobis Gẽtibus

b ſi tamen audiſtis diſpenſationẽ gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis.

c Quoniam ſecũdùm reuelationẽ notũ mihi factum eſt ſacramentum,

d ſicut ſupra ſcripſi in breui, prout poteſtis legẽtes intelligere.

prudentiam meã in myſterio Chriſti, a qđ alijs generationibus non eſt agnitũ filijs hoĩm: b ſicuti nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis in ſpiriritu, c eſſe Gentes cohæredes, & concorporales, & comparticipes promiſsionis in Chriſto Ieſu, d per Euangeliũ, cuius factus ſum ego miniſter, e ſecundùm donũ gratiæ Dei, quæ data eſt mihi, ſecundùm operationem virtutis eius. f Mihi enim oĩm ſanctorũ minimo, data eſt gratia hæc, in Gentibus, euãgelizare inue

exigeret, ſed iuxta veſtram capacitatem, vt poſsitis legentes intelligere prudẽtiam ac ſapientiã meã, qua ſum Dei gratia ſufficienter inſtructus, in myſterio Chriſtianę fidei. a Quod quidem myſterium, in ſæculis pręteritis nõ eſt ſic agnitum ab hominibus, b quomodo nunc manifeſtatum eſt Deo apertè reuelante per ſpiritum ſanctum Apoſtolis fidelibus, atque nouæ legis Prophætis. c Nimirum quòd eſſent Gentiles hoc tempore ſimul ex æquo cum populo Dei hęredes: Imò ad idem corpus conſtitutum pertinẽtes, & ſimul in eadem promiſsione participantes, in Chriſto Ieſu, in quo hæc beneficia præſtita ſunt nobis, d per fidem ſancti Euangelij: cuius me fecit Deus miniſtrum & prædicatorẽ, e nõ ſecundùm meorũ meritorum exigẽtiam, ſed ſecundùm gratuitũ donũ quod dedit mihi (Apoſtolatus loquor officium) quod donũ miraculoſa operatione potẽtiæ ſuæ mihi iniunxit, & in me confirmauit in varijs ſignis. f Nã cùm ſim ex

me

nie omnium fidelium infirmus, o-
mnino gratia ſit oportet, prorſus
gratia data, & ex nullis preueniẽs
meritis creditũ mihi officiũ iſtud,
vt Euangelizem in Gentibus im-
perueſtigabiles diuitias Chriſti, id
eſt, copioſiſsimã abundantiam o-
mnis boni, qua implẽtur & imple-
buntur omnes, qui credũt in eum:
a & vt inſtruam omnes quaſcũ-
que dominus præordinauerit, ꝙ
ſit hoc ſacramentum exhibitũ no
bis ac ſapienter diſpenſatũ hoc tẽ
pore, qđ fuit ab æterno abſcõdi-
tũ latens, atque occultatũ in præde
ſtinatione Dei omnium creatoris.
Vt nũc per eccleſiam iſtã, nota fiat
multiplex illa Dei ſapientia, nõ ſo-
lùm hominibus, ſed etiam princi-
patibus ac poteſtatibus & cæteris
ordinib⁹ angelorũ, in cœlis: b In-
noteſcat, inquã, nunc in hoc tẽpo
re, ſicut ab æterno præfinitũ eſt, in
Chriſto Ieſu dño noſtro. c Per
quem ſecurũ acceſſum habemus,
& liberũ aditũ ad patrẽ, per fidem
eius, in bona ſpei cõfidẽtia. d Pro
pter hoc myſteriũ admirabile, ob-

ſtigabiles diuitias Chriſti,

a & illuminare oẽs quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in Deo, qui omnia creauit:

b vt innoteſcat principibus & poteſtatibus in cœleſtibus, per eccleſiam, multiformis ſapientia Dei, ſecundùm præfinitionẽ ſæculorũ, quã fecit in Chriſto Ieſu dño noſtro

c in quo habemus fiduciam & acceſſum, in confidentia, per fidem eius.

d Propter qđ peto ne deficiatis ĩ tribulationibus meis pro vobis quæ eſt gloria veſtra.

ſecro,ne deijciamini animo ex tri-
bulationibus meis,quas pro veſtra
ſalute ſuſtineo, in quibus potius
gloriari debetis:gaudere enim de-
betis,cùm me videtis pro myſterio
fidei,quod vobis prædicatum eſt,

a Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti,ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur,

& vos creditis,nec vincula recuſa
re. a Huius igitur tanti beneficij
tantique myſterij gratia, humili
ſupplicatione deprecor patrẽ do-
mini noſtri Ieſu chriſti,qui eſt pri
mus pater,& dominus omnium:à
quo omnis præſidentia, domina-
tio, atque generatio,ſiue quæ in
cœlis eſt,ſiue quæ in terris,deriuat̃
atque deducitur.Nã ꝙ angeli an-

b vt det vobis ſecundùm diuitias gloriæ ſuæ virtutẽ corroborari per ſpiritum eius,in interiori homine,

gelis præſideant,quòd item homi
nes progignant alius alium, quòd
inter creaturas cæteras aliæ ſint
aliarũ principia,vniuerſum à Deo
eſt. b Precor,inquã,flexis genib'
cordis mei,vt det vobis ſecũdùm
copioſam magnificentiam gloriæ

c Chriſtum habitare per fidẽ in cordibus veſtris ĩ charitate radicati & fundati,

ſuę virtutem ac fortitudinem qua
corroboremini per ſpiritum eius,
in ſpiritu veſtro.Det etiam vt mã-
ſionem facit c Chriſtus per fidem
viuentem, in ſpiritu veſtro: id-
que

que vobis radicatis atque firmatis in charitate. Fruſtra enim eſt fides, quæ non in charitate radices habuerit defixas. a Det, inquam, Deus vobis hæc omnia, vt ſufficientes ſitis eius munere, per intellectum appræhendere & cognoſcere immenſitatem, & ſecundùm omnem dimenſionem infinitatem eius: quæ ſit latitudo beneficiorum, longitudo promiſſorũ, ſublimitas maieſtatis, & profunditas iudiciorum eius. b Valeatis etiam ſcire charitatem Chriſti, longè præſtantioré omni ſcientia, vt ſic impleamini perfectè in omnibus bonis Dei. c Ei autem qui potens eſt & volens, etiã vltra quàm petere vel deſyderare nos poſſumus, omnia petentibus præſtare, ſecundùm virtutem ſuam diuinam, quæ in nobis operatur: ipſi ſit gloria in eccleſia & ex eccleſie, quæ eſt corpus, & in Chriſto capite eius, per omnes generationes quæ fuerũt aut erunt in æternum, Amẽ.

a vt poſſitis comprahẽdere cum oĩbus ſanctis, q̃ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundũ.

b ſcire etiam ſupereminentẽ ſcientia charitatẽ Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.

c Ei *autẽ qui potens eſt omnia facere ſuperabundãter quàm petimus aut intelligimus, ſecundùm virtutẽ qua operatũ in nobis: ipſi gloria in eccleſia & in chriſto* Ieſu, *in omnes generationes ſæcu culi, ſæculorum,* Amen.

TEXTVS Cap. IIII.

a Obſecro itaque vos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia:

b ſupportātes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

c Vnum corpus, & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpecie vocationis veſtræ.

d Vnus dominus, vna fides, vnū baptiſma, vnus Deus & pater omnium qui ſuper omnes et per omnia, & in omnibus vobis.

Elucidatio CAP. IIII.

a Cum itaque tātis nos Deus beneficijs ſit dignatus, obſecro vos, ego Paulus, vinctus ob confeſsionem Chriſti: vt deinceps conuerſationem habeatis dignam vocatione iſta qua à Deo vocati eſtis. Idq́ue in perfecta & omnimoda humilitate, in manſuetudine & animi lenitate, cum longanimitate, vt non frangamini, vel expectatione futurorū, vel præſentia aduerſorum, b tolerantes vos inuicem in charitate, ſtudioſè curātes intertenere vnitatē ſpiritualē, per pacē, quæ eſt vinculum ſpiritualis vnionis. Per pacem enim verā, eſt vnio ſpiritualis, ſicut per diſcordiā eſt diuiſio. c Quomodo enim nō ſtudebitis in vnitate pacis permanere, cùm omnes ſitis vnū corpus. vnum caput habentes Chriſtum, & vnus ſit ſpiritus quo omnes potati eſtis? Iuxta quod vocati eſtis ad eandem ſpem, eorum quæ expectatis ex iſta vocatione veſtra. d Vnum habemus, eūdémque dominum, eandem fidem, idem baptiſma,

ptiſma,propter quod meritò vnitati ſtudere debemus. Inſuper vnus eſt Deus,qui eſt pater omnium,ſupra omnes præſidētiam atque dominium habens,per omnia gubernando tranſiens,& peculiari quadam familiaritate in nobis fidelibus ſuis inhabitans. a Vnicuique autem noſtrum gratiæ & dona Dei data ſunt,quãtùm & ſicut Chriſto placuit nobis donare: vt diuerſitas gratiarum,non ſit iuſta cauſa diſſidij inter fideles eo quòd ſecundùm Dei voluntatē quiſque accepit. b In cuius confirmationē dicit ſcriptura: Aſcendēs Chriſtus in altitudinem cœlorum, abſtulit à diabolo,quã detinebat captiuitatem,& ſecum adduxit velut prędam glorioſam: mittènſque de cœlo ſpiritũ ſanctũ hominibus fidelibus, varia eius dona copioſè diſtribuit. c In eo autē quòd dicitur Chriſtus aſcendiſſe in altum ille qui præceſsit includitur deſcē ſus in inferiores partes terræ, in quibus detinebatur captiuitas: id eſt in lymbũ inferni. d Nã qui ad

a Vnicuiq; autē noſtrum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti.

b Propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatē dedit dona hoībus.

c Quod autē aſcēdit, quid eſt niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ?

d Qui deſcendit ipſe eſt,& qui aſcendit ſupra omnes cœlos,vt adimpleret omnia.

eos liberãdos deſcendit per humilitatem, idẽ ipſe aſcendit eleuatus ſupra omnes angelorum ordines, & ſupra omniũ cœlorum gloriam vt ſic adimpleret omnia, inſtauendo deperdita, & in fine ſæculi cõſummãdo vniuerſa. a Et ipſe cõſtituit quoſdã, quidem Apoſtolos, eccleſiæ fundamẽta: quoſdam aũt prophetas, qui ſpiritus reuelatione occulta nouerunt myſteria intelligere, & alios illuminare: alios verò qui Euangelij diuulgandi gratia circumeunt: alios qui ſint populo cuilibet prælati, vt eos paſcant & doceant, quibus præſunt. b Hos autem Deus ſic diuerſis in officijs cõſtituit ad perfectam eruditionẽ & ædificationẽ fidelium: vt operẽtur velut miniſtri Dei, ad ædificãdum & complẽdum eccleſiã Chriſti, per ſuum miniſteriũ: c donec euadamus omnes nos, quãtùm ad vanitatẽ fidei & agnitionis domini noſtri Ieſu Chriſti, perfectè crescẽtes, & plenè edocti, d in mẽſurã ætatis: hoc eſt, in iuſtã quãtitatẽ & perfectionẽ plenitudinis Chriſtianæ.

a Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdã autem prophetas: alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores,

b ad conſummationẽ ſanctorũ in opus miniſterij in ædificationem corpus Chriſti:

c donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectũ d in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti,

ſtianæ fidei:hoc eſt,donec in chri
ſtiana fide ſimus iā viri,& pefectā
ſtaturā habētes, inque ea ſufficiē-
ter inſtructi. a Ita,inquā,ſufficiē
tes & perfecti, vt iam nō amplius
ſimus paruuli & hæſitātes in fide,
facilè nos permittētes ꝓpter inſta
bilitatē,vanis perſuaſionibus fal-
ſæ doctrinæ, à veritate abduci,
b per hoïes nequā & doloſos Apo
ſtolos q in aſtutia ad ſimplices ve
niunt, vt circūueniēdo atque deci
piendo,in errorē mittāt.Nos autē
oīa in veritate agētes,in charitate
radicati,creſcamus quotidianis ꝑ
fectionibus,quantùm ad oīa verè
bona,in illo nēpe Chriſto,qui eſt
caput eccleſiæ, c ex quo totū cor
pus eccleſiæ ſecundùm ſuas partes
compaginatū atque cōiunctū per
omnem coniunctionem ſubmini-
ſtrationis mutuæ,vno quoque mē
bro operante ſecundùm menſu-
ram gratiæ ſuæ ſibi datæ. d Ip-
ſum,inquam,totum eccleſiæ cor-
pus(ratione diuerſarum partium
diuerſa officia exercentium)ſeip-
ſum ædificat,augmētum ſui facit,
atque

a vt iam non ſimus paruuli fluctuātes, & circūferamur omni vēto doctrinæ:

b In nequitia hominū, in aſtutia ad circunuentionē erroris:

Veritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia qui eſt caput chriſtus,

c ex quo totū corpus cōpactum & connexū per oēm iuncturā ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in mēſurā vniuſcuiuſq; membri.

d Augmentū corporis facit, in ædificationem ſui in charitate.

atque ſeipſum perficit: ſecundùm virtutem charitatis quam ex capite ſingula membra habēt. Nam in eccleſia militante nectuntur membra ad inuicē, per hoc quod quiſque adminiſtrat in alterū gratiam ſibi à Deo datā, atque hoc pacto corpus eccleſię perficitur. Et (quātùm ex ſeſe eſt) corpus eccleſiæ, ille quodammodo adiuuare ad perficiendum & conſtruendū recuſat qui gratiam ſibi datam ad ædificationem cōferre renuit. a Cûm igitur ſic ſitis in Chriſto, in vnum corpus cōpaginati: illud vobis denuncio, & per Chriſtū obteſtor, ne iam Chriſtiani facti, viuatis Gētilium more: qui ambulant in vanitate intellectus, habentes cor tenebris ignorantiæ obſcuratū, alieni facti per peccata ſua, à vita quę ſecundùm Deum eſt: b ídque per ignorantiā ſuā, quam vtique non paruā eſſe cōſtat, neque ſatis excuſabilē: quoniam à cordis cæcitate (id ėſt, affectu indurato, & volūtate obſtinata) procedit. Nam eſt ex paſsione alia quædam ignorantia ad tem-

a Hoc igitur dico & teſtificor in domino vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habētes intellectum, alienati à vita Dei, b per ignorantiā quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum:

ad tēpus, quæ facilè remediabilis eſt. a Qui poſtquàm in profundũ venerint vitiorũ, facti deſperati, ſine vllo remorſu aut doloris ſtimulo audacter quælibet mala perpetrantes, tradiderunt ſemetipſos ſine verecũdia, ſine freno, ſine retinaculo, in impudicitiã, in operationē cuiuſlibet immunditiæ, ſimiliter & in auaritiã atque iniuſtitiã. b Vos autē Chriſtiani facti, nõ ita didiciſtis in Chriſto viuere. Nam certò ſcio vos audiſſe omnia, & omnia edoctos eſſe, ſecundùm veritatē, quæ eſt in Chriſto Ieſu. c Nēpe, vt abijciatis veterē hominē, qui eſt ſecũdùm priſtinã atque Gentilē cõuerſationē (id eſt vitia atque peccata) qui vetus homo, per cõcupiſcētias carnales erroneas atque rationi rectè contrarias, accipit ſuæ corruptiõis vetuſtatē. d Abiecta autē vetuſtate, curate vt efficiamini noua creatura, per ſpiritũ ſanctũ regenerati, ſecũdùm ſpiritũ internũ, quē mentē etiam dicimus: & aſſumite hominem nouũ (id eſt, virtutes & opera bona)

a qui deſperãtes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationē immũditiæ omnis, in auaritiam.

b Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Chriſto Ieſu:

c deponere vos ſecũdùm priſtinam conuerſationē veterem hominē qui corrũpitur ſecundùm deſyderia erroris.

d Renouamini autem ſpiritu mētis veſtræ, & induite, nouum hominem,

a qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. b Propter quod deponentes mēdaciū loquimini veritatem, vnuſquiſque cū proximo ſuo: c quoniam ſumus inuicem membra. d Iraſcimini & nolite peccare, Sol non occidat ſuper iracundiā veſtrā. e Nolite locū dare diabolo. f Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operādo manibus ſuis, qđ bonū eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. g Oīs ſermo malus, ex ore veſtro nō procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad

bona) a qui creatur ſecūdùm voluntatem & præcepta Dei,& rectæ deſyderia,in iuſtitia & ſanctitate, modò vera ſit hæc ſanctitas,& iuſtitia vera. b Propter quod,abijcientes mendaciū & iniuſtitiam omnem,loquimini, atque operemini id quod verum eſt & iuſtū,adinuicē. c Sumus enim mēbra adinuicem hærentia,& adinuicem cōpoſita. Nō debent autem membra ſibi mentiri, aut mutuo ſe fallere, ſed fideliter pro inuicē ſolicitudinem gerere. d Si iraſci cōtingat, vel ratione dictante,vel carnis malitia præueniēte,cauete ne permanens ſit ira, ſed mox extincta cadat. e Ne detis diabolo locum ad vos ingrediendi,quod fit per iram diuturnam. f Qui olim furabatur,iam nō ſolū à furto abſtineat ſed etiā laboret multò magis opere manuū honeſto,vt qui prius rapuit aliena,iam ex labore ſuo conquiſitis, & alijs poſſit ſubuenire, qui penuriam patiūtur. g Ne loquamini ſermonē corruptum aut prauū, ſed ſi ſermonē habetis bonum,

num,quo poſsint fideles ædificari, hunc loquimini, vt gratus ſit audiētibus.Spiritualibus enim auditoribus, ſunt ingrati ſermones mali. a Cauete autē, ne per peccata prædicta contriſtetis atque effugetis ſpiritū ſanctū à Deo vobis datū,per quem eſtis ſignati in diē redēptionis: id eſt, in die iudicij, vt tūc redimamini à dānatione quæ ſuper eos veniet,qui hoc ſignū nō habēt. b Omnis amaritudo animi,& ira exurgēs in pectore,indignatio in vultus immutatiōe & clamoroſa vociferatio : atque omne conuitiū apertū,ſiue maledicentia quæ ſolet poſt clamores.& iras ſequi,prorſus euellatur à veſtris animis,cū omni malitia,quę in vobis eſt. c Induite aūt pro vitijs iſtis cōtrarias virtutes,vt ſitis benigni animo & miſericordes, cōtra amaritudinē & irā & cætera remittētes vobis inuicē,ſi cōtingat vos ad inuicē aliquid habere: d ad exēplū Dei q per Chriſtū donauit & remiſit nobis vniuerſa noſtra debita, & per miam ſuā,placat' eſt nobis.

ædificationē fidei, vt det gratiā audientibus.

a *Et nolite cōtriſtare ſpiritū ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis , in die redemptionis.*

b *Omnis amaritudo, & ira , & indignatio, & clamor, & blaſphemia, tollatur à vobis,*

cū omni malitia.

c *Eſtote autē inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem,*

d *ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.*

TEXTVS *Cap. V.*

a Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectiõe ſicut & Chriſtus dilexit nos, et tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiã Deo in odorẽ ſuauitatis.

b Fornicatio autẽ & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquiũ, aut ſcurrilitas, que ad rẽ non pertinet. ſed magis gratiarum actio.

c Hoc enim ſcitote intelligẽtes, qđ omnis fornicator, aut immũdus, aut

Elucidatio CAP. V.

Ea Stote ergo Dei hac in parte tanquàm optimi patris imitatores, ſicut filios decet: & proficiẽtes viuite in dilectione mutua ad exemplũ Chriſti qui dilexit nos, id quod opere declarauit, quãdo tradidit ſeipſum pro nobis in oblationem & hoſtiã, Deo patri modis omnibus gratiſsimã. b Fornicatio autẽ & quælibet immunditia, aut auaritia: vel ipſo nomine vobis odio ſunt & abominationi habenda, quemadmodum ſanctos decet. Idem ſentio de fœditate qualibet in operatione, de colloquio ſtulto, atque prauo, de omni ſcurrilitate, quærente præter honeſtatẽ & decorum inordinate riſum excutere, quæ prorſus ad nihil ſunt vtilia, ſed magis audiatur inter vos & vigeat gratiarũ actio. Qui enim in gratiarũ actiõe ſeſe occupauerint, facilè ſtultiloquia & cætera vitabunt. c Illud enim intelligendum eſt vobis atque ſciendum, quod omnis fornicator, aut quomodolibet immundus, aut auarus (quod

auarum eſſe ad idololatriam pertinet, quod ambo colant aurũ & argentum) non habebit hæreditatẽ in regno cœlorũ, quod eſt regnum Chriſti filij & Dei patris. a Ne ſinatis vos fallacibus ac mẽdacibus verbis ſeduci, quoniã ſic vere res habet, vt dixi. b Hæc enim quæ enarraui, peccata ſunt, quibus homines increduli, inobediẽtiæ filij, Dei iram contra ſe prouocant. c Quamobrem, nolite effici ſimiles illis, neque participare cum operibus eorum: ne ſimilis quoque vos pœna nunc maneat, & ſuo tempore inueniat. d Eratis enim olim ante conuerſionem, infidelitatis tenebris oppreſsi, ſed nunc per Dei gratiam & noſtram prædicationẽ facti fideles, illuminati eſtis in domino. Cõuerſatione igitur veſtra exprimite, quod filij lucis ſitis: ſicut illi, ex operibus demõſtrãt ſe filios eſſe tenebrarũ. e Fructus enim fidei noſtræ, quæ eſt in nobis lux vera, cõſiſtit in perfecta bonitate, iuſtitia, & veritate in omnibus actionibus noſtris. f Ambulate, inquã,

auarus, quod eſt idolorũ ſeruitus, non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei.

a Nemo vos ſeducat inanibus verbis.

b Propter hec enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.

c Nolite ergo effici participes eorum.

d Eratis enim aliquando tenebræ, nũc autem lux in domino.

Vt filij lucis ambulate.

e Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia, & veritate:

f Probantes quid ſit beneplacitum Deo, & nolite cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarum.

vt filij lucis,probantes opere quid ſit Deo beneplacitũ,vt illud adimpleatis ſtudioſè. Neque vllo pacto cõmunicetis cum illis infidelitatis operibus,quę nullũ ſalutis faciunt fructum:idque nec imitatione,nec conſenſu. a Imò verò potius,vbi erit oppotunitas,repræhendere de betis illorũ praua opera. b Fuerit autẽ hoc factũ facile,quoniã mala quæ in occulto ab ipſis fiunt, adeò ſunt fœda, vt pudor ſit vel nominare. Atque tantò facilius cõfundẽtur,cùm fuerint per vos correpti,ſuper huiuſcemodi.Decet autẽ vos cùm fideles ſitis,infidelium opera redarguere. c Nam omnia quæ arguũtur, etiã ſi ante latebãt per lumen fiunt manifeſta dũ arguuntur. d Nã id quod primo & per ſe manifeſtatur, lumen eſt: eo quòd nihil videri nec manifeſtũ fieri poteſt,niſi in lumine. Vos autem eſtis lux in domino, vt meritò debeat per vos fieri eorũ qui ſunt in tenebris correptio. e Propter quod loquitur nunc dominus per Apoſtolorũ miniſteriũ ad eos qui in infi-

a Magis autem redarguite.

b Quæ enim in occulto fiũt ab ipſis, turpe eſt & dicere.

c Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur.

d Omne enim quod manifeſtatur,lumen eſt.

e Propter quod dicit: Surge qui dormis,

in infidelitate iacēt demerſi,dicēs: Surge qui dormis, in infidelitatis ſomno,& exurge qui eras in pecca tis mortuus, & perfectè illuminabit te Chriſtus, per gratiam, fidei & ſpiritus ſui. a Itaque fratres diligēter conſyderate,quomodo prudēter conuerſemini.Nō iam quaſi ſtolidi(vt olim) & inſipientes,ſed vt prudentes, diſcernentes inter proſequēda ac fugienda. b Curātes omni ſtudio,tēpus quod in cō-mune omnibus proponitur, vtiliter expendere atque cōſeruare, ne pereat, quoniā tēpora plena ſunt malitia: Quo amplius nos oportet cautos eſſe, & conſyderāter atque prudēter inter tot mala verſari, vt ab iſtorū dierū malitia, poſsimus eſſe immunes. c Propter hoc non debetis vltra viuere ſine intellectu inſipienres, ſed eſtote intelligētes, quæ ſit voluntas Dei vt impleatis illam. d Et quoniam gula multorū malorū,eſt origo, præcipio vobis cauendū, ne aut vino,aut alio quodlibet liquore grauior,inebriemini,quoniam ad luxuriā, via eſt

& exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.

a Videte itaque fratres,quomodo caute ambuletis: non quaſi inſipiē-tes,ſed vt ſapientes,

b redimentes tē-pus,

quoniam dies mali ſunt.

c Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.

d Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria,

a ſed impleamini ſpiritu ſancto, loquẽtes vobiſmetipſis in Pſalmis, Hymnis, & cãticis ſpiritualibus, b cãtãtes & pſallentes in cordibus veſtris dño: gratias agẽtes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri.

c Subiecti inuicẽ in timore Chriſti.

d Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut dño: quoniã vir caput eſt mulieris,

e ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius.

f Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto ita et mulieres viris ſuis in omnib⁹. g Viri

ebrietas. a Magis autem ſtudete ebrij eſſe & pleni ſpiritu ſancto, loquentes vobiſinuicem, atque etiã vobiſipſis, in Pſalmis, & Hymnis, & canticis ſpiritualibus, b laudãtes Deũ & patrem omniũ in cordibus veſtris, ſemper ſoliciti gratias agere domino, de omnibus bonis in omnes collatis, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, in cuius nomine donantur omnia. c Subditi eſtote inuicem, per charitatẽ, & timorẽ Chriſti. d Mulieres ſint viris ſuis ſubditæ, quaſi domino. Nã domini eſt hoc inſtitutum, vt vir ſit caput mulieris, & dominetur ei, regátque illam: e Quẽadmodum Chriſtus eſt caput totius eccleſiæ, vt corporis ſui: cuius eſt idẽ ipſe rector, & ſaluator. f Itaque quẽadmodũ eccleſiæ eſt ſubdita Chriſto, ſic ſint vxores viris ſuis ſubditæ & obedientes, in omnibus quæ ſecundùm Deum ſunt. g Vos autem viri, ne efferamini ſuperbia, dum vobis vxores auditis ſubijci. Magis autem diligite vxores veſtras, exẽplo Chriſti, qui eccleſiã

eccleſiam dilexit, ſicuti & opere cō probauit, in eo quod ſeipſum dedit in mortem, pro ea ſanctificanda: a mundans eam à ſordibus priſtinis baptiſmali lauacro, in virtute verbi, quod, eſt vita omnium: b ad hoc, vt eam conſtitueret, faceretque ſibi eccleſiam glorioſam, velut ſponſam ornatam multa gloria, quæ eſt in ornatu ſpiritualium gratiarū, non habentē vllam maculā aut inueteratā rugam: id eſt, prorſus decorā, non habentē aliquid apparentis maculæ, ſed vt eſſet prorſus ſancta, & ſine omni macula, atque irrepræhenſibilis. c Iuxta hoc Chriſti exemplū, debēt viri vxoribus ſuis ipſo opere exhibere dilectionē, quemadmodū ſuis corporibus. d Nā qui ſuam vxorē diligit, non extra ſe amorē fundit, ſed vxorem diligēdo (quæ eſt quodāmodo corpus eius) ſeipſum diligit. e Nemo enim aduerſus propriū corpus odium exercet, ex propoſito & finis intentione malum optans ſibiipſi: imò econtrario nutrit vnuſquiſque, & cura debita

diligite vxores veſtras ſicut & Chriſtꝰ dilexit eccleſiā, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret,

a mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ,

b vt exhiberet ipſæ ſibi glorioſam eccleſiam nō habentem maculā aut rugā, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.

c Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua.

d Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit.

e Nemo enim vnquàm carnē ſuā odio habuit, ſed fouet & nutrit eā,

ſicut & Chriſtus eccleſiam:

bita curat corpus ſuũ, ſicut & dominus eccleſiæ omnẽ curam adhibuit:

a quia membra ſumus corporis eius, de carne eiꝰ & de oſſibus eius.

a propterea quod ſimus ſinguli mẽbra corporis eius, quod eſt tota eccleſia, ex eadem ſecundùm ſpeciẽ natura oſsis & carnis compoſiti. Id quòd olim in myſterio, prophetico ſpiritu prædixit Adã:

b Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam & adherebit vxori ſuæ:

b Propter hoc (inquit ille) quoniã de eadem carne & eiſdem oſsibus ſunt vir & mulier, relinquet homo (ob matrimonij vinculum) patrẽ & matrem, & adhęrebit vxori ſuę, per cõiugalem ſocietatẽ,

c & erunt duo in carne vna.

c & velut duo in carnẽ vnam conflabuntur, ad generationis ſufficientiam ad quàm nec maſculus ſufficit per ſe, neque fœmina.

d Sacramentum hoc, magnum eſt.

d Magnũ omnino ſacramentum, & occultũ ſacrum aliquid deſignans eſt, hæc viri cum muliere tam firma cõiũctio.

e ego autem dico in Chriſto & in eccleſia.

e Magna eſt, inquam, non ipſa quidem in ſeſe, ſed in eo quòd ſignat, nẽpe in coniunctione Chriſti cum eccleſia. Nam ſignum quidem ipſum, in ſe modica res eſt, cõiunctio viri corporalis cum muliere: ſed magnũ eſt ad quod ſignandum

dum Deus ipſum inſtituit, nempe cōiunctio Chriſti capitis cū corpore eccleſia. a Nihilominus, licet ad myſteriū, coniugalem duxerim ſocietatem: vos tamen cōmonitos ſcitote per eadē, vt viri vxores diligatis, quiſquis ſuam, vt quæ ſit propriū ipſius corpus: & vxor, virū ſuum reuertatur tāquam inferior.

a Veruntamē & vos ſinguli, vnuſquiſq; vxorē ſuā ſicut ſeipſum diligat. Vxor autem timeat virū ſuū.

Elucidatio CAP. VI.

a Filij, obedientes eſtote parētibus veſtris, ſicut domino, in ijs quę licita ſunt & honeſta. Hoc enim & naturæ ius & ſcripta lex, tāquā iuſtū poſtulat. b Honora (inquit lex) patrem tuū & matrem tuā: per reuerentiā & obediētiam, & neceſſariorum ſubuentionem, ſi erit opus. Quod mandatū Deus primùm poſuit, inter ea quæ nos erga homines dirigunt, habens peculiariter promiſsionem adiunctam, vitæ longitudinem, pro debito parentum obſequio. c Et vos patres, cauete ne per moroſitatem atque aſperitatem, ſuperfluis obiurgationibus, ad iracundiā filios exaſperetis: ſed benigne

TEXTVS Cap. VI.

a Filij obedite parētibus veſtris in domino. Hoc enim iuſtum eſt: b Honora patrē tuum, & matrē tuam, (quod eſt mandatū primum in promiſſione) vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſup terrā. c Et vos patres nolite ad iracundiā puocare filios veſtros, ſed aducate illos in diſciplina & correptione Domini.

enutrite illos neceſſaria ſubminiſtrantes corpori:inſtruentes eos in diſciplina atque doctrina morum, addẽtes(cùm opus erit) & ſeuerio rem correptionẽ, vt diſcãt ſciántque timere dominum. a Serui dominis tẽporalibus, quibus eſtis iuſta ſeruitute ſubiecti,obedientiam præſtate cum timore atque tremore:id eſt,cum attentiſsima reuerentia,vt ſeruos decet, in ſimplicitate cordis veſtri ſine omni duplicitate, vt Chriſto ſeruientes in homine. b Non ad exteriorẽ ſpeciem tantùm,ſatis faciẽtes hominibus, quaſi dominorum fauorẽ ſtudentes acquirere:ſed vt ſerui Chriſti, dominorũ carnalium iuſſa vt Dei voluntatẽ ex animo perficientes: c cum promptitudine volũtatis, quaſi Deũ in veſtro ſeruitio ante oculos habentes, non hominem. d Conſyderãtes quoniã Deus iudex eſt,qui vniuſcuiuſque opus in nouiſsimo remunerabit, ſine perſonarũ acceptione. Dominus autẽ carnalis, iudex ſerui ſui tunc non erit, nec remunerationẽ illã ab eo ſpecta-

a Serui obedite dominis carnalibus, cũ timore & tremore;in ſimplicitate cordis veſtri,ſicut Chriſto.

b Non ad oculum ſeruientes: quaſi hominibus placentes: ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo,

c cum bona volũtate ſeruientes, ſicut domino & nõ hominibus.

d ſcientes quoniã vnuſquiſq;,quodcunq; fecerit bonũ hoc recipiet à domino,ſiue ſeruus, ſiue liber.

ſpectare debet. a Et vos domini eadem erga illos benignitate, fidelitate, atque iuſtitia vtamini: cauētes ſuperfluis minis aut verborum vexationibus animos illorū aggrauare, cōſyderantes quod idem ſit iudex in cœlis habitans, à quo dominus pariter atque ſeruus erunt æquali iuſtitia iudicādi, citra perſonarū acceptionē, quiſque ſecundùm opera ſua, nullo habito ad perſonæ dignitatē aut vtilitatem reſpectu. b Quod ſupereſt fratres, volo vos corrobari & fortitudinē accipere in domino, & in eius potētiſsima virtute. In domino enim faciemus virtutem, & non in nobiſipſis. c Armatos inſuper vos eſſe velim ad pugnā, armatura nō corporali, ſed diuina, vt aduerſus calidiſsimas oppugnationes diaboli poſsitis perſtare immobiles ſine nocumento. d Armaturā vtique Dei nos oportet eſſe indutos, ob hoſtiū cum quibus pugnamus qualitatem: quoniam nō eſt nobis pugna aduerſus homines, carne cōpactos & ſanguine: contra quos prodeſſet

a Et vos domini, eadem facite illis remittētes minas ſcientes quod & illorum & veſter dominus eſt in cœlis, & perſonarū acceptio, non eſt apud Deum.

b De *cætero fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius.*

c Induite vos armaturam Dei,

vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli:

d quoniā non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,

a ſed aduerſus prĩcipes & poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebrarum harũ contra ſpiritualia nequitiæ, in cœleſtibus.

b propterea accipite armaturam Dei vt poſſitis reſiſtere in die malo & in omnibus perfecti ſtare,

c State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricã iuſtitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis:

prodeſſet forſitan, carnẽ armis ferreis induere: a ſed aduerſus turmas ſpirituũ, nempe aduerſus eos qui principatũ vſurpant, & poteſtatẽ huius mundi, qui ſunt rectores & princeps mũdi, rectores, inquã, tenebrarũ harũ: id eſt, mundi huius, qui plenus eſt tenebris: aduerſus ſpiritus nequã, omni nequitia plenos q habitãt in hoc caliginoſo cœli aëriſque loco. b Quum ergo tales habeatis inuiſibiles, prępotẽtes, & ſpirituales hoſtes, nolite negligẽtes eſſe: ſed induite armaturã Dei, arma lucis, opera virtutum vt poſsitis in die oppugnationis atque tẽtationis, reſiſtere oppugnãtibus: & ſic in omnibus ſtare perfecti, vt in nullo ſuccũbatis cõſenſum prębẽtes malignis ſuggeſtionibus. c Vigilãter ergo erecti ad Deum ſtate per veritatẽ fidei atque morũ, mortificatis atque cõpreſsis cõcupiſcentijs & libidinibus carnalibus, quę in lumbis ſedẽ habent. Induti inſuper iuſtitiã pro lorica, & calciati pedibus, id eſt affectionib⁹ à terra ſeparatis atque ad cœleſtia directis,

directis,vt ſitis præparati ad ambulandum viam Euangelij pacis. a In omnibus occurrētibus tētationibus,ſemper ſumētes ſcutū fidei:in quo facile eſt,quæuis quantūuis vrētia iacula maligni excipere,& vt nihil noceant extinguere. b Et galeā ſalutis aſſumite,ad capitis munimētū. Nā fides ipſa,ratiōe charitatis,vel ipſa charitas,caput Chriſtum in nobis cuſtodit,vt nō lędatur in nobis. Atque hęc ad defenſionē ab aduerſarijs dixi aſſumēda. c Nūc aūt iubeo ad impugnādū aduerſarios gladiū ſpiritus vos aſſumere, quod eſt verbū Dei,quo & diabolū cōſtat cōfodi, ad cōfuſionē propriam,& qui ſub eo detinētur in peccatis captiui liberātur, ad veritatē tā vitæ quàm doctrinæ educti. d His aūt omnibus adiungēda eſt omnis boni aſsidua petitio & vehemens obſecratio:vt oretis omni tēpore ſpū magis quàm ſibilo linguę, ad hoc ipſum cū aſsidua quadā inſtantia & affectuoſa obſecratione vigilāter inſtantes, e pro omnibus fidelibus &

a in omnibus ſumentes ſcutum fidei: in quo poſsitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.

b Et galeam ſalutis aſſumite,

c & gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei.

d Per omnē orationē & obſecrationem, orantes omni tēpore in ſpiritu,& in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione,

e pro omnibus ſanctis & pro me,vt detur mihi ſermo, in apertione oris mei cū fiducia notum facere myſterium Euangelij.

bus & pro me apoſtolo veſtro: vt det mihi dominus ſermonē bonū & congruum, ad defenſionem fidei, in ſola apertione oris mei: ita vt per ōs meū ipſe loquatur, & ſic audeā fiducialiter notum facere, atque profiteri myſterium Euāgelij, & prædicationis meæ, a pro cuius defenſione nunc legatione fungor in iſtis vinculis: ita vt non puſillanimitate deterrear, ſed audacter loqui valeā, prout ad Dei & Chriſti gloriā oportet. b Vt autem cætera quæ circa nos agūtur, & familiariora noſtra negotia, & quid nunc agam, & quo in ſtatu res noſtræ ſint exactè pernoſcere valeatis: ecce Tychicus chariſsimus frater noſter & fidelis miniſter in domino, omnia nouit, omnia vobis poterit familiariter explicare: c Quem ea cauſa nunc mitto ad vos, vt ex eo diſcatis quę circa nos aguntur, & vt ipſe conſoletur corda veſtra. d Sit pax vera omnibus fidelibus, & charitas quæ eſt cum fide à Deo patre omnium noſtrum Ieſu Chriſto.

Gratia

a pro quo legatione fungor in cathena iſta: ita vt in ipſo audeā prout oportet me loqui.

b Vt autē & vos ſciatis quæ circa me ſunt quid agā omnia vobis nota faciet Tychicus, chariſsimus frater, & fidelis miniſter in domino:

c quē miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt, vt conſoletur corda veſtra.

d pax fratribus, & charitas cum fide à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.

a Gratia Dei cū omnibus qui diligunt dominū noſtrū Ieſum Chriſtum, incorruptione ſidei & morū, incorruptam fidem mēte, & incorruptam vitam moribus tenētes, & ſpem incorruptibilē ab eo nō corruptibilia bona, expectātes, Amē.

a Gratia cum omnibus qui diligunt dominū noſtrū Ieſum Chriſtū in incorruptione, Amen.

Finis.

Finis Elucidationis in Epiſtolam ad Epheſios beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Philippēſes beati Pauli Apoſtoli.

PHILIPPENSES PRAE *cæteris Eccleſijs, Paulo Apoſtolo ſuo, frequentius quæ erant illi neceſſaria ſubminiſtrabant, id quod tam ex huius Epiſtolæ nouiſſimo, quàm ex eius quæ ad Corinthios poſterior ſcripta fuit, capitulo vndecimo, euadit manifeſtum.* Nam *in fine huius Epiſtolæ, ſemel illos atq; iterum, Theſſalonicam miſiſſe ſibi neceſſaria, profitetur.* Et *illo in loco*

apud

apud Corinthios gloriatur quòd quum apud illos eſſet & egeret nulli onerosus fuerit, eo quòd fratres qui veniebant à Macedonia: ſuppleuiſſent q᷑ ſibi deerat. Vnde & nunc, per Epaphroditum, ad illum in carcerem conſtitutum miſerant quæ erant neceſſaria: per quem eis hanc reſcribit, commendatitiā & affectu charitatis plenam Epiſtolam. *In qua primùm de illorum bono profectu gratias agens, pro perſeuerantia, deinde & virtutum augmento, precatur* Deum. Mox *ad ea quæ circa ipſum aguntur, ad illorum conſolationem tranſiens, dicit, omnia ad profectū* Euangelij *cedere: dum per ea quæ pro* Chriſto *perfert vincula,* Chriſti *nomen efficitur glorioſius, licet quidam expurgant ipſo in vinculis conſtituto, qui* Chriſtū *non ſyncerè prædicant. ſed propter inuidiam, captiuitati eius præſſuram ſuſcitare volentes.* Verùm *& hoc ipſum,* Dei *diſpē ſatione, in fructum* Euāgelij *ceſſurum confidit.* Se *quoque ad vtrumlibet: tam ad vitā dicit, quàm ad mortem animo paratum, iuxta voluntatem* Dei, *quanquàm ſe confidit ad diſcipulorum profectum, adhuc in carne (alioqui moleſta) permanſurum.* Monet *autem eos, vt* Euangelio *dignè viuant, vtq; perſecutionibus (quas* Deus *pro magno dono ſuis electis frequenter immittit(non frangantur, quibus ſint ad ſalutem peruenturi.* Secundo *autē capitulo, ad fidei vnitatem eos obteſtando hortatur, vt id ipſum ſapiant, abſque contentionibus, & omni ſuperbia.* Exemplo *quoque* Chriſti, *qui quum in forma* Dei *eſſet, propter nos exinaniuit ſemetipſum, ipſos quoq; ad humilitatis charitatis, ac miſericordiæ hortatur affectū, ad obedientiam quoque ſalutarem, tam in præſentia, quàm in abſentia ſine murmurationibus exhibendam, vt tāquam luminaria luceant in medio nationis peruerſæ infidelium, di-*

cens

cens ſe pro illorum ſalute, libenter etiam immolari velle, ſi domino placitum fuerit. Poſt hoc de Timotheo ad eos breui mittendo, & Epaphrodito remiſſo, familiariter loquitur, cuius etiam infirmitatem narrat atque conualeſcentiam. Tertio autem capite, ſemper gaudere eos iubens, monet à circunciſionis prædicatoribus cauendum, quum nos per fidem Deo ſeruimus, verè ſimus in ſpiritu circunciſi ante Deum. Et quoniam huiuſmodi plurimum ſolent gloriari, obiter Paulus ſe quoque (ſi velit) contra poſſe gloriari, declarat, ſed propter Chriſti fidē, omnia eiuſmodi in quibus illi gloriantur, & in quibus etiam ipſe ſecundùm carnem poſsit gloriari, ſe ait nihili facere, veluti ſtercora & omnia detrimentum æſtimare, vt Chriſtum ſibi ſolùm lucrifaciat. Ad cuius perfectionem, ſe nondum arbitratur, pertigiſſe: currit tamen, extentus in anteriora manibus, vt comprehendat. Rurſumq́;, vt ab ijs caueant falſis prædicatoribus, qui inimici ſunt crucis Chriſti, & terrena ſapiunt, commonefacit. In quarto autem capitulo, ad moralem tranſit exhortationem: vt ſtabiles perſiſtant, idem ſapiant, ſe inuicem adiuuent, ſemper in domino gaudeant: modeſtiam ſuam omnibus innoteſcere faciant, & in pace Dei cuſtodiantur, & quæcunq; bonitatis ſunt, ſtudioſè ſectentur. Poſtremò de acceptis per Epaphroditum muneribus, familiariter gratias agens, Deum illis remuneratorem precatus ita claudit Epiſtolam.

Finis Argumenti in Epiſtolam ad Philippenſes.

TEXTVS epiſtolę ad Philippẽſes beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

P a *Aulus & Timothæus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis cũ epiſcopis & diaconibus.*
b Gratia vobis, & pax à Deo patro noſtro & domino Ieſu chriſto.
c Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cunctis orationibus meis, pro omnibus vobis, cũ

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD Philippenſes, beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis primi.

P a AVLVS & Timothęus ſerui Ieſu Chriſti ſcribũt ſalutémque precãtur omnibus credentibus in Chriſtũ Ieſum qui ſunt in Philippis ciuitate cõgregati, & ſingulariter præsbyteris atque diaconis, qui ſunt inter ipſos. b Gratia ſit vobis & pax, à Deo omnium noſtrũ patre & à dño noſtro Ieſu Chriſto. c Gratias ago Deo meo, quoties memor ſum veſtri, id quod facio ſemper in orationibus, quas ſine intermiſſiõe facio pro vobis, quicũque per noſtrã prędicationẽ credidi-

crediditis,cum gaudio ſpirituali, & alacritate mentis, deprecando dominũ pro ijs quæ adhuc vobis ſunt neceſſaria. a Gratias,inquã, ago de hoc ꝙ participes facti ſitis Euangelij Chriſti,à prima die,ſtatim vt prædicationem noſtrã audiſtis,credendo & proficiendo & perſeuerãdo in eadẽ vſque nunc.

b Confidens & ſperãs, quoniam ipſe qui dedit vobis boni operis initium,dabit & profectum,& cõſummationem vſque in diẽ aduẽtus Chriſti, c queadmodũ meritò & iure optimo debeo hoc de vobis ſperare atque exiſtimare, d eo quod vos geſtem per nimium charitatis affectum in intimis cordis mei,etiam in vinculis iſtis nõ perdẽs veſtri amorẽ,habẽs vos ad defẽſionẽ & cõfirmationẽ Euãgelij, ꝓ cuius prędicatiõe ſum vinctus. Nã numeroſitas bonorũ diſcipulorum defendit,cõmendat atque cõfirmat doctrinam præceptoris.

e Habeo autem vos in corde, inque defenſione Euangelij, vt ſitis vos omnes participes gaudij mei,

gaudio deprecationem faciens:

a ſuper cõmunicatione veſtra in Euangelio Chriſti, à prima die vſque nunc:

b confidẽs hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonũ,perficiet vſq; in diem Chriſti Ieſu:

c ſicut eſt mihi iuſtũ hoc ſentire pro omnibus vobis.

d eo quòd habeã vos in corde,& in vinculis meis,et in defenſionem et cõfirmationem Euãgelij,

e Socios gaudij mei omnes vos eſſe.

quod & nunc habeo in ſpiritu, & plenius expecto in patria: a Deus enim teſtis eſt,quẽadmodũ & quã tum oẽs vos cupiã iungere Chriſto Ieſu,& inviſcera eius traijcere. b Atque, hoc eſt,quod aſsidua oratione peto à domino,vt charitatem veſtram faciat ſemper exercere,in plena ſpiritualium ac cœleſtium rerũ ſcientia, & in exacto iudicio, veráque intelligentia , vt dijudicetis,eligendo ſemper meliora: c vt ſitis integri in omnibus virtutibus,& ſine vitio, in diẽ aduentus Chriſti repleti operib⁹ bonis,per Ieſum Chriſtũ,qui dat oĩa in laudem & gloriam Dei patris. d Illud autem volo vos ſcire fratres mei(ne deijciamini in captiuitate mea)quod ea quæ de me agũtur,id eſt,captiuitas & perſecutio iſta vſque adeò nihil officiunt gloriæ Euangelij,vt etiam multò magis cedant in profectũ,& honorẽ, & diuulgationẽ eius, e vſque adeò vt fiant vincula mea,quæ pro Chriſto patior, manifeſta in toto prætorio,& in omni loco,in quo narran-

a Teſtis enim mihi eſt Deus quomodo cupiam oẽs vos eſſe in viſceribus Ieſu Chriſti.

b Et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abũdet in omni ſciẽtia,et omni ſenſu, vt ꝓbetis potiora:

c vt ſitis ſynceri & ſine offenſa,in die Chriſti repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum in gloriam & laudem Dei.

d Scire aũt volo vos fratres , quia quæ circa me ſunt magis ad profectũ venerũt Euãgelij:

e ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto,in omni prætorio,& in cæteris oĩbus:

narrantur, quæ hic circa me agũ-
tur. a Vnde fit,vt fidelium cõplu
res fiduciam accipientes ex vincu
lis meis in domino,plus etiam ſoli
to audeant verbum Dei proloqui,
ſine timore perſecutionum. b Ex
eis verò qui prædicant Chriſtum,
ſunt quidam,qui propter inuidiã
qua mihi inuident,& malitioſam
quandam contentionẽ, vt habeã-
tur Apoſtoli ſicut & ego hoc fa-
ciunt. c Alij verò ex recta & ſyn
cera voluntate propter Dei gloriã.
d Iſti, inquã, ex amore,quo tum
erga Deũ,tum erga Euãgeliũ,tum
erga nos afficiũtur,ſcientes me in
defenſione Euãgelij cõſtitutum à
Deo,ſiue recluſum carcere à perſe
cutorib⁹,& quia mihi minus licet,
ideò ipſi ardẽtius prędicãt. e Qui
dam aũt(vt dixi)contẽtioſè & ad
inuidiã Chriſtũ annũciãt,nõ ſyn-
cera voluntate : ſed ad illum finẽ,
vt captiuitas mea aggrauetur, &
me reddant odioſiorem. f Quid
autem mea, quo affectu hi prædi
cent? Mihi ſatis eſt,quod annũciet
Chriſti p̃dicatio quocũque modo

*a & plures è fra-
tribus in dño cõfi-
dentes in vinculis
meis, abundãtius
auderẽt ſine timo
re verbũ dei loqui.*
*b Quidã quidem
& propter inui-
diã & cõuẽtionẽ,*
*c Quidã aũt, &
propter bonã volũ
tatem Chriſtum
prædicant.*
*d Quidã ex cha
ritate, ſciẽtes quo
niã in defenſione
Euangelij poſitus
ſum.*
*e Quidã autem
ex cõtentione chri
ſtum annunciãt,
non ſyncerè, exiſti
mãtes præſſuram
ſe ſuſcitare vincu-
lis meis.*
*f Quid enim dũ
õmodo, ſiue per oc
caſionẽ, ſiue p ve-
ritatem Chriſtus
annunciatur.*

a & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.

b Scio enim, quia hoc mihi p̃ueniet ad ſalutẽ p veſtrã orationem, et ſub miniſtrationẽ ſpiritus Ieſu Chriſti.

c ſecũdùm expectationem & ſpẽ meã, quia in nullo confundar:

d ſed in omni fiducia, ſicut ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitã, ſiue p mortem.

e Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.

f Quòd ſi viuere in carne hic mihi fructus operis eſt:

g & quid eligam ignoro, coartor autem è duobus, de-

id fiat, ſiue per occaſionẽ & pręter intentionem, propter alium finem quàm propter Dei gloriam, ſiue ex veritate & ſynceritate affectus. a In hoc ſemper gaudeo, & gaudere volo, quod ſiue ſic, ſiue ſic, tamen Chriſtus prædicatur. b Confido enim, quoniã Deo diſponẽte, hoc ipſum mihi ad ſalutẽ proueniet per adiutoriũ orationum veſtrarum, & ſuggeſtionẽ atque directionem ſpiritus Ieſu Chriſti, qui facit diligentibus Deum omnia in bonũ cooperari: c iuxta qđ expecto & ſpero, in nullo me confuſum iri: d ſed in pleniſſma fiducia, ſicut ſemper glorificatus eſt Chriſtus in corpore meo: ita & nũc (ſpero) glorificabitur, ſiue per vitã ſiue per mortem. e Nam mea quidem vita, Chriſtus eſt, & mortem ego pro lucro reputo: vtpote per quã à pluribus malis redimor, & ad cœleſtia ſumméque exoptata bona perueniã. f Quòd ſi adhuc in corpore me velit viuere dñs, hoc mihi fructum bonorum operum augmentabit. g Et ſanè, vtrũ ex duo-

duobus eligere velim ipſe ignoro: cogor tamē ad alterum, habēs quidem deſyderium moriendi ſecundùm corpus, & ad Chriſtū migrādi, id quod mihi (quantùm quidē ex mea parte) multò melius foret, atque gratius. a Attamen vt in corporis vita adhuc permaneam, magis neceſſarium eſt propter vos oēs qui ꝑ me credidiſtis Deo. b Et hoc fiducialiter ſperans, credo ꝙ ſuperſtes permanebo, adhuc aliquantùm tēpus, donec placitū erit domino, omnibus vobis diſcipulis meis, hoc eſt ad veſtrum maiorem profectū, & vt gaudeatis in fide veſtra abundātius:. b Vtique gaudium veſtrum & exultatio ſit abundantior in Chriſto Ieſu, propter me & aduentū meum: cùm venero ad reuiſendum vos, ſi ita Domino viſum fuerit. Verùm tamen (quando certā omnino Dei volūtatem, aut futurorum circa nos euentum, non plenè cognoſcimus) quomodocūque eueniat. b Vos tantùm curate, vt ſecundùm formam Euangelij dignè viuatis vt

ſyderium habens diſſolui & eſſe cū Chriſto multò magis melius & abūdo: a permanere aūt in carne neceſſarium propter vos. b Et in hoc cōfidēs ſcio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrū et gaudium fidei: c vt gratulatio veſtra abūdet in Chriſto ieſu in me per meum aduentum iterū ad vos: d Tātū dignè Euāgelio Chriſti cōuerſamini, vt ſiue cū venero, et videro vos, ſiue abſens audiam de vobis, quia ſtatis in vno ſpū, vnanimes collaborātes fidei euāgelij, & in nullo

terreamini ab aduerſarijs,

ego gaudeam in vobis, ſiue cùm ipſe venero & videro, ſiue cùm abſens in vinculis manẽs audiero, ꝙ fortiter perſtatis in vno ſpiritu, vnius animi nõ diſcordes, pariter laborãtes in fide Euãgelica: ita vt perſeueretis & operemini in ea & non deficiatis propter terrorẽ aduerſariorũ veſtrorũ.

a quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis,

a Quæ quidem aduerſatio atque perſecutio, quam vobis inferũt: ipſis quidem inferentibus eſt cauſa æternæ dãnationis, vobis autẽ (Deo diſponẽte) occaſio erit ſalutis veſtræ.

b & hoc à Deo, quia vobis donatũ eſt pro Chriſto, nõ ſolùm vt in eũ credatis, ſed vt etiã ꝓ illo patiamini.

b Et hoc ipſum Dei munus eſt, Deíque eſt hæc ordinatio. Quoniã vobis donatum eſt, nõ ſolùm in Chriſtũ credere, ſed etiã vt pro eius amore patiamini, qđ eſt ſingulare munus & non niſi amicis electis conceſſum.

c Idem certamen habentes quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me.

c Idem enim certamẽ cum infidelibus perſecutoribus habuiſtis, quale & olim vidiſtis de me, cùm apud vos eſſem, & virgis cæſus in carcerem conijcerer, & nũc auditis iterum de me quomodo vinctus ſum pro Chriſti nomine.

Eluci-

Elucidatio CAP. II.

N a Vnc igitur, ſi qua eſt cõſolatio quam mihi vultis impendere, ſi mihi vllũ vultis ſolatiũ atque refrigeriũ charitatis præſtare in tribulationib⁹ iſtis, ſi vlla mihi ſpiritus ſocietate vultis cõiũgi, ſi mihi viſcera miſerationis oſtẽdere: nõ aliud a vobis poſtulo, niſi vt impleatis & perficiatis gaudium meũ, quod de veſtris bonis principijs iãpridẽ cõcepi: b hoc eſt vt idem ſentiatis abſque diſſenſionibus, habentes mutuã charitatẽ in inuicem, vnius animi atque affectus, in fidei negotio idẽ penitus ſentientes. c Nihil agatis ex contentione ſiue ambitione, neque ex vana gloria, ſed oĩa agite in humilitate, tanq̃ ſubiecti inuicem, proximos ſemper vt ſuperiores reuerentes. d Non conſyderãtes ſinguli propria cõmoda tantùm, aut quæ in vobiſipſis ſunt bona, ſed magis etiã quę aliorũ. Sic enim & humilitas fouetur, & charitas. e Sit aũt in vobis ille affectus pro exemplo, quẽ & in Chriſto Ieſu cõperimus.

TEXTVS Cap. II.

a Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi qđ ſolatiũ charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis: implete gaudium meum, b vt idẽ ſapiatis, eandem charitatẽ habentes, vnanimes, idipſũ ſentientes.

c Nihil per cõtentionẽ, neq; per inanem gloriã, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes,

d nõ quæ ſua ſunt ſinguli cõſyderantes, ſed & ea quæ aliorum.

e Hoc enim ſentite in vobis, qđ & in Chriſto Ieſu.

a Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.

a Qui cùm eſſet eiuſdem cũ Deo patre ſubſtantiæ, & eiuſdẽ naturę: non voluit tamen patris gloriã ſibi rapere quã in omnibus ſemper quæſiuit dum ſuper terrã viueret, propriam contẽnẽdo, nec mundanis honoribus, tãquàm patri ęqualis honorari petijt ſup terrã. Cùm tamen gloriam omnẽ & omnẽ honorem iure optimo & meritò, vtique accipere potuiſſet, vtpote filius patri conſubſtantialis & coæqualis per omnia. b Propter noſtrum tamen ſalutis profectum, & exemplum humilitatis nobis præbendum, humiliauit abiecitque ſe metipſum, & obſcurauit obtexitque omnẽ illam diuinitatis gloriã aſſumendo ſeruilẽ ſpeciem carnis noſtræ ſecundùm veritatẽ aſſumptæ humanæ naturæ ſimilis factus hominibus, ſpecie, figura, atque diſpoſitione: per omnia, vt cæteri hominũ, viſus & conſpectus. c Humiliauit ſeipſum, ex patris obedientia, vſque ad mortem: & illam quidẽ ignominioſiſsimã, mortẽ crucis. d Qua humilitate pro-

b Sed exinaniuit ſemet ipſum, formã ſerui accipiẽs in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

c Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortẽ autem crucis.

d Propter qđ & Deus exaltauit illum & donauit illi nomen qđ eſt ſuper omne nomẽ,

promeruit exaltari à patre,& donari ſibi, clarificari, atque prædicari nomẽ diuinitatis,quod ſupergreditur omne nomen: a ita vt modò poſtquàm eius diuinitas clarificata atque manifeſtata eſt à patre,diuinũ illi omnis creatura rationalis exhibeat honorẽ,& genu flexionẽ(id eſt reuerẽtiam & obedientiam)nomini eius.Omnis,inquam, creatura, ſiue cœleſtis illa fuerit,ſiue ſuper terram,ſiue ſubtus terram:id eſt,angelica, humana,& diabolica: b & omnis lingua confiteatur palam, quod dñs noſter Ieſus Chriſtus,qui tam vilis olim fuit reputatus, nũc in gloria reſidet patris ſui,eidẽ per omnia ſibi coæqualis. c Itaque chariſsimi mei,ſicut hactenus ſemper obedientes fuiſtis, non ſolùm me præſente apud vos:ita & nũc dum abſens ſum à vobis,multò magis obediẽtes eſtote,& omni ſolicitudine curate,opera ſalutis operari. Ecce enim Deũ in hoc adiutorem habetis, ſi non ſit defectus ex parte veſtri. d Nã Deus eſt qui operatur

a vt in noĩe ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium,& infernorum:

b & omnis lĩgua cõfiteatur,quia dominus noſter ieſus Chriſtus in gloriã eſt Dei *patris.*

c Itaq; chariſsimi mei,ſicut ſemp obediſtis, non in præſentia mea tãtùm:ſed multò magis nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.

d Deus *eſt enim, qui operatur in vobis,& velle et perficere,pro bona voluntate.*

a Omnia autem facite, ſine murmurationibus & hæſitationibus,

b vt ſitis ſine querela, ſimplices, filij Dei ſine reprahenſione, in medio nationis prauæ et perverſæ,

c inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo,

d verbũ vitæ continentes, ad gloriã meam in die chriſti,

e quia non in vacuum cucurri, neq; in vacuum laboraui.

ratur intra vos cooperante veſtra voluntate, vt velitis bonũ, & etiã perficiatis, id eſt deſyderiũ operis boni, & ſimul ipſius operis cõſummationẽ. Idq̃ue facit ꝓ ſuo beneplacito, nõ ex vllo debito. a Oĩa aũt opera veſtra facite, nõ murmurãdo cõtra Dei iudicia, & nõ diffidẽdo de Dei auxilio: in oĩbus quæ vobis obuenerĩt: b vt inueniamini tales de quibꝰ cõqueri nemo iure poſsit, & nullã duplicitatẽ habẽtes, ſed integri & veraces: ſitiſque filij Dei irreprçhẽſibiles, & ſine crimine in medio infideliũ, q̃ ſunt generatio praua, in omni malitia & ꝑuerſa, quoniã ꝓ creatore creaturã ꝑuerſi hoĩes colũt. c Inter quos lucere debetis vos fideles, ſicut lumina ſuo lumine mũdũ illuſtrãtia vt ambulẽt in lumine veſtro, & alliciant ex claritate cõuerſatiõis veſtræ ad viam bonam, etiam qui in tenebris ſunt: d cuſtodientes in vobis, per fidem & obſeruationem operis, verbũ vitæ qđ prædicamꝰ: vnde erit mihi gloria, in die aduẽtus Chriſti. e Tũc enim palã fiet,

quòd

quòd ſolicitudo mea diligentiſsima,& labores mei,nō fuerũt inanes,nec ſine fructu. Iā enim ego obtuli dño ſacrificiũ & oblationē acceptiſsimā omniũ veſtrũ fidem,omnes vos fideles efficiēs. a Quòd ſi ſupra hanc oblationē, placuerit domino,vt etiā ego ipſe immoler, & fiam oblatio ei per mortem, nequaquàm cōtriſtabor : ſed gaudeo propter meũ lucrũ,& omnibus vobis cōgratulor & cōgaudeo, quoniā vos ex hoc fructũ capietis, & efficiemini in fide Chriſti & patiētia,meo exēplo confirmati. b Et vos quoque debetis in hoc gaudere,propter bonũ veſtrum,& mecũ gaudere, propter gloriā meam, ſiquidē ſic dño placuerit. c Spero autem(ſi voluntas domini fuerit) me breui miſſurum ad vos Timotheum, vt cùm cognouero per eũ, quę apud vos aguntur,ſim animo bene cōſolatus. d Hunc autē potiſsimũ volo mittere,quoniā neminē apud me habeo,tā vnius mecũ propenſiq́ue animi in idem opus miniſterij, qui ſic prò ſalute veſtra ac cæte-

a Sed & ſi immolor ſupra ſacrificiũ & obſequium fidei veſtræ, gaudeo,et cōgratulor omnibus vobis.

b Idipſum autē & vos gaudete, & congratulamini mihi.

c Spero autē in domino Ieſu, Timotheũ me citò mittere ad vos,vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt.

d Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ſyncera affectione pro vobis ſolicitus ſit.

a Omnes enim quæ ſua ſunt quæ-rũt, non quæ Ieſu Chriſti.

b Experimẽtum autem eius cognoſcitis, quoniã ſicut patri filius, mecũ ſeruiuit in Euangelio.

c Hũc igitur ſpero me mittere ad vos mox vt videro, quæ circa me ſũt.

d Cõfido aũt in domino, quoniam et ipſe veniã ad vos citò.

e Neceſſariũ aũt existimaui Epaphroditũ fratrẽ, et cooperatorem, & cõmilitonẽ meum, veſtrũ autẽ Apoſtolũ, & miniſtrũ neceſſitatis meæ, mittere ad vos.

f Quoniã quidẽ oẽs vos deſydera-

ac cæterorum diſcipulorũ zelat ex integro affectu ſpiritus, ſicut hic Timothæus. a Nam plurimi ex ijs qui videbantur magna facturi, orta tribulatione mea diſcedẽtes, ſua priuata incõmoda, gloriæ Chriſti præponunt. b Eius autem ſidem, vel hoc ſatis probat, quod ita collaborauit mihi in prædicando Euangelio quemadmodũ filius patri, promptiſsimus ad omnia, quæcũque ei iniũgo in negotio Chriſti. c Hunc igitur tam probatum & tam dignum Chriſti ſeruũ, ſpero me ad vos miſſurum, mox vt cognouero certius aliquid, quid de me ſit futurum. d Confido autẽ (volente domino) meipſum quoque citò venturum, ad inuiſendũ vos. e Neceſſariũ autẽ mihi fuit viſum vt remitterem ad vos Epaphroditum fratrem meũ, & cooperatorẽ in prædicatiõe Euangelij, & cõmilitonem meum in ſuſtinendis pariter aduerſis: veſtrum autẽ Apoſtolũ, & Epiſcopũ, per quẽ adminiſtratis mihi neceſſaria. f Quoniam ipſe quidem omnes vos ſpiritu

ritu deſyderabat, & cōtriſtatus erat ex eo quòd audieratis illũ infirmatum, metuens ne vos id grauius contriſtaret. a Neque falſum eſt, quòd audieratis. Nam & infirmatus eſt vſque ad mortis periculum, ſed dominus pepercit ei. b Non ſolùm autem ei, ſed & mihi pepercit, ne me ſupra modum affligeret, & triſtitiam accumularet triſtitiæ. c Mox autem vt ſanitatem recuperaſſet, feſtinaui eũ remittere ad vos, vt viſo eo gaudium veſtrum redintegretur, & ego ſim ſine triſtitia: quoniam veſtra triſtitia me cōtriſtat, & veſtrum gaudium me lætificat. d Excipite itaque illum benignè & reuerenter, & qui tales ſunt habete in honore & reuerentia, obediendo eis: e quoniam propter opus Chriſti, pietatis, & miſericordiæ, vel mortis ſe periculis obiectare non timuit, exponēs periculo vitam ſuam, vt pro vobis omnibus (quod per voſipſos non poteratis abſentes) mihi obſequeretur atque miniſtraret in neceſsitatibus meis.

bat, & mæſtus erat ꝓpterea quod audieratis illum infirmatum.
a Nã & infirmatus eſt vſq; ad mortem, ſed Deus miſertus eſt eius.
b Nō ſolùm autē eius, verũetiã & mei, ne triſtitiã ſuꝑ triſtitiã haberē.
c Feſtinentius ergo miſi illũ, vt viſo illo, iterum gaudeatis, & ego ſine triſtitia ſim.
d Excipite itaq; illũ cũ omni gaudio, in domino, & eiuſmodi cum honore habetote:
e quoniã ꝓpter opus Chriſti vſque ad mortē acceſsit, tradēs aĩam ſuã, vt impleret id qđ ex vobis deerat, erga meũ obſequiũ.

Eluci-

TEXTVS

Cap. III

a De cætero fratres mei, gaudete in domino. Eadẽ vobis ſcribere, mihi quidẽ nõ pigrũ vobis autem neceſſarium.

b Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem.

c Nec enim ſumus circũciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & nõ in carne fiduciam habentes:

d Quanquàm et ego habeam confidentiã in carne.

e Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis,

Elucidatio CAP. III.

Ca Aeterùm fratres, moneo vos, vt ſemper in domino ſitis gaudentes. Eadem mihi ſcribere vobis, quæ & alijs ſcribo eccleſijs, aut quæ vobis alias ſcripſi, aut pręſens alias docui: mihi quidẽ nõ eſt moleſtũ, eo quòd vobis cognoſcã eſſe vtile & neceſſariũ. b Attẽdite à canibus, qui veſtrã libertatem volũt per inuidiã dirũpere, & cõſyderate ſubdolos & infideles operarios Pſeudoapoſtolos. Obſeruate circũciſos iſtos, docẽtes circũciſionẽ, vt ne acquieſcatis dogmatibus eorũ. c Nos enim ſumus verè populus circũciſus, ſpirituali circũciſione, qui ſpiritu ſeruimus Deo, abſcindẽtes oẽs carnis concupiſcentias, & gloriamur atque placemus nobis in fide Chriſti Ieſu, nõ habẽtes fiduciã neque cõplacẽtiã in carnalibus obſeruantijs, ſicut carnales faciunt Iudæi. d Quanquàm nihilominus etiam ego habeã vnde poſsim gloriari (ſi liberet) in ijs in quibus illi ſolẽt ſe iactare. e Si quis enim alius videtur ſibi glorio

ſus

ſus ex carnis propagatiõe, vel carnali legis obſeruatione, mihi forſitan magis in his liceret gloriari, citra mendacium: a qui ſum circũciſus legitimè ſuo tempore, octaua die, non aduena, nec ex filijs proſelytorũ, ſed ex ſemine Iſraël, de tribu nõ ignobili Beniamin. b Hebrȩus ex Hebrȩis natus, ſecundùm legis quidem obſeruationem ſectȩ Phariſaicæ, quȩ erat alijs ſectis cõmendatior: quantùm ad ȩmulationem, adeò feruidus pro lege, vt perſequerer eccleſiam Chriſti, quam nunc verè ſcio eſſe Dei: c ſecundùm iuſtitiam quæ ex lege haberi poterat, ita conuerſatus vt nõ poſſit me quſpiam arguere tranſgreſſæ legis. d Sed quæ hactenus in Iudaiſmo velut magna & præcioſa ſtudui congregare, poſtquàm Chriſti veritatem agnoui, reputaui vt impedimenta veritatis percipiendæ. Qui enim inhæſerit vmbræ, impeditur à contemplatione veritatis. e Imò verò omnia prorſus, ſiue legalia, ſiue terrena, ego exiſtimo impedimẽtum præſta-

a circunciſus octaua die, ex genere Iſraël de tribu Beniamin.

b Hebræus ex Hebræis ſecũdùm legem Phariſæus, ſecundùm æmulationem, perſequens eccleſiam Dei.

c ſecundùm iuſtitiam quæ in lege eſt conuerſatus ſine querela.

d Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſũ propter Chriſtum detrimenta.

e Veruntamẽ exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter æminentẽ ſciẽtiam Ieſu Chriſti domini mei.

præſtare veritati Euãgelicæ,& velut detrimẽta abijcienda, propter illam prçclarã fidẽ & cognitionem Chriſti Ieſu domini mei, & ſanctorum myſteriorum eius,

a Propter quem, omnia detrimẽtũ feci, & arbitror vt ſtercora,

a propter cuius amorem atque fidẽ, omnia penitus reputaui impedimẽta à lucro ſpirituali & velut ſtercora nihili pendo ad veram ſalutem conſequendam,

b vt Chriſtũ lucrifaciam, vt & inueniar in illo, nõ habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illã quæ ex fide Chriſti Ieſu, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide:

b vt Chriſtum mihi & eius iuſtitiam veram lucrari valeam:vt per fidem illius iuſtificatus,inueniar non habens iuſtitiam meã (hoc eſt ex meis operibus,in obſeruatiõe legis operatis) ſed eã iuſtitiã qua iuſtificatur homo per fidẽ Chriſti Ieſu, quæ iuſtitia ex Deo gratis nobis confertur,& gratis per eã iuſtificamur, in fide viua,non ex operibus legis.

c ad cognoſcendũ illum, & virtutẽ reſurrectiõis eius,

c Quæ fides hoc mihi præſtat, vt cognoſcam Chriſtum & virtutem ac myſterium reſurrectionis eius, per quam nobis etiã credentibus, ſpem dat reſurgẽdi:

d & ſocietatẽ paſſionis illius:

e cõfiguratus morti eius,

d vt inſuper cognoſcam ſocietatem & communionem,qua cõmunicant,credentes,merito paſsionis eius, e vt inueniar,

ueniat, inquam, configuratus ſimilitudini mortis eius per veteris vitæ omiſsionẽ, & nouitatem vitæ melioris, a vt ſuo tẽpore Chriſto ad iudicium venturo vnà cũ cæteris ſanctis valeam in gaudio occurrere, & obuiã pergere à mortuis reſurgendo. b Hæc autẽ dico, non quòd me putẽ iã accepiſſe, quod expecto, præmiũ reſurrectiõis, aut vſque adeò eſſe in configuratione mortis eius perfectũ, vt vel cadere ab eo nõ poſsim, vel vlterius non proficere: c ſpem tamen habens bonã, tam ad brauiũ obtinẽdum quàm ad perfectionis cõſequutionem, viriliter curro: ſi quo modo cõpræhẽdã aliquãdo, & aſſequar quod quæro, quẽadmodũ olim me Chriſtus inſequutus eſt & cõpræhendit, quando pergenti ad perſequutionẽ membrorum ſuorum in luce & virtute apparẽs me ſibi captiuũ abduxit, in ſeruitutem ſuã. d Fratres (apertè fateor) licet Apoſtolus ſim, non tamen arbitror me compræhendiſſe, ſic quaſi de brauio iam certus aut ſummum

a ſi quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis.

b Non quòd iam acceperim,

aut iã perfectus ſim.

c Sequor autem, ſi quo modo comprahendã, in quo & comprahenſus ſum à Chriſto Ieſu.

d Fratres, ego me non arbitror comprahendiſſe.

perfectionis faſtigium conſecutus.

a Vnum autem, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens

a Vnũ autem iſtud eſt, ad quod laboro. Nempe vt ea quæ retro ſunt (id eſt priores legis obſeruantias item cuncta terrena bona) nihili pendens,

ad ea verò quæ ſunt priora extendens meipsũ ad deſtinatũ perſequor ad brauiũ ſupernæ vocationis Dei, in Chriſto Ieſu.

ad ea verò quæ anteriora ſunt (id eſt potiora gratię, & cœleſtia bona) meũ deſyderium exci tans ſolicitè, diligenter, atque feruenter contendam ad ſcopũ perfectionis, qui nobis eſt præfixus: atque ita conſequenter, ſi illum attigerimus, ad brauium quod à Deo deſuper proponitur, in vocatione noſtra, omnibus Chriſti fidelibus.

b Quicunque ergo perfecti ſumus: hoc ſentiamus.

b Quicũque ergo veri & perfecti fideles eſſe volumus, hoc nobis eſt ſentiendũ, ne quis putet ſe in hac vita perfectũ aut penitus ſecurum.

c & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis Deus reuelabit.

c Et ſi quid aliud amplius ſapueritis, & hoc ex Dei vobis munere reuelatũ agnoſcite. d veruntamẽ ad id ad qđ nũc ꝑuenimus quódque nobis iam reuelatione comper tum eſt, neceſſe eſt vt quantùm ad

d Veruntamẽ ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus & in eadẽ permaneamus regula.

hanc partem, cõcordi ſimus ſentẽtia, & neceſſe eſt vt in eodem permaneamus canone fidei, quem à

Deo

Deo iam didicimus. a Eſtote autem imitatores mei,& obſeruate eos vt ſint vobis in exéplũ & imitationem,qui ambulant ſecũdùm exemplum noſtrum, quod habetis cognitum,eo quòd vidiſtis meam cõuerſationem inter vos. b Nec id ſine cauſa admoneo, multi enim pſeudoapoſtoli paſsim circũeunt,& ambulant,& cõuerſantur, quos ſæpius denunciaui vobis,¦ & etiam nunc cũ lachrymis denũcio eſſe inimicos crucis Chriſti: quoniam & libertati quam illa peperit prædicãdo aduerſantur, & humilitatem atque auſteritatẽ & continentiam quam illa docet, aſpernantur,contrario modo viuentẽs: c quorum finalis retributio mortis æternę damnatio erit. d Qui omnia ad ventrem referũt, & gulæ atque luxurię ſeruiunt:& id qđ ſibi gloriam reputant,erit in confuſionem ipſorũ: qui affectu prorſus terreni ſunt, & terrena quærunt. e Nos autem in cœlis conuerſamur dũ nõ niſi cœleſtia quæ rimus & ſapimus: Atque ob hoc

a Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formã noſtram.

b Multi enim ambulant quos ſæpe dicebã vobis,nunc autem & flens dico,inimicos crucis Chriſti:

c quorum finis interitus,

d quorum Deus venter eſt, gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.

e Noſtra autẽ cõuerſatio in cœlis eſt. Vnde etiã ſaluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,

a qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, cõſiguratũ corpori clari tatis ſuæ,

b ſecundùm operationem virtutis ſuæ qua etiam poßit ſibi ſubijcere omnia.

fiducialiter expectamus aduẽtum domini noſtri Ieſu Chriſti, de cœleſtibus ad iudiciũ, vt ſit nobis ſaluator: a qui immutabit corpus hoc viliſsimum quod nũc nos gerimus aſsimilans id corpori ſuo glorioſo, per immortalitatis donum, b ſecũdùm virtutem & operationem illam diuinitatis, qua etiã poteſt omnia ſubijcere. c Nam per virtutem diuinitatis fecit vt Chriſto homini poſt iudicium ſint plenè ſubiecta omnia, tam cœleſtia quàm terreſtria.

TEXTVS Cap. IIII.

a Itaque fratres mei chariſsimi & deſyderatißimi, gaudiũ meũ & corona mea, ſic ſtate in domino chariſsimi.

b Euodiam rogo, Synt&ychen deprecor idipſum ſapere in domino.

c Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cũ Clemẽte & cæteris adiuto

Elucidatio CAP. IIII.

PRoinde fratres mei, quos & ſummè charos, & ſummè habeo in Chriſto deſyderatos, in quibus gaudeo, & pro quibus mercedẽ expecto æternæ retributionis, ſic ſtate (precor) vt decet eos qui tantam ſpẽ habent in fide & operibus Deo dignis. b Vos quoque ô Euodia & Syntyche nominatim deprecor, vt idem ſapiatis in fide Chriſti, ſicut oportet. c Et te rogo mi germane collaborator, qui tam ingenuè in negotio Chriſti mihi

mihi cooperaris, vt adiuues illas ſi habuerint in vlla re tuo auxilio opus, quæ laborauerũt mecũ in negotio Euangelij, cũ Clemēte & cęteris coadiutoribus meis, quorum nomina Deus ad ſalutē, in ſua ęterna prædeſtinatione (vt ſpero) deſcripſit. a Gaudete ſemper in domino ſpirituali gaudio: & rurſus (vt magis inculcē) repeto, vt gaudere ſtudeatis. b Veſtra modeſta, & benigna, & manſueta conuerſatio luceat coram omnibus hominibus etiam infidelibus. c Scientes quoniã dominus prope eſt, vt cõſpiciat, atque vt iudicet cõuerſationem noſtrã. d Pro nulla re tēporali vos angat atque affligat ſolicitudo, ſed ab omni ſolicitudine liberi, iugiter in oratione eleuati, & attentiori obſecrationi intenti, agētes gratias de præteritis bonis acceptis, facite vt petitiões veſtræ pro ijs quæ adhuc deſyderatis, exaudiantur apud dominum. e Et pax illa cœleſtis, quæ eſt à Deo in cordibus fideliũ, quæ nequit compræhēdi qualis ſit aut quanta, ipſa

ribus meis, quorũ nomina ſunt in libro vitæ.

a Gaudete in domino ſemper, iterũ dico gaudete.

b Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.

c dominus enim prope eſt.

d Nihil ſoliciti ſitis ſed in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtræ, inoteſcant apud Deum.

e Ex pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras, in Chriſto Ieſu.

conſeruet voluntatẽ veſtrã, atque intellectũ vt permaneant in Chriſto Ieſu. Mox enim vt pax Dei perditur cor & intelligentia à Deo decidũt. a Cæterùm fratres hortor vos, vt ab omni impudicitia & vanitate auertẽtes animũ, ſectemini ea quæ ſunt veritatis, pudicitiæ, iuſtitiæ. quæcunque ad ſanctitatem faciũt, & quæcũque amorẽ fraternũ nutriũt ad bonã famã promouent, quæ indubiè multum cõfert profectui Euangelij. b Denique quicquid eſt virtutis, quicquid eſt diſciplinæ laudabilis hæc, inquã, & his ſimilia amodo meditanda ſunt vobis, quæ & didiciſtis à nobis & accepiſtis per fidẽ, & audiſtis per noſtrã prędicationẽ & vidiſtis in conuerſatione noſtra. c Hæc, inquã, agite dimiſsis priſtinis operibus malis, & Deus à quo omnis pax vera, quique pacem diligit & in pace habitat, faciet mãſionem ſuã in vobis. d Gauiſus ſum autem vehementer in domino, quum iam rurſum video vos reuireſcere, ad exhibenda mihi priſtina miſericor-

a De cætero fratres quæcunq; ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunq; iuſta, quæcunque ſancta, quæcunq; amabilia, quæcunque bonæ famæ:

b ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplina: hæc cogitate, quæ, & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me.

c Hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum.

d Gauiſus ſum autem in domino vehemẽter, quoniam tandem aliquãdo refloruiſtis pro me ſentire ſicut & ſentiebatis.

ricordiæ obſequia ſicut ſolebatis
mihi ex affectu compati, & opere
ſubuenire. a Habeo autem vos
excuſatos,quòd aliquantulum in-
termiſeritis officium hoc,eo quòd
credã vobis defuiſſe mittendi op-
portunitatẽ. b Neque verò hæc
dico,quaſi ego de mea penuria cõ
querar.Iam enim experientia fre-
quenti edoctus,didici ſufficientiã
habere in ijs,quę mihi contingũt:
id eſt,præſentibus eſſe contentus,
ſiue multùm id fuerit, ſiue paruũ.
c Scio & in paupertate,& in abũ-
dãtia exteriori tenere modum, &
contẽtus eſſe in vtroque. d Iam
ad omnia ſum inſtructus atque pa
ratus,& ad omnia indifferens,po-
tẽs in ſatietate atque eſurie (id eſt
ſiue in abũdãtia, ſiue in penuria)
medium tenere & contentum eſſe.
e Quicqd mihi obuenerit,omnia
poſſum in bonum vertere,per eius
virtutẽ qui me confortat, hoc eſt
Chriſti. f Nihilominus bonã rẽ
feciſtis vos,cõmunicantes mihi in
tribulationibus pro Chriſto cõſti
tuto,participantes merito tribula-

a occupati autem eratis.

b Non quaſi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe.

c Scio, & humiliari, ſcio, & abũdare:

d vbiq; in omnibus inſtitutus ſum & ſatiari & eſurire, & abundare & penuriam pati.

e Oĩa poſſum in eo qui me cõfortat.

f Veruntamen benefeciſtis cõmunicantes tribulationi meæ:

tionis meæ. Propter quod ego gau deo, ob bonum veſtrum. a Scitis autem vos Philippenſes quum inciperem Euãgelium prædicare in vobis proficiſcẽti mihi à Macedonia quòd nulla eccleſiarum mihi quicquàm contulit: dando temporalia bona in ſtipendium pro ſpiritualibus acceptis, niſi vos ſoli. b Nam & mihi in Theſſalonica metropoli ciuitate cõſtituto, ſemel atque iterũ vos neceſſaria victui & vſui quotidiano miſiſtis. c Neque hoc replico, quia quæro dona veſtra, ſed qa deſydero vobis multum fructum accreſcere in ſupputatione veſtra, corã Deo, ex frequẽti charitate & miſericordiæ operibus, quæ mihi præſtatis. d Ego verò habeo omnia, & omnia poſsideo: quia dum nihil quod in mundo eſt præter ſolam neceſſitatẽ deſydero, præ regibus & principibus fœliciter abundo. e Denique repletus ſum ex veſtra largitate, ijs quæ mihi miſiſtis per Epaphroditum: mihi ſanè gratiſsima: quæ nõ dubito, quin & Deus velut hoſtiã ſibi

a Scitis autẽ & vos Philippenſes, quòd in principio Euãgelij, quando profectus ſum, à Macedonia, nulla mihi eccleſia communicauit, in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli:
b quia & Theſſalonicã ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis.
c Non quia quæro datũ, ſed requiro fructũ abundãtem in ratione veſtra.
d Habeo autem omnia, & abundo.
e Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ miſiſtis in odorẽ ſuauitatis, hoſtiam acceptam & placentem Deo.

ſibi oblatam ſibíque beneplacētē, accipiat. a Deus autē meus, cui ſeruio ſemper, impleat omnia veſtra ſancta & ſalutaria deſyderia, quemadmodum optimè potēs eſt, ſecundùm diuitias gloriæ ſuæ, per Chriſtum Ieſum. b Ipſi autē Deo qui eſt pater omnium noſtrum ſit gloria, in ſæcula ſæculorū, Amen. c Salutate omnes fideles in Chriſto Ieſu. Salutāt vos fratres qui me cum ſunt. d Salutant vos omnes hîc fideles peculiariter qui de familia ſunt Cæſaris apud quos familiarius ago. e Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro fratres, Amē.

a Deus aūt meus impleat omne deſyderiū veſtrū ſecūdū diuitias ſuas in gloria, in Chriſto Ieſu.
b Deo autē & patri noſtro gloria, in ſæcula ſeculorum, Amen.
c Salutate omnē ſanctū in Chriſto Ieſu. Salutāt vos qui mecum ſunt fratres.
d Salutē vos oēs ſancti, maxime autem qui de domo Cæſaris ſunt.
e Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro, Amen.
Finis.

FINIS ELVCIDAtionis in Epiſtolam ad Philippenſes beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Coloſſenſes beati Pauli Apoſtoli.

COLOSSENSES PER SE *Apoſtolus nõ docuerat ſed ab Epaphra, qui tũ apud Apoſtolũ agebat, quũ hæc ſcriberet, & Archippo qui in eos accepit miniſteriũ, fuerant in fide Chriſti edocti. Quos Paulus de ſeductoribus pſeudoapoſtolis (quorũ aliqui per legis prædicationem, alÿ per ſæcularis ſapientiæ doctrinã ſeſe iactitabant) ſemper ſolicitus, eos præcauere iubet: ne vllis ſe perſuaſionibus, ſiue horũ, ſiue illorũ, ſinant à firmitate eius fidei in qua edocti fuerant, amoueri.* In *ipſo itaq; epiſtolæ exordio gratias agit* Deo, *ſuper bono eorũ profectu: ſimul & poſtulãs, vt in bono perficiãtur, in omni gaudio & lõganimitate p Chriſtũ ſuper quẽ facta ſunt & reſtaurata vniuerſa, eo quòd in ipſo totius diuinitatis plenitudo inhabitet, vt p ſanguinẽ crucis ſuæ in pacẽ bonã cõponeret oĩa: quũ & ipſos dicit à ſuis peccatis emũdatos.* Deo *eſſe recõciliatos, ſi modò in* Euãgelio *qđ ſuſceperãt in finẽ vſq; permaneãt.* Cuius *ſe iuxta* Dei *diſpoſitionẽ miniſtrũ, adimplentem ea quæ deſunt paſſionũ* Chriſti, *corripientẽ quoq; & docentẽ oẽm hoĩem, ad perfectionẽ veræ iuſtitiæ, gloriatˀ.* Se*cũdo verò cap. ſuã declarat ſolicitudinẽ, quã pro oĩbus gerit, qui faciẽ eius nõ viderãt, vt bene inſtructi in charitate* Dei, *nõ ſe decipi patiãtur in ſublimitate ſermonũ, aut per philoſophiam,*

phiā,aut ꝑ varias traditiones obſeruātiarū Iudaicarū,ſed in Chriſto ſolo ꝑmaneāt,in quo ꝑ fidē circūciſi ſunt, circūciſione ſpūali,ꝑ baptiſmū regenerati:vbi & declarat,quō ꝑ Chriſti mortē remiſſionē ſimus cōſequuti peccatorū noſtrorū,deleto eo qd' cōtra nos erat chirographo peccati. Propter qd' eos qui ſic per Chriſti mortem ſunt in verā libertatem aſſerti,nō vltra vult elementis huius mūdi & carnalibus obſeruantijs inſiſtere:eosq;,vt per ſimulationē religionis,& fictæ humilitatis,ſe nō ſināt decipi,præmonet attentius. Magis aūt tertio cap. rurſum eos iubet affectum cordis erigere, mortificatis ſuper terrā membris,vt peccatis nō viuant:quæ illic particulatim multa enumerat,& à quibus nominatim dehortatur, omne qd' ad veterem hoīem attinet abijci iubens,& nouū induere hominē,qui eſt in ſancta virtutū cōnexione,in miſericordia,benignitate,māſuetudine,& alijs eiuſmodi. Super oīa charitatē cōmendat,& pacem,& gratitudinem, & verbū Dei,vt in ipſis habitet abūdāter,faciātq; oīa ad gloriā Dei,in gaudio ſpūali. Poſt hæc circa finē tertij capitis,& initiū quarti,vxoribus ac viris,filijs ac parētibus,ſeruis ac dominis,quō ſe erga inuicē gerere debeāt præſcribit. Mox autē poſt quarti cap. initium,ad oēs ſermonē cōuertens, orationi eos inſtāter inuigilare,atq; etiā pro ſe ſpeciatim orare iubet,pro Euāgelicæ prædicationis fructu. Exhortatus deinde,vt in ſapiētia erga infideles ambulent,& vt ſermonem ſemper ſale cōditum loquātur: ad familiaria ſermonem conuertit,de eo quem ad ipſos miſit Tychico & Oneſimo:de Epaphra cui teſtimonium bonū perhibet. Salutationibusq; hinc inde poſitis,demum Archippum ſui commonefaciens miniſterij,ita claudit Epiſtolam.

Finis argumenti.

Eluci-

TEXTVS Epiſtolæ ad coloſſenſes beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

P*a Aulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per volũtatẽ Dei & Thimotheus frater, ijs qui ſunt Coloßis ſanctis & fidelibus fratribus, in Chriſto Ieſu.*

b Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, Gratias agimus Deo & patri dñi noſtri Ieſu Chriſti, ſemꝑ pro vobis orantes:

c audientes fidẽ veſtrã in Chriſto Ieſu, et dilectionẽ quã habetis ĩ ſanctos oẽs, propter ſpẽ quæ repoſita eſt vobis in cœlis.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD Coloſſenſes beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

Pa AVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecundùm diuinæ electionis beneplacitũ, & Timotheus frater, ſalutem dicunt ſanctis fidelibus Chriſtianis, Coloſsis in Chriſto Ieſu congregatis. b Sit vobis gratia & pax, à Deo patre noſtro. Gratias agimus Deo, qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti, non intermittẽtes veſtri memoriam in orationibus noſtris: c dũ audimus rectã in Chriſto fidẽ veſtrã ab alijs cõmendari, & miſericordię dilectionẽ, quã exhibetis in omnes

omnes ſanctos propter ſpē & expectationē cœleſtiū bonorū, quæ in cœlis vobis ſeruantur occulta, ſuo tempore reddenda: a quam ſpē audiſtis per verbū veriſsimū, verbum ſancti Euāgelij: b quod in vobis quoque eſt prædicatum, ſicut in omnibus mundi partibus eſt,& inhabitat:imò & fructum facit bonorum operū, & creſcit per dilatationem & diuulgationē in cæteros: c quēadmodū & inter vos audio factū eſſe, ſtatim vt audiſtis & intellexiſtis gratiā Euāgelij in veritate prędicationis, d ſicut edocti eſtis ab Epaphra chariſſimo cooperatore noſtro, qui fideliter miniſtrat in negotio Chriſti, ad veſtræ ſalutis promotionē: qui etiā manifeſtauit nobis ſpiritualē charitatē veſtrā,qua & erga Deū & erga nos cæteróſque fideles, eſtis affecti. e Ideo & nos ex eo tēpore quo primū auditu accepimus hæc bona de vobis, non ceſſamus pro vobis orare & poſtulare: f vt plenius atque abūdātius cognoſcatis volūtatē Dei, idque in perfecta ſapien-

a quam audiſtis in verbo veritatis Euangelij:
b Quod peruenit ad vos ſicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat & creſcit,
c ſicut & in vobis, ex ea die qua audiſtis & cognouiſtis gratiā Dei in veritate,
d ſicut didiciſtis ab Epaphra chariſsimo cōſeruo noſtro, qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti Ieſu, qui etiā manifeſtauit nobis dilectionem veſtrā in ſpiritu.
e Ideo & nos ex qua die audiuimus nōn ceſſamus pro vobis orātes & poſtulantes,
f vt impleamini agnitione volūtatis eius in omni ſa

pientia & intellectu ſpirituali:
a vt ambuletis dignè Deo, *p omnia placentes, in omni opere bono, fructificantes & creſcentes in ſcientia* Dei,
b in omni virtute cõfortati, ſecũdum potentiã claritatis eius in omni patiẽtia & longanimitate,
c cũ gaudio gratias agentes Deo *patri, qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorũ, in lumine,*
d qui eripuit nos de poteſtate tenebrarũ & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ,
e in quo habemus redemptionem & remiſsionem peccatorum,

ſapientia cœleſtium myſteriorum, atque intelligentia ſpirituali diuinorum mandatorum. a Quo ſic poſsitis cõuerſationem ducere dignam Deo, in omnibus placentes, fructũ faciendo bonorũ operũ, & augmentũ indies ſumentes in ſciẽtia ſpirituali, atque ſalutari, quę eſt cognitio Dei. b Confortati autẽ in perfecto ſpiritus robore à domino (iuxta quod potẽs eſt in gloria maieſtatis ſuæ) ad tolerandum patienter quæuis aduerſantia, & longanimiter expectandũ repromiſſa ventura bona, c in gaudio ſpirituali ſemper gratias pro omnibus agentes Deo patri noſtro, qui ſecũdùm ſuam miſericordiam nos dignos reputauit, & idoneos fecit ad participandũ cũ ſanctis, in ſorte atque hæreditate æternæ beatitudinis, in lumine claritatis atque viſionis diuinæ. d Qui etiã violenta manu extorſit nos de ditiõe diaboli, peccati, mortis, & inferni, quę oĩa tenebrę ſunt, ac trãſtulit nos in regnũ atque gloriã filij, ſibi ſingulariter prædilecti, per quem

quē cōſequuti ſumus redēptionē à captiuitate noſtra, & peccatorum omniū remiſsionē: a Qui eſt conſubſtātialis & perfecta ſimilitudo Dei patris æterni, quē nemo vidit vnquā neque videre poteſt, ante oēm creaturā in æternitate de patre genitus, verbū patris patri coæternū: b in quo velut in exēplari, & per quē velut efficiētem, creata ſunt, quæcūque ſunt in cœlo & in terra, viſibilia atque inuiſibilia, & throni, & dn̄ationes, & principatus, & poteſtates, cæteríque angelorū ordines, atque multò magis cętera corporea: c Omnia, inquā, per ipſum vt efficiētē & in ipſo, vt verbo atque exēplari, creata ſunt. d Et ipſe eſt in ęternitate ante omnia, & omnia in ipſo perdurant. e Et ipſe eſt caput eius corporis, qđ eſt eccleſia, eſtq́ue principium ſalutis oībus, & primitiuus atque præcipuus tā dignitate quàm tēpore, & in reſurrectiōe mortuorū, vt ſit inter oēs electos vn⁹ ipſe primatū tenēs, velut cōſubſtātialis filius inter adoptiuos. f Quoniā ſic

decretū

a qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ:

b quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates:

c oīa p̄ ipſum et in ipſo creata ſunt:

d & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant:

e & ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, qui eſt principiū, primogenitus ex mortuis:

vt ſit in omnibus ipſe primatū tenēs

f quia in ipſo complacuit oēm plenitudinem diuinitatis inhabitare,

decretum fuerat, & ab æterno placitum diuinitati, vt ipſa habitaret in eo, non ad menſuram (quomodo in cæteris ſolùm adoptione filijs) ſed ſecundùm plenitudinem, counita naturæ humanæ in vnitate ſuppoſiti, atque vt per eum omnia reconciliarẽtur ſibi: a pacem componens per ſanguinẽ quẽ in cruce effudit, inter cœleſtia ſimul atque terreſtria: Id eſt, angelos & homines, quos prius offenſa Dei diſſociauerat. b Et vos quoque cùm olim fuiſſetis alieni facti per Gentilitatis conuerſationẽ, & inimici Dei affectu ꝑuerſo atque cogitatione vacãtes operibus malis: c nũc tamen pacẽ fecit habere ſecum per fragile corpus ſuum, morti illud tradens: d vt nos efficeret ſanctos, ab omnibus peccatis emundatos, ſine macula & ſine crimine ante conſpectum ſuum in veritate. e Erit autẽ hoc ſi modò, (vt ſpero) permanetis in fide vera bene fundati atque inſtructi, ſtabiléſque ac bene firmi, minimeque vacillãtes, vt nullis peruerſorũ ſuaſioni-

& per eum reconciliare omnia in ipſum,

a pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.

b Et *vos cùm eſſetis aliquãdo alienati, & inimici ſenſu, in operibus malis,*

c nũc aũt reconciliauit in corpore carnis ſuæ, ꝑ mortem,

d vt exhiberet vos ſanctos & ĩmaculatos & irrepræhẽſibiles corã ipſo:

e ſi tamẽ permanetis in fide fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe Euãgelij, *quod audiſtis.*

ſionibus dimoueamini à ſpe promiſſa vobis in Euangelio quod audiſtis. a Quod ipſum etiã prædicatũ eſt in vniuerſo orbe terrarũ, & in omnibus terræ partibus, quæ ſub cœlo ſunt. b Cuius ergo Paulus à Deo ſum miniſter conſtitutus & prædicator, qui nunc gaudeo in paſsionibus quas pro veſtra & omnium fideliũ ſalute perpetior, & reſiduum paſsionũ Chriſti adimpleo in carne mea, c pro corpore eius integrando, & eccleſia ſancta in vnũ cõgregãda. Quẽadmodum enim Chriſtus per ſuam propriã paſsionẽ, corpus eccleſiæ redemit: ita per paſsiones Apoſtolorũ velut membrorum ſuorum, cõgregauit redemptã, atque in vnum corpus collegit. d Cuius eccleſiæ ordinatus ſum ego, miniſter & Apoſtolus, ſecundùm Dei prouidã diſpoſitionẽ, quæ mihi cõmiſit in vobis miniſterium implẽdi, & penitus explicandi Euangelium Dei: e qđ eſt ſecretũ quoddã plenũ ſanctitate, quod ab æterno quidẽ in diuinà prædeſtinatione fuit abſconditum

a Quod prædicatũ eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt:

b cuius factus sũ ego Paulus miniſter, qui nũc gaudeo in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionũ Chriſti in carne mea,

c pro corpore ei⁹ quod eſt eccleſia.

d Cuius factus sũ ego miniſter, ſecũdùm diſpenſationẽ Dei, quæ data eſt mihi in vobis, vt impleam verbum Dei,

e myſteriũ quod abſconditũ fuit à ſæculis & generationibus,

a nūc aūt manifeſtatū eſt ſanctis eius, quib⁹ voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramēti huius in gentibus, quod eſt Christus in vobis ſpes gloriæ,
b quē nos annūciamus corripiētes omnē hominē, & docētes in omni ſapientia,
c vt exhibeamus oēm hoīem pfectū in Chriſto Ieſu:
d in quo et laboro certādo ſecūdùm operationē eius, quam operatur in me, in virtute.

TEXTVS.
Cap. II.

a Volo enim vos ſcire qualē ſolicitudinē habeā pro vobis, & pro ijs qui ſunt Laodiciæ & quicunq; nō vi-

hominibus & angelis vſque modò ignotū, a nunc verò factum eſt manifeſtū electis ſanctis eius quibus Deus voluit notam facere ſuperabundantem gloriam myſterij huius inter Gētes: qđ myſteriū eſt chriſtus dñs, qui in vobis eſt, & habitat: per quem ſperamus etiā gloriam futurā ſuo tempore cōſequi. b Quē nos prædicantes annūciamus hominibus, corripiētes eos, vt à vitijs priſtinis recedant, & ſapiēter edocentes quomodo ad nouæ vitæ opera exurgāt: c laborātes quantùm in nobis eſt, vt omnē hominem efficiamus perfectum in fide Chriſti Ieſu. d Ad quod omnē laborem impendo, cum multa inſuper ſolicitudine, & perſecutionū laboribus viriliter certando ex operatione Dei, quam pro me & in me ſua virtute operatur, non autē ex proprijs meis viribus.

Elucidatio CAP. II.

Va Olo enim vos ſcire quàm ſolicitus ſim ego pro vobis Coloſſenſibus, & pro Laodicenſibus & in vniuerſum pro omnibus apud

apud quos ego ſecundùm corpus nunquã fui pręſens,vt ſaltẽ abſentes,ſint corde & ſpiritu conſolati, a vt ſint inſtructi atque edocti in charitate Dei, & in copioſiſsima illa ac prędiuite plenitudine intelligentiæ ſpiritualis, quæ eſt in agnitione myſterij humanæ redẽptionis,à Deo patre, & per Chriſtum exhibiti. b In quo Chriſto inhabitat ab æterno,omnis plenitudo ſapiẽtiæ & ſcientiæ ſpiritualis.Eſt enim patris verbũ & æterna ſapientia,à quo omnis ſapientia deriuatur. c Dico aũt me ſolicitũ eſſe pro vobis,nimirũ vt vos cautos reddã atque ꝓuidos:ne ſinatis vos decipi ꝑ verba ſublimia ſiue per ſapiẽtiã philoſophiæ ſęcularis,ſiue ꝑ eloquẽtiæ mũdanæ venuſtatẽ. d Quanq̃ enim corporali pręſẽtia abſens ſum à vobis,ſpũali tñ cura pręſens verſor in medio veſtrum,gaudẽs dũ video & cõtẽplor in ſpiritu,ordinẽ bonũ qui in vobis eſt, & proceſſum profectus veſtri,& firmitatẽ fidei veſtrę,qua creditis in Chriſtũ. e Sicut ergo

derũt faciem meã in carne,vt cõſolẽtur corda ipſorũ,

a Inſtructi in charitate,& in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionẽ myſterij Dei patris & Chriſti Ieſu,

b In quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ abſconditi.

c Hoc autẽ dico, vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum.

d Nã etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcũ ſũ gaudens & vidẽs ordinem veſtrum & firmamentum eius,quæ in Chriſto eſt fidei veſtræ.

e Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtum dominum in ipſo ambulate,

de Chriſto Ieſu dño noſtro & audiſtis & crediſtis, ſic ſecũdùm eius exemplũ & doctrinam ſtudete cõuerſari, a ipſi vt radici cohæren tes, tanquàm rami, vt ab eodẽ ſpi rituvegetemini & ſuper ipſum per fidem & ſpẽ ſuperædificati, & firmi facti in fide ſecũdùm quod inſtructi eſtis: b magnas & copioſas gratiarũ actiones per illũ ſemper reddentes patri. c Iterum di co attendite vobis, ne vos ſinatis à quopiã ſeduci per philoſophiã, ſæcularem mundi huius, & ſuperſtitioſam, vanã, atque fallacem do ctrinam eorũ quæ ab hominibus traduntur atque docentur, non à Deo: d & ſecundùm naturæ cur ſum corporaliúmque rerũ conditiones procedunt, atque corporali bus obſeruantijs inſiſtunt, & nõ ſe cundùm Chriſtũ, cuius virutẽ nõ agnoſcũt. e Cùm in ipſo Chriſto inhabitet diuinitas ipſa, ſine mẽſura ad omnẽ plenitudinẽ, humanitati counita in vnitate perſo ſonæ, per quã poteſt etiã illa quæ longè virtutẽ naturæ ſupexcedãt.

a radicati & ſuperædificati in ipſo,

& cõfirmati in fide ſicut & didiciſtis,

b abundantes in illo in gratiarum actione.

c Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanẽ fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, d ſecundùm elemẽta mundi, & non ſecundũ Chri*ſtum,*

e quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:

a Et vos eſtis repleti in illo, qui vos inhabitat omnibus bonis: qui eſt ſupereminēs omnibus cœleſtibus ſpiritibꝰ, principatibúſque ac poteſtatibus dominatur. b In quo credentes, circunciſi eſtis, circunciſione non corporali, neque manu ſcindētis facta, quæ fit, in eo quod corpus iſtud carneū circūcidimus extrinſecus, c ſed circunciſione ſpirituali, & verè Chriſtiana, quæ conſiſtit in præciſione vitiorum, & cōcupiſcentię cōtinentia. d Hāc aūt circunciſionem Chriſti accipimus, quando in baptiſmo configuramur ſepulturæ Chriſti. e In quo baptiſmo vel Chriſto, etiā reſurrexiſtis à veteri vita ad nouā, per fidem operationis Dei, qui illum à mortuis reſuſcitauit: id eſt, per fidem operantē opera Dei, vel per fidem quam Deus operatur in vobis, vel per fidem qua credimus operationē Dei, in ſuſcitādo Chriſtum à mortuis. f Et vos cùm olim eſſetis mortui propter peccata veſtra, & carnalē vitā, quā in præputio ſeu Gentilitate vixiſtis, cum

a & eſtis in illo repleti qui eſt caput omnis principatꝰ & poteſtatis:

b in quo & circūciſi eſtis, circunciſione nō manu facta, in expoliatione corporis carnis

c ſed in circūciſione Ieſu Chriſti:

d conſepulti enim in baptiſmo:

e in quo & reſurrexiſtis per fidē operationis Dei, qui ſuſcitauit illū à mortuis.

f Et vos cùm mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, cōuiuificauit cùm illo, donans vobis omnia delicta,

illo ad vitam reſuſcitauit de morte, dimittẽdo vobis omnia delicta. a Imò delẽs penitúſque reſcindẽs chirographũ illud diuini decreti, qđ aduerſum nos in pœnã fuerat peccati conſtitutũ. b Et vt omnẽ prorſus obligationẽ tolleret à nobis, tulit ipſum de medio, deſtruxitque penitus, in cruce exoluens delicta vniuerſa, ad quę nos obligabamur, expoliánſque principes tenebrarũ malignos, præda quã aliquãto tẽpore occupauerat, cõfidenter atque palã eoſdẽ traduxit, (id eſt, mirè confudit, & exemplũ fecit eſſe confuſionis) c triũphũ inſuper agens velut victor de illis, ſiue quos vicit principibus, ſiue quos eripuit electis patribus captiuis. d Idqúe per proprium corpus & in proprio ſanguine. Cùm igitur tanta ſitis à Chriſto libertate, tam magificè donati, nõ amplius debetis ſuſtinere, vt quis vos iudicet in cibi potúſue ſumptione, vt idcircò vos putetis condemnatos, ꝙ cibũ ſumpſeritis lege vetitũ. Neque in obſeruãdis ſecundùm legẽ diebus feſtis

a delẽs quòd aduerſus nos erat chirographũ decreti, quod erat contrariũ nobis.
b Et ipſum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus & poteſtates traduxit confidẽter palam:
c triumphans illos in ſemetipſo.
d Nemo ergo vos iudicet in cibo aut potu,
aut in parte diei feſti,

feſtis,aut in aliqua parte, quēadmodū in agni mādūcatione, pars diei(id eſt,veſpera) obſeruari debebat,neque in obſeruatione nouilunij aut ſabbatorum. a Quæ omnia tantùm ſunt figuræ & ſigna eorum,quæ ventura erant in tempore gratiæ. b Corpus verò ipſum,& quod ſignificat per hæc ſigna,ad Chriſtum ſpectat,& ipſa ſunt,quæ Chriſtus peregit in corpore ſuo, redemptionis myſteria. c Nemo vos ſeducat,volens conuerſari tāquàm angelus,artificioſa ſua & cōpoſita hypocriſi mirā quandam humilitatem,& nouam religionem ſimulādo,quas tamen virtutes penitus ſecūdùm veritatem non nouit, d propter quod etiā fruſtra intumeſcit in animo ſuo, cùm habeat veræ religionis nihil,ſed ficta & ſimulata ſint eius omnia. e Neque qui eiuſmodi eſt in Chriſto capite manet, qui odit omnē fictionē,& amat veritatem. f Ex quo capite depēdet totū eccleſię corpus,quod per ſpirituales connexiones atque iuncturas, per

aut neomeniæ, aut ſubbatorum:

a quæ ſunt vmbra futurorum,

b corpus autem Chriſti.

c Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione angelorum (quæ non vidit) ambulans,

d fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ,

e & non tenens caput,

f ex quo totū corpus per nexus & cōiunctiones ſubminiſtratū & cōſtructum, creſcit in augmentū Dei.

mutuas adminiſtrationes cóſtitui tur,atque cópingitur,& in augmē to ſpirituali proficit, augmentum debitum ſumens. a Nunc igitur ſi Chriſto conſepulti eſtis,& ad exemplum Chriſti mortui,mundanis atque carnalibus obſeruantijs, b quænã hæc eſt demētia,vt adhuc quaſi eiſdem mortui non ſitis dogmatizari atque decerni vobis ſinatis de lege vetitis, ab his qui vos monent dicentes. c Illud nó licet tangere,hoc non licet guſtare,aliud nec contrectare,aut contingere,atque id genus alia.d Quę omnia in interitũ fiũt vtētibus atque obſeruantibus,ſi in eis ſpē ſuã locauerint: quæ ſunt ſecundùm traditiones & dogmata humana: e quæ ſecundùm ſpeciē quidem videntur in ſe aliquid habere ſapientiæ,propter ſimulatã ab eius doctoribus,eximiam religionē & fictam humilitatē, f & quum videntur corpori ſuo nó parcere,ſed auſterè illi cibos certos interdicere,quod etiam magnum videtur. g Neque tamen in honorē aliquē hoc

a Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi:
b quid adhuc tãquàm viuentes in mũdo decernitis?
c Ne tetigeritis,neque guſtaueritis, neque contrectaueritis,
d quæ ſunt omnia in interitu, ipſo vſu,ſecũdùm præcepta & doctrinas hominum:
e quæ ſunt rationem quidē haben tia ſapientiæ, in ſuperſtitione & humilitate,
f & non ad parcendum corpori,
g non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis,

hoc illis reputatur, quòd non permittant corpora ſua quantũ opus habeant refici, atque expleri ſine diſtinctione, ijs quæ dominus permiſit, cum gratiarum actione. Magis enim confuſio eſt illis quòd libertatem quam eis Chriſtus donauit nolunt acceptare vt pro ſua neceſsitate reficiantur ijs quæ creauit ad vſum hominum Deus.

Elucidatio CAP. III.

ITaque ſi cum Chriſto conreſuſcitati eſtis: à morte peccatorum ad vitã ſpiritus reducti, iuſtũ eſt, vt deinceps quęratis quę in cœlis ſunt, vbi Chriſtus eſt cum patre in æterna & æquali gloria imperium tenens. b Cœleſtia ſapite, ijſque ſolis affectum & cor apponite, terrena prorſus obliti. c Mortui enim eſtis mundo, & omnibus quæ ſuper terrã ſunt. Et nunc quidem vita viuitis. Chriſto configurati, ſed latet in Deo abſcondita. d Cùm aũt tẽpus erit, vt ſe Chriſtus vita veſtra reuelet in gloria ſua, in die illo & vos cum eo apparebitis palã oĩbus, in eadẽ gloria, & tunc

TEXTVS
Cap. III.

a Igitur ſi cõſurrexiſtis cũ Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſedens.
b quæ ſurſum sũt ſapite, non quæ ſuper terram.
c Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo.
d Cùm autẽ Chriſtus apparuerit vita veſtra, tũc & vos apparebitis cũ ipſo in gloria.

a Mortificate ergo membra veſtrá quæ ſunt ſuper terram:
b fornicationem, immundiciā, libidinem, cōcupiſcentiā malā, & auaritiā, quæ eſt ſimulachrorū ſeruit⁹.
c propter quæ venit ira Dei, *ſuper filios incredulitatis,*
d in quibus ambulaſtis aliquando, cùm viueretis in illis.
e Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiā, blaſphemiam turpem ſermonem de ore veſtro.

& tunc patebit omnibus vita veſtra quæ nūc latet, donec in corpore agitis, quādo mortui potius ſecūdùm corpus reputamini. a Studete igitur membra veteris hominis, quæ terrena ſunt mortificare; ab operibus concupiſcētiæ prioribus ea ſubtrahēdo: b extirpādo fornicationem, & quālibet carnis immundiciam, omnē libidinoſum ardorē, & quālibet malā concupiſcentiā, & peculiariter auaritiam: quæ per omnia conuenit cum idolorū cultura. c Propter quæ vitia atque ſimilia, venire ſolet ira & indignatio Dei ſuper homines incredulos & inobedientes mādatis Dei. d Quomodo & vos quōdā conuerſati eſtis, cùm adhuc vitijs & concupiſcētijs operam daretis. e Nunc autem poſtq̄ mortui eſtis ijſdem, ſit vobis cura abijciēdi huiuſmodi oīa: imò & iram animi, & omnē indignationē ſigno aut vultu aut verbo oſtēſam, malitiā quālibet aduerſus alterum, conuitium quoque ex animi malitia prodiēs: & omnē turpem ſermonem atque inde-

indecentē,ne loquamini per os veſtrum. a Nolite inuicē vobis,ſiue verbo,ſiue opere mentiri. b Magis autem exuite & abijcite prorſus veterē hominē, cum operibus ſuis malis(id eſt, concupiſcentiam malā cū omnibus vitijs atque peccatis)nouum hominē aſſumendo, cū ſuis actib⁹, c qui ſecūdùm ſuā nouitatem acquiritur,per verā agnitionem Dei,in fide, cum ſpe & charitate,ad expreſſam aſsimilationem,& cōformitatem Dei, qui creauit illū.Per verā nanque Dei cognitionem,fide,ſpe,& charitate homo interior Deiformis efficit̄, & imago creatoris per concupiſcentias deturpata, ſic innouatur. d Quātùm verò ad Deū creatorē, aut quantùm ad interiorē imaginem,nō eſt vlla diſtinctio,quātùm ad ſalutis priuilegiū:neque ex ſexu inter maſculū & fœminā,neque ex natione inter Gentilē & Iudęū,neque ex obſeruatione inter circūciſum & incircūciſum, neque ex patria,ĩter Barbarū & Scythā,neque ex cōditione,inter ſeruū & liberū: ſed

a Nolite mentiri inuicem,

b expoliātes vos veterem hominē, cum actibus ſuis,

c & induētes nouum eū qui renouatur in agnitione Dei, ſecundùm imaginē eius qui creauit illum,

d vbi non eſt maſculus et fœmina, Gentilis & Iudæus, circunciſio & præputiū, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber:

a ſed omnia & in omnibus Chriſtus.

a ſed eſt Chriſtus vnus, omnia in omnibus, quē ſolū oportet in interiori homine attēdere, ſine cōſyderatione eiuſmodi temporalium diſtinctionū.

b Induite vos ergo ſicut electi Dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatē, humilitatē modeſtiā, patientiā:

b Curate igitur vt induamini, ſicut decet ſanctos & electos Dei, & peculiariter dilectionem viſceroſam, & cōpaſsiuā miſericordiam, māſuetudinē ac lenitatem, humilitatē, & in omnibus rebus ſanctā modeſtiā,

c ſupportātes inuicem, & donātes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet quærelam:

c cū patiētia ſuſtinentes ac ferētes inuicem, inuicêmque dimittētes, ſi quā contingat ab altero offenſum, iuſtā habere cauſam irç, exemplo domini:

d ſicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.

d qui ſicut nobis dimiſit: ita & nos viciſsim inuicem dimittere debemus ijs, aduerſus quos quærelam habemus.

e Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.

e Super omnia aūt ſectamini charitatem, quæ eſt virtutum perfectiſsima, & totius perfectionis vinculū, in qua omnes virtutes colligantur, & velut couniūtur. Omnes enim virtutes in radice charitatis vnū ſunt, & ipſa oēs cuſtodit, atque colligatas conſeruat.

f Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris,

f Et pax Chriſti, pax vera, exultet, triūphet, dominetur, & ſuper-

peruincat in ſpiritu veſtro:in qua, & ad quã vos Deus ſua gratia vocarit ex cõturbatiõe ſęculi,& ſæcularium deſyderiorũ tumultu: & grati eſtote Deo,de vocatione veſtra, cæteriſque omnibus in vos collatis beneficijs. a Verbũ Chriſti intra vos inhabitet abũdanter, maneátque & fructificet in vera ac perfecta cœleſti ſapientia. Docete atque cõmonete voſipſos & voſinuicem,in Pſalmis & Hymnis & cõticis,non carnalibus, aut laſciuis, ſed ſpiritualibus:nõ in carnis laſciuia,quemadmodũ qui choreas ducunt:ſed in gratia cantãtes domino,in tripudio,& exultatione ſpiritus. b Omne quod facitis, ſiue loquendo,ſiue opus operãdo,qualecunque ſit ad gloriã & honorem domini noſtri Ieſu Chriſti facite, ſemper in omnibus & de omnibus gratias agẽtes Deo patri,per Chriſtum,quoniam à patre nobis omnia per Chriſtum bona procedũt. c Vt verò tandẽ ad mores particularius deſcendã,primo loco vxoribus præcipio atque denuncio, vt

in quã & vocatis eſtis in vno corpore et grati eſtote.

a Verbũ Chriſti habitet in vobis abundãter,in omni ſapiẽtia,docentes & cõmonẽtes voſmetipſos, in pſalmis, hymnis, & cãticis ſpiritualibus,in gratia cãtantes in cordibus veſtris Deo.

b Omne quodcunque facitis,in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti gratias agentes Deo & patri per ipſum.

c Mulieres ſubditæ eſtote viris ſicut oportet in domino.

ſubditæ

a Viri diligite vxores veſtras, et nolite amari eſſe ad illas.
b Filij obedite parētibus per omnia hoc enim placitū eſt in domino.
c Patres nolite ad indignatiōem ꝓuocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant.
d Serui obedite ꝑ oīa dn̄is carnalibus nō ad oculum ſeruiētes, quaſi hominibus placētes; ſed ī ſimplicitate cordis timentes dn̄o minum.
e Quodcunq; facitis ex animo operamini, ſicut dn̄o & nō hoībus, ſciētes quod à dn̄o accipietis retributionem hereditatis: domino Chriſto ſeruite.

ſubditæ ſint viris ſuis in domino, ſicut decet: id eſt, amore Dei & propter præceptum eius ex animo. a Deinde & vos ô viri: ne contēnite, quas ex domini præcepto habetis ſubditas vxores veſtras, ſed diligite eas in veritate, & nolite amaritudinem aduerſus eas habere. b Filij obedite parentibus veſtris per omnia, quoniam ſic domino placitum eſt, & ſic mandauit. c Vicißim patres, nolite ſuperfluis cōtentionibus filios veſtros irritare, vt nō ad impatientiam ſōcitati in malum veniant. d Serui per omnia præſtate obedientiam dominis veſtris temporalibus, nō ad oculum tantùm ſeruiētes, quaſi ad placendum hominibus, ſed in cordis ſimplicitate timētes dominum, & illi ſoli placere quærentes. e Quicquid agitis, ex animo ſimpliciter agite, tanquàm ante conſpectum domini, ad placēdum ei, non autem ad fauorē tantùm humanum vobiſipſis conciliandum: ſcientes quòd dominus eſt, qui vobis retribuet pro opere veſtro, æter-

æternæ hæreditatis præmium. Propter quòd Chriſto ſemper vt præcipuo domino ſeruite in omnibus. a Nam qui fecerit iuſtitiam recipiet mercedem ſuam cōdignā quiſquis is fuerit, ſiue ſeruus, ſiue dominus. b Et non attēdit Deus perſonam, in ſuo iuſto iudicio.

Elucidatio CAP. IIII.

DOmini cum ſeruis ſuis agāt, vt iuſtitia & æquitas poſtulat. Conſyderātes ſe quoque dominum habere in cœlis, qui pro ſeruis aduerſum ipſos iudicabit, ſi iniquè eos modò tractauerint. b Vniuerſi verò eſtote in orationibus aſsidui & vigilantes, atque ſoliciti, cum gratiarum actione; c memores etiam noſtri in orationibus veſtris, vt Deus opportunitatem nobis faciat ad prędicandum verbum Dei, & myſteriū Chriſti; ob cuius prædicationē etiam vinctus ſum, vt illud audacter & intrepidè manifeſtum faciam, ſicut ex officio me loqui oportet. d Debetis aūt cautè admodū & prudēter cōuerſationem veſtram inſtituere, inter

a Qui enim iniuriā facit recipiet id quod iniquè geſsit, b & non eſt perſonarum acceptio apud Deum

TEX. *cap.* IIII.

a Domini quod iuſtū eſt & æquū, ſeruis præſtate: ſcientes quòd & vos dominum habetis in cœlo.

b Orationi *inſtate, vigilātes in ea ī gratiarū actiōe, c orātes ſimul & ꝓ nobis vt* De⁹ *aperiat nobis oſtiū ſermonis ad loquēdū myſteriū Chriſti (ꝓpter qđ etiā vinctus ſū) vt manifeſte illud, ita vt oportet me loqui. d* In *ſapiētia ambulate ad eos qui foris ſunt tempus redimentes.*

inter infideles, tẽpus dum habetis redimentes,ne pereat:id eſt,in operibus bonis bene expendentes, ne per vos ſcandalizati infideles blaſphemẽt Chriſti nomen,vtque per vos ad Chriſtũ valeant conuerti. a Sermo veſter quẽcunque protuleritis,ſit ſale ſapiẽtię atque diſcretionis cõditus,vt ſit gratus audientibus,& fructũ queat efficere: diligenter attendẽtes,qualis ſermo cui conueniat,ne cuiquàm pręter decorum loquamini,ne quẽquam veſtro incõdito,intẽpeſtiuo,aut indiſcreto ſermone offendatis. b Quę autẽ circa me & de me aguntur,omnia vobis faciet nota Tychicus chariſsimus frater,& fidelis miniſter,cõſeruus quoque & operarius meus,omniúmque veſtrũ, in dño. c Quem ad vos in hoc ipſum nũc mitto,harum literarũ portatorẽ,vt quo in ſtatu res veſtræ ſint perdiſcat,& cõſoletur ſpiritum veſtrũ in verbo ſuo,vnà cum Oneſimo chariſsimo & fideli fratre,qui à vobis ad me acceſsit in vinculis conſtitutum.Hi(inquam)omnia quæ hîc de

a Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit cõditus vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpondere. b Quæ circa me ſunt omnia vobis nota faciet Tychicus chariſsimus frater & fidelis miniſter & conſeruus in domino. c quẽ miſi ad vos ad hoc ipſum vt cognoſcat quæ circa vos ſunt & cõſoletur corda vr̃a cũ Oneſimo chariſſimo & fideli fratre, qui ex vobis eſt, qui oĩa quæ hic aguntur nota facient vobis.

de me aguntur, indicabunt vobis.
a Salutat vos Ariſtarchus conca-
ptiuus meus, & Marcus Barnabæ
conſobrinus, de quo mandatũ ac-
cepiſtis: b Si illum contingat ad
vos venire, benignè eum ſuſcipite.
Et Ieſus cuius cognomen eſt Iu-
ſtus: qui ſunt ex Iudæis credentes.
c Hi ex circũciſione ſoli ſunt ad-
iutores & cooperatores mei in præ
dicatione regni cœleſtis, qui mihi
ſuo adiutorio atque obſequio, im-
penderunt, impendúntque ſolatiũ.
d Salutat vos Epaphras, q à vobis
huc acceſsit, verus Chriſti ſeruus
licèt nũc corpore à vobis abſens,
ſemp tamẽ ſpiritu ſolicitus, ac per-
uigil in orationibus, pro vobis: qui
bus precatur Deum, vt ſtetis immo
biles & perfecti in fide, & pleni in
voluntate Dei, nihilque omittẽtes
eorum quæ ſunt diuinæ volunta-
tis. e Hoc enim de eo teſtimoniũ
aſſero, quòd multo zelo & cura ſo
licitus eſt, multúmque laborat pro
veſtra ſalute, & pro fidelibus qui
ſunt Laodiciæ, & qui Hierapoli.
f Salutat vos Lucas medicus cha-
riſsimus,

a Salutat vos ari
ſtarchus cõcapti-
uus meus, & Mar
cus cõſobrin⁹ Bar
nabæ de quo acce
piſtis mandata:
b ſi venerit ad vos
ſuſcipite illũ, et Ie
ſus qui dicitur iu
ſtus, qui ſunt ex
circunciſione.
c hi ſoli ſunt adiu
tores mei in regno
Dei, qui mihi fue-
runt ſolatio.
d Salutat vos E-
paphras qui ex vo
bis eſt, ſeruus Chri
ſti Ieſu, ſemp ſolici
tus pro vobis in
orõnibus, vt ſtetis
pfecti & pleni in
oĩ voluntate Dei,
e Teſtimoniũ eni
illi pphibeo; qđ ha-
bet multũ laborẽ
p vobis, & pro ijs
qui ſunt Laodiciæ
et qui Hierapoli.
f Salutat vos Lu-

riſsimus,& Demas. a Salutate fideles Laodicēſes,veſtros finitimos, & egregium illū Nympham,ſalutatione bene dignum, cū ſua ſancta familia,quàm meritò ecclesiā poſſum nominare. b Et cùm lecta fuerit apud vos epiſtola hæc, curate, vt & in Laodicenſiū ecclesia legat: & ea quam ad Laodicenſes ſcripſi, in veſtra ecclesia recitetur. c Nominatim verò Archippo veſtro doctori,ex meo nomine dicite: Vide ſolicitus,vt miniſterium tuū quod accepiſti ſecundùm volūtatem & imperium domini,impleas diligēter. d Salutationem vobis propria mea manu ſubſcribo, huiuſmodi. e Memores eſtote vinculorū meorum, vt vos in patiētia & fide corroboremini. f Gratia vobiſcum.

cas medicus chariſsim⁹ et Demas.
a ſalutate fratres qui ſunt Laodiciæ & Nympham,& quæ in domo eius eſt eccleſiam.
b Et cùm lecta fuerit apud vos epiſtola hæc,facite vt & in Laodicēſium eccleſia legatur: & ea quæ Laodicenſium eſt, vobis legatur.
c Et dicite Archippo,vide miniſteriū quod accepiſti in domino, vt illud impleas.
d Salutatio mea manu Pauli.
e Memores eſtote vinculorum meorum.
f Gratia dn̄i noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum, Amen.
Finis.

FINIS ELVCIDATIONIS in Epiſtolam ad Coloſſenſes beati Pauli Apoſtoli.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Theſſalonicenſes priorem Beati Pauli Apoſtoli.

VSQVEADEO PERFEcti erãt in Chriſto, hi ad quos nũc Apoſtolus ſcribit Theſſalonicenſes, *vt pro eius ſidei etiã perſecutiones patiẽter tolerarent à ſuis ciuibus, ratione Chsiſtiani nominis ſibi illatas. Erat autem Theßalonica (à qua Theſſalonicenſes dicti ſunt) ciuitas metropolis Macedoniæ: Vnde ſiebat, vt virtutis illorum non ſolùm fama, ſed etiam æmulatio latè ſpargeretur, proueniretque ex eorũ bono fructus plurimus. Apoſtolus itaque gaudens de bonis eorũ profectibus, conſolatoriã atque exhortatoriã eis ſcribit hanc Epiſtolã: primùm quidem ſuo more gratias agens, de ijs quæ à Deo donata ſunt illis, ac deinde quæ de eis per famam bonã cognouit, ad eorum ponit cõmendationẽ. Secundo autem capitulo, volens eos ad perſecutionũ tolerantiam animare, ſuas proponit paßiones propter quas quum nunquàm ipſe omiſerit prædicare verbum veritatis, eo quòd Deo ſeruiret nõ hominibus: oportet, vt nec ipſi propter perſequutiones & tribulationes corporales, à ſide recta deficiant: vbi & amorẽ nimium, quo illos ſe dicit proſequi, & diligentiam ac ſolicitudinẽ, qua inter eos præſens fuerat conuerſatus, reducit ad memoriam: vt vel eos ſic ad ſui imitationem, & in ſide*

Chriſti perſeuerantiam inducat inque eis cõtineat. Deinde *& exemplũ proponit eccleſiarum Iudææ, & Iudæorum ab antiquis diebus peruerſitatẽ, manifeſtat.* Se verò dicit *conatum fuiſſe ſemel atque iterũ, vt ad eos poſſet inuiſendos accedere, propter amoris ſui affectionẽ, licet minus ſucceſsiſſet.* Vnde *tertio capite, eo quòd p ſe nõ potuit ad illos accedere,* Timotheũ *ſe dicit miſiſſe: ad cognoſcendũ quomodo ſe inter ipſos res ſidei haberet, & ad cõſirmandos eos in patientia.* Ex *cuius reditu, bona renunciantis de eorũ patientia, ac perſeuerãtia, plurimùm fuit cõſolatus, eo quod nihil in hoc mundo prius haberet profectu diſcipulorũ ſuorũ, pro quo etiam cõtinuo deprecationẽ ſubiungit.* De *hinc quarto capitulo monet eos, vt ſecundùm doctrinã & præcepta viuant* Apoſtolorũ, *fugientes fornicationẽ, & iuſtitiam, & omnẽ immũditiam cõmendánſque eos de charitate quàm erga fratres exhibent, à malo ocio eos dehortatur ad laborem manuũ honeſtũ eos exhortãs: vt nõ vagabũdi & ocioſi circũambulent, quod multorum ſolet eſſe malorũ occaſio.* Poſt *hæc ad ipſorum cõſolationem, de mortuorum reſurrectione eos inſtruit, modũ ſimul & ordinem reſurrectionis eis maniſeſtans.* Vltimo *tandem capitulo, de aduentu diei nouiſsimi & iudicij extremi, eos cõmonefacit: quòd ſicut fur in nocte ſit venturus, propter quod nõ dormire nos oportet lucis filios, quemadmodũ infideles filij tenebrarũ faciunt, ſed vigilare in operibus bonis, vt ſemper cum dño ſimus.* Demũ *eos ad mutuã cõſolationẽ peculiariter ad præpoſitorũ reuerentiã, ad inquietorum cõpreſsionem, & alia eiuſmodi, quæ morũ ſunt exhortans, & pro eorum perfectione ac perſeuerantia dominum deprecans, ita claudit* Epiſtolam. Finis Argumenti.

Elucida-

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD Theſſalonicenſes priorem beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

Pa AVLVS Syluanus, & Timotheus ſcribunt ſalutémque precantur eccleſiæ Theſſalonicenſium quæ eſt congregata in fide Dei patris, & domini noſtri Ieſu Chriſti. b Sit vobis gratia & pax à Deo patre & domino noſtro Ieſu chriſto. c Non ceſſamus agere gratias Deo, de beneficijs in omnes vos collatis, habẽtes veſtri memoriam in orationibus noſtris ſine intermiſsione: d dum recordamur opus quod in fide operamini, & laborũ veſtrũ, atque charita-

TEXTVS Epiſtolæ ad Theſſalonicẽſes prioris beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

Pa Aulus & Syluanus, & Thimotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre noſtro, & domino noſtro Ieſu Chriſto.

b Gratia vobis & pax.

c Gratias agim' Deo ſemper ꝑ omnibus vobis memoriam veſtri faciẽtes, in orationibus noſtris ſine intermiſsione,

d memores operis fidei veſtræ & laboris, & charitatis,

& ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti ante Deum & patrem noſtrum.

a Sciẽtes fratres dilecti à Deo, electionẽ veſtram:

b Quia Euangeliũ noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantũ ſed in virtute & in ſpiritu ſancto: & in plenitudine multa:

c ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos.

d Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & domini, e excipiẽtes verbũ in tribulatiõe multa cũ gaudio ſpiritus ſancti,

tem fraternitatis quam habetis in ſanctos, & perſeuerantiã veſtram qua patienter expectatis ſpem cœleſtiũ bonorũ, quæ eſt per Chriſtũ Ieſum dominum noſtrum, habentes ante oculos Deum & patrem omniũ noſtrũ. a Nos (inquam) agimus gratias, eo quòd certã habeamus (fratres à Deo ſingulari beneficio dilecti) veſtrã vocationẽ, ſcientes eam verã & à Deo fuiſſe, qui vos eo quòd dilexit vocauit. b Quoniam prædicatio noſtra qua vobis annunciauimus Euangelium ſalutis, nõ fuit tantùm per verbum vocis humanæ, ſed affuit & virtus diuina, & ſpiritus ſanctus, cũ abundantia donorũ ſuorũ: c quemadmodũ ipſi & vidiſtis & ſcitis qualiter inter vos me geſſerim, aut qualia fuerim operatus, vt vos ſaluaremini credentes. d Et vos non degeneres filij, neque ſegnes diſcipuli, mox imitatores noſtri effecti eſtis: neque noſtri ſolùm ſed etiã Chriſti (qui eſt exemplar primum omnis perfectionis) e in eo quòd verbum fidei excepiſtis credentes,

credentes, cũ gaudio ſpiritus, etiã in multa tribulatione vobis, ꝑpter fidem Chriſti ab infidelibus illata: a adeò vt ſitis facti exemplũ fidei & patientiæ, omnibus fidelibus habitantibus in regione Macedoniæ, cuius eſt ciuitas veſtra Metropolis, & in regionibus Achaiæ vicinis. b Nã verbũ domini à vobis reſonat, & per vos ſpargitur atque diffunditur nõ modò in Macedonia tota & viciniore Achaia: ſed in omni loco fideliũ, fides veſtra qua credidiſtis in Deũ viuum, relatu peruenit, atque auditu diuulgata eſt. c Ita vt nõ ſit nobis neceſſe, quicquã de veſtris loq̃ virtutibus corã alijs eccleſijs, ad ædificationem. d Iam enim audierunt vbique cum admiratione patientiã veſtrã: & iam norunt enarrare de nobis, quonã modo ad vobis prædicandũ ipſi acceſſerimus, e & de vobis quomodo ab idolis auerſi ſitis cõuerſi ad Deũ, vt illũ colatis Deũ viuũ & verũ, f vt expectetis aduẽtũ filij eius de cœlis, quo veniet iudicare viuos & mortuos:

a Ita vt facti ſitis forma omnibus credẽtibus in Macedonia & Achaia.

b A vobis enim diffamatus eſt ſermo dñi, nõ ſolũ in Macedonia & in Achaia, ſed in omni loco fides veſtra quæ eſt, ad Deũ profecta eſt.

c Ita vt nõ ſit nobis neceſſe quicquam loqui.

d Ipſi enim de nobis annunciant, qualẽ introitũ habuerimus ad vos: e & quomodo cõuerſi eſtis ad Deũ à ſimulachris ſeruire Deo viuo & vero,

f & expectare filium eius de cœlis quẽ ſuſcitauit ex mortuis Ieſum,

quem ſuſcitauit ex mortuis ſaluatorem populorum, a qui magna violentia, per paſsionis ſuæ amaritudines, non rapuit & ſubtraxit damnationi, quæ ſuper nos erat ventura ſi in peccatis mãſiſſemus, & quę veniet ſuper omnes impios atque incredulos.

a qui eripuit nos ab ira ventura.

TEXTVS Cap. II.

a N*ã & ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit.*

b Sed ante paſsi multa, & cõtumelijs affecti ſicut ſcitis in Philippis,

fiduciã habuimus in Deo noſtro, loqui ad vos Euangeliũ Dei in multa ſolicitudine.

c Exhortatio enim noſtra nõ de errore, neque de immunditia,

Elucidatio CAP. II.

Da E noſtro quidẽ acceſſu ad vos, prędicationis gratia, ipſi didiciſtis experientia quòd nõ ſine efficacibus teſtimonijs diuinæ virtutis fuerit, nec ex vanitate aut ſuperbia: b ſed antequàm accederemus ad vos per multas tribulationes probati, & in Philippis & peculiariter multa dira & ignominioſa perpeſsi, ſicut audiſtis & ſcitis; nihilominus confidentes in domino auſi fuimus prędicare vobis idem illud, pro quo iam tãta paſsi fueramus, Euangelium Dei: Idque cũ multa ſolicitudine, & labore plurimo. Agimus autẽ audacter in Euãgelio Dei, nihil reueriti perſequutiones, ob teſtimonium bonæ conſcientiæ: c ſcientes quòd noſtra

prædi-

prædicatio atque doctrina nō eſt erronea, neque ex errore naſcitur, vt diſciplinæ ſæculares nonnullæ. Neque immūda eſt, neque ex immunditia naſcitur, quemadmodū nōnullæ Philoſophorū doctrinæ atque Gentiliū. Et hęc ipſa noſtra exhortatio non eſt in dolo ad ſeducendū homines à libertate Euāgelij, cuiuſmodi eſt doctrina Pſeudoapoſtolorū: a ſed loquimur in veritate Euangeliū Dei, ſynceriter & pure, quemadmodū nobis illud Deus prædicandū credidit atque cōmiſit, quos ad hoc ipſum probatos reputauit & dignos fecit. b Ita inquam, loquimur, verè & fideliter: non vt placeamus hominibus, principalē ibi finem conſtituētes, ſed vt Deo placeamus, qui ſcrutatur intima ſpiritus noſtri, ad retributionē. c Neque enim aliquando vſi ſumus ſermonibus adulatorijs, quemadmodū ipſi optimè noſtis. d Neque propter auaritiæ cupiditatem, aut lucri gratia vobis prædicauimus, cuius rei mihi Deus teſtis eſt. e Neque propter laudem

neque in dolo.

a ſed ſicut probati ſumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium.

b Ita loquimur, nō quaſi hominibus placentes, ſed Deo qui probat corda noſtra.

c Neq; enim aliquādo fuimus in ſermonē adulationis, ſicut ſcitis neque in occaſione, d auaritiæ, Deus teſtis eſt.

e Neq; quærentes ab hoībus gloriā, neq; à vobis, neq; ab alijs, cum poſſemus vobis oneri eſſe vt Chriſti apoſtoli,

dem hominũ, neque veſtrã, neque aliorum. Quum tamẽ potuiſſemus à vobis merito & honorẽ, & ſumptum (quæ magiſtris debẽtur) exigere tanquam Apoſtoli Chriſti, ratione officij Apoſtolici, atque ſuſcipere. a Sed propter Euãgelij fructum conuerſati fuimus velut paruuli inter omnes vos, neque honorem, neque aliud quicquam deſyderantes à vobis. b Quemadmodum nutrix filios quos in ſua cura habet educandos omni cura ſtudioſiſsime enutrit, atque curat: Ita nos nimia charitate vobis affecti cupiebamus tradere vobis: nõ ſolùm Euangeliũ Dei, verbo prædicando: ſed etiã vitam noſtrã, pro vobis mori parati: c quoniã chariſsimos vos habuimus ratione fidei & bonæ voluntatis veſtræ, neque dubito, quin memores ſitis adhuc laborũ & fatigationũ, quos veſtri cauſa ſuſcepim⁹. d Cùm nocte ac die aſsiduè operis aliquid agentes præter prędicationẽ publicam, & exhortationes priuatas, etiã operi manuũ inſiſtẽtes: ſic ſolicitè prędicaui-

a ſed facti ſumus paruuli in medio veſtri,

b Tanquàm ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſyderãtes vos cupidè volebamus tradere vobis nõ ſolũ Euãgeliũ Dei ſed etiã animas noſtras,

c quoniã chariſſimi nobis facti eſtis.

d Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri & fatigatiõn, nocte ac die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei.

dicauimus inter vos Euangelium Dei,ne quemquã veſtrũ grauaremus,ocioſè aut oneroſè panem alienum manducantes. a Vos conſcij eſtis & magis Deus, quàm immaculatè & iuſtè(ita vt nemo conqueri de nobis iure poſsit)cõuerſati fuerimus inter vos qui Deo credidiſtis. b Sicut ſcitis,qualiter nõ ſolùm publicè docuerimus, ſed etiam ſingulos veſtrum, tanquam pater filios deprecando,exhortando,conſolando obteſtabamur vos & vehemẽtiſsimè cõmonebamus, vt cõuerſationẽ dignã veſtra vocatiõe duceretis,qua vos Deus vocauit per fidẽ,ad retributionem regni & gloriæ ſuę,ſi permãſeritis in vocatiõe veſtra: c Atque ob hęc tanta vobis,partim præſtita, partim promiſſa beneficia,non ceſſamus à gratiarũ actiõe: d quoniã cùm audiſſetis,ex noſtra prædicatiõe ſermonẽ in quo audit̃ & dicit̃ myſteriũ Dei,accepiſtis illud credẽtes nõ vt ab hoĩbus,ſed vt verbũ à Deo prodiens,ſicut eſt verè verbũ Dei,& tãq̃ deo vobis loquẽte,ſic fidem

a Vos teſtes eſtis & Deus, quàm ſanctè & iuſtè et ſine quærela vobis qui credidiſtis affuimus,

b ſicut ſcitis,qualiter vnumquẽq; veſtrum pater filios ſuos deprecantes vos & cõſolantes, teſtificati ſumus,vt ambularetis dignè Deo,qui vocauit nos in ſuũ regnũ & gloriã.

c Ideo nos gratias agimus Deo ſine intermiſsione: d quoniam cùm accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei accepiſtis illud nõ vt verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbũ Dei,

a qui operatur in vobis qui credidiſtis.
b vos enim imitatores facti eſtis (fratres) eccleſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu, quia eadẽ paſſi eſtis & vos à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis:
c qui & dominũ occiderũt Ieſum, & prophetas, et nos perſecuti ſunt, & Deo nõ placẽt,
d & omnibus hominibus aduerſantur, prohibẽtes nos Gentibus loqui vt ſalui fiant,
e vt impleant peccata ſua ſemper.
f Peruenit enim ira Dei ſuper illos vſq; in finem.

dẽ habuiſtis noſtræ prædicationi. a Qui Deus, in vobis qui credidiſtis operatur, vt credatis: ſicuti & in nobis operatur, vt illud dignè prædicemus. b Vos enim fratres, facti eſtis imitatores eccleſiarũ fideliũ, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu congregatę: quia pro amore nominis Chriſti, ſimilẽ vos perſequutionem ſuſtinuitis à veſtris conciuibus, qualem & illi ſuſtinuerũt priores à fratribus ſuis Iudæis ſecundùm carnem. c Qui quidẽ Iudæi (ne nouum aliquid iam videantur aduerſum ſanctos agere) & dominum Ieſum, ſuum Meſsiã occiderunt & qui hunc prænũciabãt ad ſe miſſos Prophetas: & nos (qui eundem prædicamus) Apoſtolos eius, perſequi non deſinunt, & Deo non placent, d & vniuerſorum ſaluti propter inuidiam obſiſtunt, quęrentes impedire nos, ne Gentibus ſalutẽ prædicemus. e Ita ſanè vt impleant menſuram patrũ ſuorum ſemper, patrũ ſuorum delictis ſua adijciẽtes grauiora. f Nã ſub ira Dei ſunt, propter ſuã obſtinatio-

nationem, & perſeuerabunt vſque in finem ſæculi, quando reliquiæ Iſraël ſaluæ fient. a Nos autẽ (fratres) priuati, ad tempus modicum, aſpectu ac conſolatione corporalis præſentiæ veſtræ, amplius laborauimus cum multo deſyderio, ad videndum præſentiam veſtram. b ne verò nos putetis hæc vrbanitatis tantùm gratia dicere, ſcitote quod voluimus venire ad vos, peculiariter quidem ego Paulus, iam altera vice ſed impedimentum nobis ſuſcitauit inuidus diabolus. c Nam quid eſt aliud vnde remunerationẽ ſperem, aut de quo gaudeam ante dominum, aut propter quod coronã immortalitatis æternam expecto: niſi vos qui per meã prædicationem crediſtis? d vtique vos coram iuſto iudicio domini noſtri Ieſu Chriſti in die aduentus eius, eritis gloria noſtra & gaudium. Hoc eſt, ij de quibus & pro quibus tunc gloriabor, & gaudebo, pro laboribus, quos in vobis inſtituendis exhibui, remunerationem ſuſcipiens.

a Nos autem, fratres, deſolati à vobis, ad tempus horæ, aſpectu, nõ corde, abundantius feſtinauimus faciem veſtrã videre cum multo deſyderio:

b quoniam voluimus venire ad vos ego quidem Paulus & ſemel & iterum, ſed impediuit nos Satanas.

c Quæ eſt enim nr̃a ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nónne vos ante dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius?

d Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.

TEXTVS

Cap. III.

a Propter quod nō ſuſtinētes amplius placuit nobis remanere Athenis ſolis, miſimus Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrũ Dei, in Euangelio Chriſti, ad confirmandos vos & exhortandos, pro fide veſtra, vt nemo moueat̃ in tribulatiōibꝰ iſtis.

b Ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus.

c Nã & cùm apud vos eſſemus, prædicabamus vobis paſſuros nos tribulationes, ſicut et factũ eſt et ſcitis.

d Propterea & ego amplius nō ſuſtinens miſi ad cognoſcēdam fidem veſtrã: Ne fortè tē

Elucidatio CAP. III.

OB nimium ergo deſyderij noſtri feruorē, cùm amplius nō ſuſtineremus veſtrarum rerum eſſe ignari, complacuit nobis Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrum Dei, in Chriſti prædicando Euangelio, nobis interim ſine eo Athenis remanentibus, ad vos mittere, ad confirmandum corda veſtra, atque ſuis exhortationibus conſolãdum pro ſtabilitate atque incremento fidei veſtræ, vt nemo tribulationibus iſtis, quas vobis veſtri contribules inferunt: deuictus, recedat à fide ſuſcepta. b Iam enim edocti eſtis & ſcitis, quòd in hoc nos Deus vocauit, dum fideles fecit: vt per varias tribulatiões ad regnum pertinguamus. c Nam & de nobiſipſis, cùm pręſentes eſſemus apud vos prædicabamus vobis, perſequutiōnes nobis imminere, ſicut & factum eſt, & iam auditu cognouiſtis. d Propter hoc, inquam, quoniam in tribulatiōibus agitis, miſi Timotheum vt cognoſcerē certò de conſtantia fidei ve-

ſtræ:

ſtræ: Ne fortè nobis abſentibus tẽtator diabolus vos tẽtauerit, & deuicerit, noſtróſque labores (quantùm ad veſtram ſalutem) irritos fecerit. a At verò nũc, poſteaquàm à vobis ad nos rediens Timotheus, ſignificauit nobis de ſtabilitate fidei veſtræ, & charitatis vigore, & quia noſtri ac noſtræ doctrinæ memores eſtis in bonum, ita nobis affecti, vt deſyderetis etiam plurimum noſtri præſentiam, quemad modum & nos veſtram: b In his, non modicum conſolati ſumus, de vobis hæc audientes, licet in multis neceſsitatibus atque tribulationibus verſaremur propter certitudinem veſtræ fidei, quam ex hiſce ſignis, apertè adhuc integram cognoſcimus. c Quoniã illud nos quaſi vitam, & quaſi in humanis omnibus reputamus præcipuum, ſi vos firmi ſtatis in fide Dei. d Et nunc quomodo condignam poſsimus Deo gratiarum actionem retribuere pro omnibus vobis, propter vniuerſum gaudiũ quo gaudemus de vobis, corã Deo noſtro. Quem

tauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noſter.
a Nunc autẽ veniente Timotheo ad nos à vobis & annunciãte nobis fidem & charitatẽ veſtrã, & quia memoriam noſtri habetis bonã, ſemper deſyderantes nos videre ſicut & nos quoque vos.
b Ideo cõſolati ſumus fratres in vobis, in omni neceſſitate & tribulatiõe noſtra, per fidem veſtram.
c quoniam nunc viuimus ſi vos ſtatis in domino.
d Quã enim grãrũ actionẽ poſſumus Deo retribuere ꝓ vobis in omni gaudio, quo gaudemus pp vos ante dñm Deũ nr̃m.

a die ac nocte abũ dãtius orantes, vt videamus faciẽ ve ſtrã, & compleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ. *b Ipſe enim* Deus *& pater noſter et* dñs Ieſus *Chriſtus, dirigat viã noſtram ad vos.* c *Vos autẽ dominus multiplicet, et abundare faciat charitatem veſtrã in inuicẽ & in omnes quẽadmodũ & nos in vobis, ad cõfirmãda corda veſtra ſine quærela, in ſanctitate ante Deũ, & patrẽ noſtrũ in aduẽtu dñi noſtri* Ieſu *Chriſti cum oĩbus ſanctis eius, amẽ.*

TEXTVS
Cap. IIII.

a. *De cætero ergo*

a. Quẽ aſsiduis precibus oramus, vt opportunitatẽ nobis faciat veniendi ad vos, vt abundantius inſtruamini & compleamini doctrina prædicatiõis noſtrę, in eo quod adhuc docẽdũ ſupereſt, vtq́ue plenius vos edoceamus myſteria fidei veſtræ. b Ipſum autẽ precor Deũ qui eſt pater noſter, & dominũ Ieſum Chriſtum, vt dignetur iter noſtrum dirigere ad vos. c Interim autem vos dominus creſcere & abundare faciat charitate, erga ſanctos, ad inuicem, atque etiam in omnes, quemadmodum & nos abũdamus erga vos charitate, vt confirmetur ſpiritus veſter, ſítque irrepræhẽſibilis in ſanctificatiõe perfecta coram Deo & patre noſtro, in die quando adueniet dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum omnibus ſanctis ſuis in gloria ſua, Amen.

Elucidatio CAP. IIII.

Ca Aeterũ fratres, rogamus vos & obſecrantes exhortamur, in domino Ieſu: vt ſic conuerſemini, quẽadmodum a nobis audiuiſtis, quomodo oporteat vos vitam.

fratres rogamus vos & obſecramus in dño Ieſu, vt quẽadmodum accepiſtis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis vt abundetis magis.
a Scitis enim quæ præcepta tradiderim vobis p dñm Ieſum.

tam omnem inſtituere, & Deo placere, vt in bonis amplius proficiatis. a Scitis enim, quæ præcepta vobis tradiderim per dominum Ieſum, à quo ea accepi, & in cuius virtute ea tradidi vobis obſeruanda. b Nam Dei beneplacitnm eſt, vt vos ſanctificemini & ſancti ſitis, abſtinẽdo ab ijs, quæ vos poſſent reddere coinquinatos: c vt ſciat vnuſquiſque ſuum corpus cuſtodire, in ſanctitate & honore, impollutũ, nõ permittendo ipſum paſsionibus malæ concupiſcẽtiæ, inhonorari atque corrumpi, quẽadmodum Gentes faciunt, Deum neſcientes. d Et nemo per vim opprimat, aut in negotio vel tractatu fallaciter decipiat fratrem ſuum: quoniam hæc omnia Deus iudicabit in iudicio, ſicut cùm eſſemus apud vos prædiximus vobis, & in verbo domini teſtificati ſumus. e Non enim vocauit nos

b Hæc eſt enim volũtas Dei ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione,

c vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ vas ſuum poßidere in ſanctificatione & honore, nõ in paſſione deſyderij, ſicut et Gentes quæ ignorant Deum.

d Et ne quis ſupgrediatur, neque circũueniat in negotio fratrẽ ſuum: quoniã vindex eſt dñs de his oĩbus ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus.

e Non enim vocauit nos Deus in immunditiã, ſed in ſanctificationem.

a Itaque qui hæc ſpernit nõ hominẽ ſpernit, ſed Deum, b qui etiam dedit ſpiritum ſuũ ſanctum in nobis. c De charitate autem fraternitatis, nõ neceſſe habuimus ſcribere vobis. d Ipſi enim vos à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem. e Et enim illud facitis in oẽs, fratres in vniuerſa Macedonia. f Rogamus autẽ vos fratres, vt abũdetis magis, & operã detis vt quieti ſitis, et vt veſtrũ negotium agatis, g & operemini manibus veſtris, ſicut præcipimus vobis: & vt honeſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt, &

Deus ad fidem ſuam, vt in immunditia peccatorũ noſipſos polluamus, ſed vt in ſanctitate vitam ducamus. a Itaque qui hæc præcepta trãſgredi nõ veretur, ſciat ille non me hominẽ tantùm ſe contẽnere, ſed magis Deum, cuius ſunt præcepta, ego verò tantùm denũciator ac præco eorundẽ. b Qui Deus, etiam ſpiritũ ſuum ſanctum dedit in cordibus noſtris, qui nobis præbet adiutoriũ, ad obſeruationem præceptorum eius. c De charitate verò fraterna, nõ eſt neceſſe, vt quicquàm ſcribam vobis. d Iam enim à Deo edocti eſtis, vt inuicẽ veritate & opere diligatis: e quẽadmodum ipſa veſtra opera mõſtrãt, quæ in omnes fratres per vniuerſam Macedoniã miſericorditer in charitate exhibetis. f Rogamus inſuper vos fratres, vt ad profectum quotidianũ in ſpiritualibus bonis diligenter laboretis, ac vt ſtudeatis quieti eſſe, ſuum quiſque negotiũ agẽtes. g & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis, vt honeſta appareat, & de-

& decens cõuerſatio veſtra,etiam erga infideles,& ne cogamini aliena,vel deſyderare,dum proprijs laboribus ſuſtẽtamini.Nam ocioſos, penuria fures facit. a Præterea, de mortuis ſcire vos volo rei plenã veritatẽ:vt non ſic incõſolabiliter triſtitia deijciamini,quomodo illi qui ſpẽ futuræ reſurrectionis nullã habẽt. b Nã quia credimus(vt verum eſt)Chriſtũ à mortuis ſurrexiſſe:ſic & de reliquis qui in domino mortui ſunt credere debemus, ꝙ deus pater adducet eos per chriſtum,vnà cũ eo,in nouiſsimo die: c Hoc enim vobis vt certum & firma fide tenendũ dicimus,tãquàm verbum domini quòd illi qui viui tunc relicti erunt,quóſque dies illa ſuperſtites inuenerit (de quorum numero poſsibile eſt vt nos quoque futuri ſimus,ꝓpter quod me illis quoque cõnumero) d in aduẽtu dñi ad iudiciũ,nullo modo priores erũt in reſurgẽdo,ijs qui multò ante mortui ſunt. e Quoniam ipſe dominus tãquàm Imperator habẽs poteſtatẽ iudicium faciẽdi,

nullius aliquid deſyderetis.

a nolumus aũt vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt nõ cõtriſtemini ſicut et cæteri qui ſpem non habent.

b Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita et deus eos qui dormierũt, per Ieſum adducet cum eo.

c Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus,

d in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt.

e Quoniam ipſe dominus, in iuſſu & in voce Archãgeli,

& in tuba Dei, deſcendet de cœlo. per imperiũ iuſsionis ſuæ, per miniſterium vocis archãgeli & angelorum ſub eo cõſtitutorũ, ac tubæ quæ perſonabit ad reſurrectionẽ mortuorũ, deſcendet à patris dextera in qua nũc reſidet glorioſus, ad inferiora aëris huius loca, a & qui in Chriſto mortui ſunt, reſurgent dignitate priuilegióque eximio priores obuiam procedentes iudici in aſſumptis corporibus glorificatis. Qui verò ſine Deo mortui ſunt, reſurgent quidẽ & ipſi, ſed ꝓpter miſeriã poſteriores: quoniã in terra remanebũt, ſentẽtiã horribilem cum formidine expectãtes.

a & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi.

b Deinde nos qui viuimus qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus, obuiã Chriſto in aëra, b Itẽ etiã & illi qui tũc viui reperientur atque ſuperſtites fideles, ſimul cum illis qui multò ante mortui fuerãt diuina virtute ſubleuabuntur, vt procedãt obuiam Chriſto in aëris ſuperiorẽ locum, c & ſic ſemper omnes pariter fideles, ex tũc cum dño erimus. d In his itaque verbis veriſsimis & certiſsimis, inuicem vos conſolari debetis, ne ſupra modum, Gentilium more, ſuper mortuis cõtriſtemini.

c & ſic ſemper cũ domino erimus.

d Itaq; cõſolamini inuicem in verbis iſtis.

Eluci-

Elucidatio CAP. V.

Da E. temporibus autẽ venturis & temporum articulis, (fratres) non fuit neceſſe vobis multa ſcribere curioſius. b Ipſi enim, quantum hac de re ſcire cõuenit, iam ſcitis. Nempe quòd dies illa aduentus dñi, ſic veniet cùm nõ putatur: quomodo fur ſolet in nocte, ea potiſsimũ hora qua neſcitur, aduenire. c. Cùm enim exiſtimauerint ſe ſecuros & ſine periculo, tunc ſubitò eos opprimet mors, & perditio, & veniet is dolor ineſtimabilis, cuiuſmodi eſt dolor parturientis (quẽ cùm certo expectet mulier, horã tamen neſcit, ſed plerũque opprimit etiam nihil cogitantem) & non euadent. Hæc autẽ non dicta ſint ad terrorẽ veſtrum. d Vos enim non eſtis increduli, in nocte verſantes, vt vos dies illa depræhẽdere valeat, tanquàm fur, imparatos atque dormiẽtes. e Omnes enim vos in luce eſtis atque in die, propter fidem veſtram. f Non autem ſumus in nocte incredulitatis, neque in peccato-

TEXTVS Cap. V.

a De temporibus aũt & momentis, fratres, nõ indigetis vt ſcribamus vobis.

b Ipſi enim diligẽter ſcitis, quia dies domini ſicut fur ĩ nocte, ita veniet.

c Cùm enim dixerint, pax & ſecuritas, tunc repenti nus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & nõ effugiẽt.

d Vos aũt fratres, nõ eſtis in tenebris vt vos dies illa tãquàm fur comprahendat.

e Oẽs enim vos filiĩ lucis eſtis, atq; filiĩ diei.

f Non ſumus noctis neq; tenebrarum.

a Igitur non dormiamus, ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrij ſimus.
b Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.
c Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſumus,
d induti loricā fidei & charitatis,
e & galeam ſpē ſalutis.
f Quoniam non poſuit nos Deus in iram: ſed in acquiſitione ſalutis, per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum,
g qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus ſiue dormiamus ſimul cū illo viuamus.

catorū tenebris. a Propter quod
neque dormiendum eſt nobis, aut
ceſſandū ab operibus bonis, quē-
admodū faciūt cæteri qui nō cre-
dunt, ſed vigilātes expectemus ad-
uentum domini, & ſimus ſobrij, in
omnibus noſtrā concupiſcētiā fre-
nantes. b Tēpus enim dormitio
nis & dormiētium nox eſt, & ine-
briari ſolent potiſsimū nocte ho-
mines. c Atque ob hoc nos qui
in nocte non ſumus, ſed in die ne-
quaquā cōuenit eiuſmodi noctis
actionibus inuolui, ſed ſobrij eſſe
debemus: d aſſumentes pro indu
mēto atque defenſione fidē & cha
ritatem, velut loricā: quæ ex bonis
actionibus cōponitur, quas fides
per dilectionem operatur: e aſſu
mentes item ſpē æternæ ſalutis in
galeam, quæ id qđ in homine ſum
mum eſt, tutatur atque defendit.
Idqúe omnino cōuenit, f quoniā
non vocauit nos Deus, vt iræ ſuæ
redderet obnoxios, aut irā ſuā in
nobis manifeſtaret: ſed vt acquira
mus ſalutē ęternā, per dn̄m noſtrū
Ieſum Chriſtum, g qui mortuus
eſt

eſtpro nobis ſaluãdis, ad hoc vt ſiue viuentes corporaliter, ſiue morientes, ſemper cũ illo vita ſpiritus viuamus. a Ob hoc conſolãtes exhortamini inuicẽ, & ad ſpiritualem profectũ adiuuate, ſicut & cõfido vos rectè facere. b Rogamus aũt vos fratres, vt obſeruantes agnoſcatis eos qui laborãt inter vos & qui pręſunt vobis in dño, & monent vos atque etiam corripiũt, vt illos nõ ſolùm non odio habeatis, ſed etiã abũdãtiori dilectione ꝓſequamini, ꝓpter opus adminiſtrationis eorũ. c Rogamus igit̃ vos fratres, vt eos qui inter vos inordinatè atque vagabũdè obãbulãt, etiã acrius admoneatis eos q̃ ſunt parui atque puſilli animi, cõſolemini: infirmiores & impfectos, ſuſtineatis: & in vniuerſum erga oẽs ſitis patientes. d Cauete ne quis malũ reddat ꝓ malo cuiuis hominũ, ſed ſemper ſtudete bene facere, non ſolùm inuicem, ſed etiam omnibus hominibus. e Semper gaudete in domino, nunquã intermittite orationem, de oĩbus ſemper Deo

a Propter qđ cõſolamini inuicẽ, & ædificate alterutrũ, ſicut et facitis

b Rogamus autẽ vos fratres, vt noueritis eos qui laborãt inter vos, et pſunt vobis in domino, et monẽt vos vt habeatis illos abũdãtius in charitate, ꝓpter opus illorũ, & pacẽ habete cum eis.

c Rogamus autẽ vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote ad omnes

d Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, ſed ſemper qđ bonum eſt ſectamini in inuicem & in oẽs.

e Sẽper gaudete.

ſine intermiſſione orate,in omnibus gratias agite.

a Hæc eſt enim voluntas Dei, in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.

b Spiritum nolite extinguere, prophetas nolite ſpernere.

c Omnia autem probate,quod bonum eſt,tenete.

d Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

e Ipſe autẽ Deus pacis ſanctificet vos per omnia,vt integer ſpiritus veſter & anima & corpus,ſine quærela in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruet.

gratias agite. a Hoc enim eſt Leneplacitum Deo per Chriſtum Ieſum,de omibus vobis:nimirum vt ſemper gaudentes atque orantes, perſtetis in gratiarum actione. b Nolite impedimentum præbere habitanti in vobis ſpiritui ſancto, neque vllũ ſpiritus donum velitis delere:peculiariter verò prophetię donum ne ſpreueritis,quod eſt donum inter cætera magis ecclesiam ædificans. c Omnia autẽ probate,& examinando dijudicate.Quod verò fuerit, iudicio eorũ quorum intereſt iudicare. bonum comprobatum,id teneatur : quod ſecus,reijciatur. d Ab omni non tãtùm malitia,ſed etiam eo quod ſpeciem habet mali,cauete vobis: vt omnem tollatis occaſionẽ ſcandali,quantum eſt in vobis. e Ipſum autem Deum, à quo eſt pax omnis,qui pacem diligit, eámque inhabitat precor vt per omnia plenè vos ſanctos efficiat,vt ſpiritus veſter integer atque incorruptus vitio,cuſtodiatur.Itémque anima & corpus (id eſt portio rationis ſupe-

ſuperior & inferior) atque corporis ſenſus infirmus, & in vniuerſũ omnes corporis & animæ vires, in diem aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. De Dei quidem adiutorio, nihil eſt diffidendum. a Fidelis eſt enim qui etiã perficiet quod cœpit, ſi nos non deſimus gratiæ eius. b Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes, per ſanctæ pacis oſculum. c Diſtinctè vobis præcipio, atque per dominum iuramento vos conſtringo, vt liceat Epiſtolam hanc omnibus fratribus legere, qui id requiſierint, & nemo fidelium expoſcens prohibeatur. d Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit & maneat cũ omnibus vobis, Amen.

a Fidelis eſt qui vocauit vos qui etiam faciet.

b Fratres, orate p nobis. Salutate fratres omnes in oſculo ſancto.

c Adiuro vos per dñm vt legatꝰ Epiſtola hæc, omnibus ſanctis fratribus.

d Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcũ, Amẽ. Finis.

FINIS ELVCIDATIONIS in Epiſtolã priorem ad Theſſalonicenſes, beati Pauli Apoſtoli.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Theſſalonicenſes ſecundam beati Pauli Apoſtoli.

QVEMADMODVM ſolent peruerſi homines aliorum benedicta facilè peruertere, ita videntur fuiſſe apud iſtos Teſſalonicenſes, qui ex verbis Apoſtoli perterrefaciebant ſimpliciũ animos, quaſi iam in proximo eſſet dies iudicij extremus. Cuius dicti occaſio videri poteſt ex eo ſumpta quòd dicitur priori epiſtola: quoniam dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Apoſtolus igitur de hac re plenius eos inſtruere, & perturbatos quorundam animos conſolari volens, hanc ſcribit eis ſecundam epiſtolam. In qua primùm gratias agens Deo, eorũ & charitatem & patientiam collaudat: eorum quidem qui nunc perſecutionem patiuntur, fœlicem retributionem, eorum autem qui ſanctos perſequũtur, vindictam in nouiſsimo die, & pœnam venturam proponens ſimul & orans Deum, vt eos faciat ſua vocatione ſemper dignè viuere ad gloriã Chriſti. Poſt hoc, ſecundo capite, ad principale propoſitũ accedens, rogat eos, vt nulla ratione ſe terreri aut perturbari permittant falſis confictisq; rumoribus, de nouiſsimi diei aduentu in proximo imminenti: de quo conſequenter eos veritatem edocet

docet, dicens, primùm diſſenſionem debere fieri, et filium perditionis antichriſtum reuelari: de cuius aduentu qualis ſit futurus: & eorũ qui ei ſunt credituri, deceptione, eiusq́; per chriſti ſententiam & virtutem interemptione & condemnatiotione: plura diſſerit: gratiarum actionem, de bona eorum electione exhortationem ad Apoſtolicarum traditionum obſeruantiam, & deprecationem pro confirmatione in bono, ſimul ſubnectens. Tertio deinde capitulo, pro ſe & profectu prædicationis ſuæ, diſcipulorum orationem poſtulat, bene confidens de eis. Denũciat autem cum ſeueritate, vt intendant correctioni eorum qui vagabundi & ocioſi obambulant, nihil operis agentes, ſed paraſitorum more alienũ panem in ocio manducantes, quales audiuit nonnullos inter eos ſuſtineri: & ſic eos vult puniri, vt cæteri ab eorum conſortio ſe ſeparent, quo confuſi emendent delictum: ſic tamen, vt nõ odio habeantur quaſi inimici, ſed vt charitate fraterna hæc eis punitio & correctio adhibeatur. Poſt quæ, pace eis optata & ſalutatione in ſignum appoſita, ita terminat Epiſtolam.

Finis Argumenti in Epiſtolam ſecundam ad Theſſalonicenſes.

Eluci-

TEXTVS Epiſtolæ ad Theſſalonicẽſes poſterioris beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

*P*i *Aulus & Syluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.*

b Gratia vobis & pax, à Deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto.

c Gratias agere debemus ſemper ꝑ vobis fratres, ita vt dignum eſt, d quoniã ſup creſcit fides veſtra & abũdat charitas vniuſcuiuſq; ve- ſtrum in inui[illegible]

e Ita vt & noſipſi

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD Theſſalonicenſes poſteriorem, beati Pauli apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

Pa AVLVS & Syluanus & Timotheus ſcribunt eccleſiæ Theſſalonicẽſi in Deo patre & Chriſto Ieſu congregatæ. b Sit vobis gratia & pax à Deo patre omniũ credẽtiũ & domino Ieſu Chriſto. c Debemus ſine intermiſsiõe Deo gratias agere pro vobis ratiõe beneficiorum in vos collatorũ, quemadmodum iuſtum eſt: d quoniã creſcit indies fides, & augmentum ſumit charitas veſtra, qua vos mutua proſequimini dilectiõe: e Ita vt noſipſi cũ gloria & gaudio prædicemus in cæteris fidelium eccleſijs, ad

ſiis,ad earum ędificationem exemplum patiētiæ veſtræ, & fidei conſtantiam quam demōſtraſtis in tolerātia omnium perſequutionum atque tribulationum, a quas vos Deus permittit ſuſtinere,vt ex hoc demonſtret ſuum iuſtum iudiciū: Nempe vt vos, ex patientia digni inueniamini,ſecundûm iuſtū illud Dei iudiciū regno,Dei æterno atque corona gloriæ, pro cuius fide & cōſecutione nunc patiamini trìbulationes iſtas:qui verò vos affligunt,digni inueniantur perditione æterna. b Si tamen iuſtum eſt hoc coram Deo iudice(ſicut omnino conſtat iuſtiſsimum eſſe, vt retribuat eis ipſe tribulationem in illo die qui vobis nunc tribulatiões ſine cauſa inferunt,propter nomē eius: c vobis autem qui tribulamini nunc in pręſenti tempore,vt tunc reddat requiē ſempiternam vnà nobiſcum vt quomodo ſocij eſtis paſsionum, ita ſitis in futuro & conſolationis. d Tūc(inquā) quando reuelabitur in gloria maieſtatis ſuæ dominus Ieſus de cœ-

in vobis gloriemur in eccleſijs Dei, pro patiētia veſtra, et fide in oībus perſequutioībus veſtris et tribulatioībus, a quas ſuſtinetis in exemplū iuſti iudicij Dei vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini.

b ſi tamen iuſtū eſt apud Deum retribuere tribulationem ijs qui vos tribulant:

c & vobis qui tribulamini requiē nobiſcum.

d In reuelatiōe domini Ieſu de cœlo, cum angelis virtutis eius in flāma ignis,

lo ve-

a dantis vindictã ijs qui nõ nouerũt Deum.
b & qui nõ obediunt Euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti,
c Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini & à gloria virtutis eius:
d cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis,& admirabilis fieri in omnibus qui crediderũt
e quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in die illo.
f In quo etiam oramus ſemper pro vobis,vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter,et impleat omnem voluntatem bonitatis ſuæ,& opus fidei in virtute.

lo veniens, cum angelis miniſtris ſuis executoribus voluntatis ſuæ perditurus impios per flammam ignis, a qui Ieſus vindictam faciet per ignis huius miniſterialem executionem,aduerſus eos qui noluerunt agnoſcere Deum dum viuerẽt,fide & operibus bonis, b & qui noluerunt obedire Euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti. c Qui terrenas exoluent pœnas,mortem æternam ſuſtinẽtes,iudicio & diffinitione domini iudicãtis in gloria virtutis ſuæ, d quãdo veniet glorioſus fieri in ſanctis ſeruis ſuis eis gloriam communicãdo, & admirabilis apparebit in glorificatione fidelium ſuorum, e quoniam teſtimonio prædicationis noſtræ vos credidiſtis in diem illũ, vt tũc ſalui ſitis. f Pro quo etiam orare non ceſſamus de vobis, vt Deus vos habeat & faciat dignos hac vocatione,qua iam vocati eſtis,faciendo vos dignam ſibi vitam ducere,& complere vos faciat atque perficiat in vobis omne ſuum beneplacitum,quod eſt in omni bonitate

nitate atque in omni virtute,& impleat in vobis operationē fidei veſtræ congruam per virtutem ſpiritus ſui: a ad eū finem, vt nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis credētibus glorificetur, & vos glorificemini per illū ſecūdùm gratiā & miſericordiam Dei patris & domini noſtri Ieſu Chriſti, quam nobis pater per filium exhibuit.

Elucidatio CAP. II.

Ra Ogamus autē vos fratres per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti ad iudicium,& per cōgregationē qua nos omnes in illo aduentu ad ipſum cōgregabimur, vt non facilè à veſtro iudicio in quo per nos inſtructi eſtis, recedatis neque terreamini, ſi qui ſe fingunt per ſpiritum prędicere quod inſtet dies domini: ſiue ſermone hoc præſentes prædicent, ſiue abſentes per Epiſtolam ipſum agāt, noſtro nomine falſò ſcriptam, vel aliter quàm volebamus intellectā. b Hoc, inquam, rogo vt nō vos ſinatis in huiuſmodi erroneas pſuaſiones induci. c Quoniā iuxta rei

a vt clarificetur nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis & vos in illo: ſecundùm gratiam Dei noſtri, & domini Ieſu Chriſti.

TEXTVS

Cap. II.

a Rogamus autē vos fratres per aduentū domini noſtri Ieſu Chriſti & noſtræ congregationis in ipſum, vt non citò moueamini à veſtro ſenſu, neq; terreamini, neq; per ſpiritū neq; per epiſtolā, tanquàm per nos miſſam, quaſi inſtet dies domini.

b Ne quis vos ſeducat vllo modo.

c Quoniam niſi venerit diſceſſio primùm.

veritatem dies domini nō veniet, niſi ante venerit defectio Romani Imperij, atque etiā fidei & charitatis penè in vniuerſis: a & niſi prius manifeſtatus fuerit ille homo ſceleratus atque impius, quem poſsidebit ęterna perditio: qui aduerſabitur (blaſphemando, & alios blaſphemare cogēdo) b imò ſuperbè efferet ſe, ſupra omnē Deū: non ſolùm verum, ſed etiā aduerſus & ſuper eos, qui ſolo nomine dij appellantur. c Adeò vt in tēplo quod Deo erat ſacratum thronum ſit ſibi collocaturus, exhibitu rúſque ſeipſum vt Deum, volēs omnibus dijs relictis ſolus adorari. d Nō tenetis memoria quòd hęc dicebamus vobis, quum eſſemus præſentes apud vos? e Et nūc ex his noſtris verbis facilè poteſtis intelligere, quid demoretur aduētum eius (id eſt, vel Chriſti ad iudiciū, vel Antichriſti ad regnum ſuum) f nimirū hoc, quod in ſuo tēpore debet reuelari Antichriſtus, quod quidem tempus nondum videtur impletum. g Nam nunc quidem interim

a & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: qui aduerſatur,

b & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus *aut qđ colitur:*

c ita vt in templo Dei *ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit* Deus,

d Non *retinetis quòd cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebā vobis?*

e E*t nūc quid detineat ſcitis,*

f vt reueletur in ſuo tempore.

g N*ā myſterium iam operatur iniquitatis,*

interim vſque dum ille veniat, figura quidē illius iniqui & peſsimi forſitā regnat aut dominatur. Nā Antichriſti multi ſunt,& omnis pſequutor aut hæreticus myſteriū & figura Antichriſti eſt. a Illud tantùm curandum eſt,vt quiſquis nunc tenet rectā fidem atque charitatē Dei,pergat tenere,ac perſeueret,nec dimittat donec deficiat Romanū imperiū,atque fides chriſtiana penè in vniuerſis. b Et tūc ille iniquus reuelabitur & iniquitas eius patefiet per Chriſtum dominū, qui illum interficiet palam omnibns,per ſententiam oris ſui, adueniens contra ipſum (ſiue per ſe ſiue per angelos executores) vt deſtruat per fulgurationē ſuam in magna gloria. c illum impiū qui adueniet ad perſuadendū hominibus nō virtute diuina armatus,ſed adiutorio diaboli innixus, cuius miniſterio miras virtutes videbitur ædere. d ſigna magna & pdigia faciens,ſed mendacia (quæ etiam ſi vera fuerint nonnulla in re,tamen ad mendacium ſuadebunt)

a tantùm vt qui tenet nūc teneat, donec de medio fiat.

b Et tunc reuelabitur ille iniquus. quē dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſuis & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.

c eū cuius eſt aduentus ſecundùm operationem Satanæ.

d In omni virtute, & ſignis & prodigijs mendacibus, & omni ſeductione iniquitatis.

a ijs qui pereunt: eo quod charitatẽ veritatis nõ receperunt vt ſalui fierent.
b Ideo mittet illis Deus operationẽ erroris, vt credãt mendacio, vt iudicentur oẽs qui nõ crediderũt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.
c Nos autẽ debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis fratres dilecti á Deo,
d quod elegerit vos Deus primitias in ſalutem,
e in ſanctificatione ſpũs & in fide veritatis in qua & vocauit vos,
f per Euãgelium nr̃um, in acquiſitionẽ gloriæ dñi nr̃i Ieſu Chriſti.

bunt) vt ſeducat homines ad iniquitatẽ à virtute, a homines(inquam) perditos & filios damnationis, eo quòd Chriſti charitatẽ atque veritatẽ noluerunt fide recipere, ad ſuã ſalutẽ. b Propter quod permiſit venire illis operationem huiuſmodi, quæ in errorẽ eos induceret, vt crederent falſitati: vt condẽnẽtur omnes qui maluerũt iniquitati credere quàm veritati. c Nos verò ſcientes vos ad hoc periculo Dei gratia liberatos, debemus ſemper gratias agere Deo pro vobis ô fratres mei, quos Deus in veritate dilexit, atque etiám num diligit: debemus (inquam) agere gratias Deo, d eo quòd ipſe vos ab æterno elegerit: vt eſſetis inter Chriſto credentes, velut primitiui & tẽporis primitate, & fidei præcellentia, ad veſtrã æternã ſalutem. e Elegit(inquam) vos ſanctificãdo per ſpiritũ ſuum, in hoc quòd veritati crediſtis ſancti Euangelij, ad quam vos Deus vocauit, f per miniſteriũ prædicationis noſtrę, vt acquiratur gloria domino

mino noſtro Ieſu Chriſto: hoc eſt vt nomen eius glorificetur per fidẽ credẽtiũ. a Itaque fratres, quãdo ſic vocati eſtis, permanete viriliter, in fide ac vocatione veſtra, obſeruate præcepta atque ordinationes quas vobis trididimus, ſiue per verba præſentes, ſiue per Epiſtolam abſentes. b Ipſe autẽ dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus pater noſter qui dilexit nos, & dedit nobis in ſpe conſolationem, non vtique tẽporalẽ, ſed æternam atque cœleſtẽ, & ſpẽ vere bonã per gratiã quam interim tenemus donec veniat gloria quam expectamus: c Ipſe (inquã) veſtra corda exhortationibus ſuis internis conſoletur, atque corroboret in omnibus operibus, atque ſermonibus bonis: vt nec propter tribulatiões inſtãtes, nec propter operũ ſigna, nec ꝓpter verba mirãdo Chriſtianæ fidei amittatis confeſsionem.

a Itaque fratres ſtate et tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue p ſermonem, ſiue per Epiſtolã noſtram. b Ipſe autẽ dñs noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & pater noſter qui dilexit nos & dedit conſolationẽ æternam, & ſpem bonam in gratia, c exhortetur corda veſtra & confirmet in omni opere & ſermone bono.

TEXTVS
Cap. III.

a De cætero fratres orate pro nobis vt ſermo Dei currat, & clarificetur ſicut & apud vos,

Elucidatio CAP. III.

Ca Aeterùm fratres petimus vt oretis Deum pro nobis, vt liceat nobis iniũctũ prædicationis

a. vt liberemur ab importunis & malis hominibus.
b. Non enim omnium eſt fides.
c. Fidelis autẽ Deus, qui cõfirmabit vos & cuſtodiet à malo.
d. Cõfidimus aũt de vobis fratres in dño, quoniã quæcunq; præcipimus & facitis & facietis.
e. Dominus autẽ dirigat corda veſtra, in charitate Dei & patientia Chriſti.
f. Denunciamus autẽ vobis fratres in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab oĩ fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm traditionẽ quam accepe rũt à nobis.

munus debitè peragere, vt verbũ Dei velociter proficiat, atque latè diffuſum clarificetur, ſicut apud vos iam habitat & prædicatũ eſt: a & vt expediamur Dei adiutorio ab ijs qui nos impediunt, moleſtis ſiue abſurdis hominibus, atque auerſis à Deo cuiuſmodi ſunt carnales Iudæi, & idololatræ Gẽtiles. b Non enim omnes credunt Euãgelio, ſed ij tantùm quibus datum eſt. c Fidelis autem eſt Deus qui vos elegit & iam olim vocauit, in futuro etiã cõfirmabit in bono, & ne in malum cadatis ſeruabit. d Confidimus autẽ fratres, opinionẽ habentes bonã de vobis, quòd omnia præcepta noſtra & traditiões, obſeruatis & obſeruabitis. e Precor autem Deũ in ſpiritus veſtros inter tanta ſæculi mala, in recta charitatis diuinæ ſemita, inque patienti expectatione aduẽtus Chriſti deducat & regat ne declinetis à via huius rectitudinis. f Præcipientes autẽ denunciamus hoc vobis omnibus: in nomine & virtute domini noſtri Ieſu Chriſti, vt non

habea-

habeatis cōmercium cum illis nomine ſolo Chriſtianis qui inquietè & vagabundè circumuagātur contra traditionē à nobis præſcriptam. a Illud enim ipſi vos ſcitis, quomodo debeatis noſtrū in hoc exemplū imitari: b quoniā cùm apud vos eſſemus,non eramus inordinatè vagantes per ocium,neque in ocio panē cuiuſquàm manducauimus, c ſed in labore & fatigatione multa,ſemper & nocte & die aliquid boni operis agentes, nūc prædicando, nūc manibus laborādo,nunc orando,nūc priuatis admonitionibus exhortando, ne vobis eſſemus oneri, panē ocioſè manducantes. d Neque verò ſic aſsiduè laborauimus, etiam vſque ad labores manuū,quaſi nō licuiſſet nobis ſine manuū labore victū accipere,ſed vt exēplū vobis daremus in nobiſmetipſis,quod vobis ſit imitandum. e Nā & olim præſentes denunciabamus vobis de eiuſmodi hominibus quibus neceſſe eſt ſibi victū quærere, neceſſariū eſſe, vt qui vellet manducare

a Ipſi enim ſcitis, quēadmodū oporteat imitari nos,

b quoniā nō inquieti fuimus inter vos: neq; gratis panem māducauimus ab aliquo,

c ſed in labore & fatigatione noctē ac die operātes, ne quem veſtrū grauaremus.

d Non quaſi non habuerimus poteſtatem ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos.

e Nam & cùm eſſemus apud vos denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet.

laboribus victũ quæreret, non autẽ adulationibus paraſiticis, atque circũuagationibus. a Nam tales quoſdã relatũ eſt nobis inter vos exiſtere, qui ſic ſine ordine prorſus incõpoſiti & vagabũdi nihil quidẽ operis ipſi facientes, ſed curioſè aliorum omnia perſcrutãtes circumeunt. Et quidẽ tolerabile, imò laudabile extitiſſet, ſi ob orationis aſsiduæ inſtantiã, à laboribus manuũ abſtinuiſſent. b Huiuſcemodi verò vagabũndis præcipimus, imò vt vel ſic acquieſcant, eos obſecramus per dominũ Ieſum Chriſtũ, vt in ſilentio & quiete aliquid operis faciẽtes, ſuis laboribus paſcantur. c Vos autẽ fratres in vniuerſum omnes, nolite à benefaciẽdo aliquãdo ceſſare, aut remiſsius agere, ob aliorũ huiuſmodi praua exempla. d Si quis verò ne nunc quidẽ denunciationi huic noſtræ per hanc epiſtolã factæ voluerint acquieſcere, hunc obſeruantes notate, & communi iudicio vniuerſi eius defugiatis ſodalitium, quo ſic tandem confuſus emendetur. Nolim

a Audiuimus enim inter vos quoſdã ambulantes in quiete, nihil operantes, ſed curioſè agentes:

b His autem qui eiuſmodi ſunt denũciamus & obſecramus in dño Ieſu Chriſto, vt cũ ſilẽtio operantes ſuum panem manducent.

c Vos aũt fratres nolite deficere, benefacientes.

d Quòd ſi quis nõ obedierit verbo noſtro p Epiſtolã hũc notate & ne cõmiſceamini illo, vt confundatur.

a Nolim tamē vt inimicum odio proſequendū aut prorſus abijciendum ſed admonendū ab ijs q gratiam habent, atque conſolandum & corripiēdū magna cura, prout expediens videbitur, tanquàm fratrē eodē baptiſmate regeneratum. b Ipſe autem Deus pacis, det vobis pacē veram & ſempiternā per omnia in omni loco. c Sit autem dn̄s cū omnibus vobis per ſuā gratiam, in vobis inhabitans, vóſque adiuuans in bonis agendis, & à malis cuſtodiens. d Salutationē ègo Paulus propria manu ſubſcribo, quæ eſt in ſignum & teſtimoniū in omni Epiſtola à nobis miſſa, quo & à cōfictis Pſeudoapoſtolorum epiſtolis, noſtrę diſcernātur. e Ita ſolitus, ſum ſcribere, Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis, Amen.

a Et nolite quaſi inimicū exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.

b Ipſe autē Deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco,

c dominus ſit cura omnibus vobis.

d Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni Epiſtola.

e Ita ſcribo, gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis, Amen.

Finis.

FINIS ELVCIDATIONIS in Epiſtolam ſecundam ad Theſſalonicenſes beati Pauli Apoſtoli.

laboribus victū quæreret, non antē adulationibus paraſiticis, atque circūuagationibus. a Nam tales quoſdā relatū eſt nobis inter vos exiſtere, qui ſic ſine ordine prorſus incōpoſiti & vagabūdi nihil quidē operis ipſi facientes, ſed curioſè aliorum omnia perſcrutātes circumeunt. Et quidē tolerabile, imò laudabile extitiſſet, ſi ob orationis aſsiduæ inſtantiā, à laboribus manuū abſtinuiſſent. b Huiuſcemodi verò vagabundis præcipimus, imò vt vel ſic acquieſcant, eos obſecramus per dominū Ieſum Chriſtū, vt in ſilentio & quiete aliquid operis faciētes, ſuis laboribus paſcantur. c Vos autē fratres in vniuerſum omnes, nolite à benefaciēdo aliquādo ceſſare, aut remiſsius agere, ob aliorū huiuſmodi praua exempla. d Si quis verò ne nunc quidē denunciationi huic noſtræ per hanc epiſtolā factæ voluerint acquieſcere, hunc obſeruantes notate, & communi iudicio vniuerſi eius defugiatis ſodalitium, quo ſic tandem confuſus emendetur.

a Audiuimus enim inter vos quoſdā ambulantes in quiete, nihil operantes, ſed curioſè agentes:

b His autem qui eiuſmodi ſunt denūciamus & obſecramus in dn̄o Ieſu Chriſto, vt cū ſilētio operantes ſuum panem manducent.

c Vos aūt fratres nolite deficere, benefacientes.

d Quòd ſi quis nō obedierit verbo noſtro p Epiſtolā hūc notate & ne cōmiſceamini illo, vt confundatur.

Nolim

a Nolim tamē vt inimicum odio proſequendū aut prorſus abijcien dum ſed admonendū ab ijs q gratiam habent, atque conſolandum & corripiēdū magna cura, prout expediens videbitur, tanquàm fratrē eodē baptiſmate regeneratum. b Ipſe autem Deus pacis, det vobis pacē veram & ſempiternā per omnia in omni loco. c Sit autem dn̄s cū omnibus vobis per ſuā gratiam, in vobis inhabitans, vóſque adiuuans in bonis agendis, & à malis cuſtodiens. d Salutationē ègo Paulus propria manu ſubſcribo, quæ eſt in ſignum & teſtimoniū in omni Epiſtola à nobis miſſa, quo & à cōfictis Pſeudoapoſtolorum epiſtolis, noſtrę diſcernātur. e Ita ſolitus, ſum ſcribere, Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis, Amen.

a Et nolite quaſi inimicū exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.

b Ipſe autē Deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco,

c dominus ſit cum omnibus vobis.

d Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni Epiſtola.

e Ita ſcribo, gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis, Amen.

Finis.

FINIS ELVCIDATIOnis in Epiſtolam ſecundam ad Theſſalonicenſes beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Timotheum priorem beati Pauli Apoſtoli.

TIMOTHEVM AETATE *quidem iuniorem, ſed morum maturitate, fidei præclaritate, & ſcripturarum eruditione præcellentem Paulus Apoſtolus Epheſijs Epiſcopum abſcedens reliquerat, ad quē nunc ſcribit nondum vinculis alligatus, priorem hanc epiſtolam in qua, poſt ſalutationem, ſtatim eum falſis iubet prædicatoribus ſe opponere: qui varia & fabuloſa ſiue ſæcularis ſapientiæ, ſiue Iudaicæ obſeruationis figmenta prædicabant, charitatem & bonam conſcientiā (quæ finis eſt omnis præcepti) negligentes: legem tamē bonam eſſe non negans ſi quis ea vt oportet rectè vtatur: quoniā lex nō niſi propter iniuſtos poſita eſt ad compeſcendū atque ad vlciſcendum. Ipſe autem Deo gratias agit magnificè qui ſe prius blaſphemum & peccatorum primum dignatus eſt, non ſolùm ad fidei gratiam vocare, verumetiam in apoſtolatus miniſterio conſtituere, ad exemplum & conſolationem omnium peccatorum, vt prorſus nemo deſperet propter peccatorum magnitudinem: Timotheum ſimul commonefaciens, vt Chriſti militiam egregiè militet, in fide recta & bona conſcientia, à quibus dum aberrarunt Hy-*

menæus & Alexãder, Satanæ ſunt traditi. Atque iſta quidem, capite primo. Poſt hæc, orari iubet peculiariter pro ijs qui ſunt in poteſtate qualibet conſtituti, à quibus pendet bonum plurimorũ, potiſſimùm autẽ pax & tranquillitas temporis: & in vniuerſum pro omnibus hominibus eo quòd Deus *omnes velit (quantùm in ſe eſt) fieri ſaluos, qui ſeipſum dedit pro omnibus, in pretium redemptionis.* De *hinc viros, ad orandum patrem in ſpiritu, in omni loco, in cordis puritate, hortatur.* Mulieribus *autem, ornatũ & cultum veſtium ſuperfluum, & docendi in eccleſia, atque in virum dominandi, interdicit officium, volens eas cultu decenti incedere in ſilentio diſcere atque in ſubiectione viro obedire, tũ quòd de viro primùm facta ſit mulier, & propter virum in auxilium formata.* Tum *quòd ab ipſa fuerit præuaricationis initium.* Saluandam *autẽ dicit mulierem per liberorum generationem, ſi eos in timore* Dei *educauerit.* Poſt *hæc tertio capitulo,* Epiſcoporũ *&* Sacerdotum *atque etiam* Diaconorum *conditiones: quales eſſe debeant dilucidè & prolixè demonſtrat, quæ ob hoc ſcribit* Timotheo, *vt ſciat ex hac* Apoſtolica *præſcriptione quemadmodum in eccleſia debeat conuerſari, & quales debeat ſuper populum* Dei *conſtituere, cui magnũ pietatis ſacramentum de incarnatione filij* Dei *eſt creditum ad ſalutem.* De *hinc capite quarto, per ſpiritum, de ſeductoribus venturis in nouiſſimis tẽporibus prædicit, qui ab ijs quæ* Deus *permiſit licita, ſunt homines prohibituri: cùm tamẽ omnis creatura bona ſit, per verbum* Dei *ſanctificata.* De *his autem præ inſtruere eum & præmonere iubet populum* Dei, *vt veræ pietati ſuper omnia intendant,*

quæ eſt

quæ eſt ſperare in Deum,*omnium hominũ,& maximè fidelium ſaluatorem.* Timotheum *vero ipſum exhortatur, talem ſe exhibere in conuerſatione, vt gregi ſuo luceat in exemplum,nec iuuentutis occaſione eis veniat in contemptum.* Inſtare *autem eum iubet lectioni,exhortationi,& doctrinæ,& munus ſibi iniunctum nõ negligere,vt ſe pariter & gregem ſibi cõmiſſum ſaluet.* Poſt *hæc quinto capite,docens eum ſolerter cuique iuxta ſuam cõditionẽ, ætatem & ſexũ intendere ſeniores(ſi quando veniant arguendi)monet obſecrando magis quaſi patres,quàm acriter obiurgando,corrigendos,vbi id commodè fieri poterit.* Iuuenes *autẽ vt fratres,adoleſcentulas vt ſorores,in charitate & lenitate,ſalua tamen omnimoda caſtitate, & omni ſuſpicione remota.* De *viduis autẽ,quæ deſolatæ ſunt humano adiutorio,quomodo ipſæ in* Deũ *ſpem ſuam proÿcere,& eccleſia eas enùtrire debeat,conſequẽter ordinat, & quales iſtæ ſint futuræ viduæ,quæ ad eccleſiaſticã ſuſtentationem recipiantur, ex operibus præſcribit excludens eas quæ per adoleſcentiæ ardorem ſunt minus probatæ & de quibus propter ardorem concupiſcentiæ,& conuerſationis inſtabilitatem aut imperfectionem,periculum foret,vel in luxuriam cadendi vel à* Chriſto *ſe auertendi:quas mauult* Apoſtolus *iungi matrimonio,& ſic in familia ſua regenda,ac liberis educandis occupari,quàm in ocio laſciuire,vagabundáſque aut curioſas circumire, in ſcandalum aliorum,aut etiam à ſuo propoſito poſt* Satanæ *ſuggeſtiones recedere.* Et *ne grauetur eccleſia , illas quæ filios habent,aut tales à quibus poſſint & debeãt ſuſtentari,vult ab his ad quos pertinet,priuatim ſuſtẽtari.*

Poſt hæc de presbyteris bene ſuo officio fungentibus, duplici obſequio (nempe honoris & ſuſtentationis) honorãdis, & de accuſatione aduerſus illos niſi ſub duobus aut tribus teſtibus nõ facilè recipienda, edicit. Timotheũ *verò obteſtatur, vt inuiolatã ſemper iuſtitiam cuſtodiat, in alteram partem non declinando, neq; manus cuiquàm citò imponat. Modicũ etiã vini propter ſtomachi debilitatem, & malam valitudinem, eidem indulget.* Atq; *in fine capitis diſcretionem ponit operũ, tam bonorũ quàm malorum, quorum quædam modò manifeſta ſunt, quædã latent, donec tempus veniat quo abſcondi nihil poterit.* V*ltimo autem capitulo, ſeruis præcipit obedientiã & reuerentiam præſtare dominis, ſiue infideles illi fuerint, ſiue fideles eos qui diuerſa docent redarguens, velut nihil ſciẽtes, ſuperbia & inuidia excæcatos, quorum omnis ſimulata pietas ad quæſtum refertur.* Dicit *autem ſecundùm veritatem, in pietate maximum quæſtum ineſſe, ijs qui tegumentis & alimentis norunt eſſe cõtenti, ſine auaritiæ cupiditatibus, periculis verò plurimis illos eſſe expoſitos, quibus diuitiarum ineſt ordinata cupiditas, quam etiã radicem nominat omnis mali.* Timotheum *verò iſta fugere, & contraria monet ſectari, bonumq; certamen ſecundùm* Deum *conuerſando certare: coram* Deo *ei præcipiens, vt mandatum* Dei *inuiolatũ, bene conuerſando cuſtodiat, vſque in aduentũ* Chriſti *glorioſum.* Poſtremò, *de ijs docens qui diuitias ſæculi habent, quomodo ſuis bene vti ad ſalutem poßint, ipſumq;* Timotheũ, *deuitando abſurdas nouitates, ſæcularis ſapientiæ depoſitum cuſtodire iubens, ita claudit* Epiſtolam.

Finis Argumenti.

Eluci-

TEXTVS Epiſtolæ ad Timotheum prioris beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

P a *Aulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecūdùm imperium* Dei *ſaluatoris noſtri, & Chriſti Ieſu, ſpei noſtræ:*

b Timotheo dilecto filio in fide.

c Gratia & miſericordia & pax, à Deo patre, & Chriſto Ieſu domino noſtro.

d Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi cùm irem in Macedoniam:

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD Timotheum priorem beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

P a AVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti iuxta quod iniunctum eſt ei à Deo ſaluatore noſtro, & Chriſto Ieſu qui eſt ſpes noſtra, per quem omnia nobis bona ſperamus, prouentura, & quo ipſo frui in futuro expectamus: ſcribit b Timotheo, vere germano, atque proinde merito dilecto filio: ſecundùm fidē, non ſecundùm carnem. c Sit tibi gratia & miſericodia, & pax à Deo patre, & Chriſto Ieſu domino noſtro. d Ita facito dilig ēter, ſicut te rogaui vt faceres, cū in Macedoniā concederē (nimirū vt Epheſi

vt Epheſi remaneres Epiſcopus) a ad denũciãdũ cũ terrore atque imperio Pſeudoapoſtolis quibuſdam ne prȩſumãt aliter quàm nos prædicauimus, docere. b Cæteris verò rudioribus, ne aures auditúmque præbeant fabuloſis illorũ & cõmentitijs ſermonibus, c aut genealogiarum ſuarũ narrationibus curioſis, quarũ nullus eſt finis, quibus ſolent Iudæi carnales plurimum inſiſtere in docẽdo. d Quæ quidẽ, tã fabuloſæ hyſtoriæ quàm genealogiæ curioſius ſcrutatæ, cõtentiones quidẽ nonnunquàm gignũt, & diſceptationes: nihil verò profectus aut ſpiritualis ædificatiõis, quæ ex ſimplicitate fidei magis comparantur. e Nã finis vniuerſus totius legis, & nouæ & veteris, eſt dilectio Dei atque proximi de mundo corde procedens, & mẽte ſibi bene conſcia, & fide non ſimulata. f Quidam autem ab his quæ veræ pietatis ſunt aberrãtes, ad deuia declinãtes, cõuerterũt ſe ad loquẽdũ vana: id eſt fabuloſa, falſa, aut ad nihil vtilia. g volẽtes

quidem.

a vt denunciares quibuſdam ne aliter docerent,

b neque intenderent fabulis,

c & genealogijs interminatis:

d quæ quæſtiões præſtant magisquàm ædificationem Dei quæ eſt in fide.

e Finis autẽ præcepti, eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide nõ ficta.

f A quibus quidam aberrantes cõuerſi ſunt in vaniloquium:

g Volentes eſſe legis doctores, nõ intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

quidem eſſe & haberi doctores legis, cum non intelligant ſecũdùm veritatem, nec ipſam quam loqui volunt legem, neque ipſa de quibus loquuntur legis præcepta. Nã qui neſcit legem vmbram eſſe, & ad Chriſtum referendam, non intelligit ille legẽ, neque quæ lex prę cipit. a Illud autem certũ habemus quòd bona eſt lex, vtpote à bono Deo data, ſi modò ſic ea vtamur, quemadmodũ vti cõuenit & ipſamet docet: Hoc eſt, vt ad Chriſtum omnia referantur, & eo adueniente omnia negligãtur, vt finem conſecuta. b Illud ſcientes, quod lex nõ eſt propter iuſtos poſita, nec iuſti (qui ex libertate quæ legis ſunt faciunt, nõ propter legis coactionẽ, ſed ob virtutis amorẽ) ſub lege ſeruiunt: c ſed propter coërcendos homines iuſtitiã contemnentes, & virtuti atque legi naturæ per amorem parere recuſantes, impios in Deũ, & quouis modo in proximũ peccãtes, propter grauibus flagitijs oneratos & prophanos, propter patrũ atque matrum cæſores,

a Scimus autem, quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur.
b ſciẽtes hoc quia lex iuſto nõ eſt poſita,
c ſed iniuſtis & non ſubditis,
d impijs & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculorum cõcubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur:

cæſores propter homicidas, fornicarios, maſculorũ cõcubitores, plagiarios mãcipia aliena furto ſubducẽtes, propter mẽdaces & periuros, & cęteris obnoxios vitijs ſanę doctrinæ cõtrarijs: a quæ ſana doctrina cõſona eſſe debet, & eſt, Euãgelio quo prædicamus gloriã Dei, ſc lius beati, quod mihi eſt cõmiſſum vt prædicem in Gentibus. b Et ego quidẽ gratias ago Deo, qui me robuſtũ atque validũ ad id officij effecit, in fide Ieſu Chriſti domini noſtri: c quia me fidelem duxit atque dignũ & ex ſua bona gratia idoneũ, cui tãtũ munus cõmitteret, conſtituens in Apoſtolatus huius miniſterio me, qui ante aduerſus nomẽ Chriſti blaſphemabã, maledictis illud inſectãs & cõuitijs, pſequebárque & palã cõtumeliosè expugnabã. d Cũ verò talis eſſem, & oĩbus modis potius morte dignus: miſericordiã tñ ſũ cõſecutus à Deo in eo ꝙ me ab errore vocauit ad veritatẽ, e eo qđ p ignorãtiã illa admiſiſſem, ꝓpter incredulitatẽ meã. Nõ enim ſciebã eſſe

a quæ eſt ſecundùm Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum eſt mihi.

b Gratias ago ei qui me cõfortauit, in Chriſto Ieſu domino noſtro,

c quia fidelem me exiſtimauit, ponẽs in miniſterio, qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus:

d Sed miſericordiam Dei conſequutus ſum,

e quia ignorãs feci, in ĩcredulitate.

a Superabundauit autem gratia domini noſtri cum fide & dilectiõe, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

b Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere,

c quorum primus ego ſum.

d Sed ideo miſericordiam conſequutus ſum, vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiã,

e ad informationem eorũ qui credituri ſunt illi, in vitam æternam.

f Regi autem ſæculorum, immortali & inuiſibili, ſoli Deo,

eſſe Deum, Chriſtum quem perſequebar, & obſequium putabã me præſtare Deo. a Copioſè autem ſuper me gratia Dei effuſa eſt, & claruit in mea cõuerſione, cum fide & charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. b Sermo quem nũc loquor tibi, certus eſt & indubitatus, & dignus qui ab omnibus credatur atque acceptetur. Chriſtus Ieſus venit in mũdũ hunc, ad ſaluãdos peccatores: c quorũ ego me præcipuũ omniũ fateor, quãtùm quidẽ ex me eſt, ſi nõ me Deus ſuo benigno aſpectu adiuuiſſet. d Verùm ideo miſericordiã fecit mecum dominus, vt in me velut primo & prę cipuo exẽplo demonſtraret Chriſtus omnimodã perfectámque ſuã patientiam: in me tolerando, tam miſericorditer conuertendo, & tãto beneficio afficiẽdo, quem viderat ſui nominis tam ſæuum perſequutorẽ: e vt in me formã daret omnibus, & ad ſpem animaret noſtro exẽplo eos, qui credituri erãt in nomine ipſius, vt ſalui fiant in vita æterna. f Regi aũt & creatori

tori omniũ ſęculorũ & omniũ quę in ipſis ſunt, qui eſt immortalis, & videri humanis non poteſt aſpecti bus, qui eſt ſolus Deus verus, & prę ter quẽ nõ eſt alius: ipſi reddamus omnem honorẽ, & cum claritate omnẽ gloriam in æternũ, Amen. a Commẽdo tibi obſeruandum ô Timothee fili, hoc præceptũ vnicum, vt iuxta teſtimonia Prophetarum quæ ſuper te prolata ſunt, priuſquàm à me ordinareris in epiſcopatus miniſterio, viriliter agas, verbo & exemplo illis optimis de te datis teſtimonijs, reſpõdendo ac ſatisfaciendo: b vt milites bonam militiam, viuáſque vitam bonam, fidẽ tenendo rectam, & conſcientiã ſynceram atque immaculatam. c Quam, ſiue fidem rectã ſiue conſcientiam bonam, dũ quidam repulerunt, in fide periclitati ſunt, & à fide exciderunt. d Ex quorum numero ſunt Alexãder & Hymenæus, quos ego excommunicatos ab eccleſia, Satanæ poteſtati tradidi in afflictionẽ carnis, vt doceãtur nõ blaſphemare, & fidei

honor et gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

a Hoc præceptũ commendo tibi fili Timothee, ſecundùm præcedentes in te prophetias,

b vt milites in illis bonam militiã habens fidẽ et bonam conſciẽtiam.

c Quam quidã repellentes circa fidem naufragauerunt:

d ex quibus eſt Hymenæus & Alexãder: quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.

ſanæ non aduerſari.

TEXTVS Cap. II.

a Obſecro igitur primum omnium, fieri obſecrationes orationes, poſtulationes, gatiarum actiones, pro omnibus hominibus,

b pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt:

c vt quietam & tranquillam vitã agamus, in omni pietate & caſtitate.

d Hoc *enim bonũ et acceptũ eſt corã ſaluatore noſtro* Deo,

e qui omnes homines vult ſaluos fieri,

Elucidatio CAP. II.

a Obſecro igitur atque exhortor ante omnia vt fiant deprecationes pro liberatione à malis, orationes pro conſecutione bonorum, intercesſiones pro aliorum conuerſione & ſalute, & gratiarũ actiones pro acceptis bonis, idque pro omnibus hominib⁹. b Peculiariter tamen pro Regibus & principibus, & qui in regiminis qualibet poteſtate ſunt conſtituti: quoniam ab his, pendet bonum plurimorum. c Futurum eſt enim, ſi illi orationibus noſtris cõuertantur, vt quietam in pace, & tranquillã à perſecutionibus vitã agamus in hoc mundo, ſine impedimento pietati vacantes, & vitæ puritati. d Hoc enim (nempe vt pro omnibus hominibus oremus) non ſolùm malũ eſt, neque Deo cõtrarium: ſed etiam Deo beneplacitum & gratum, e qui deſyderat quidem, quantùm in ſe eſt, omniũ ſalutem, & gratiam dat ſufficientẽ vniuerſis hominibus, qua valeant ſalu-

ſalutem cōſequi ſi ipſi nō deſint, nolentes Deo cooperari. a Et neminem excludit à veritatis cognitione,ſed deſyderat magis vt eum omnes agnoſcant, & in eum credant:quoniam omnes illuminat, veniētes in hunc mundū. b Vnus eſt enim Deus, & vnus mediator inter Deū & homines,homo Chriſtus Ieſus,qui vt pacem faceret inter Deum & homines,tradidit ſemetipſum in redēptionis pretium pro omnibus hominib⁹ in vniuerſum,nullo excluſo. c Cuius Chriſti mediatoris,veritatis teſtimoniū cōfirmatū eſt & cōprobatū ſuis tēporib⁹:nimirū &ante chriſti aduētum,per vmbras legis,& Prophetarū oracula,& poſt Chriſti mortem per prędicationem Apoſtolorum,ſignáque ac ꝓdigia ſpiritus ſancti,ſermonē cōfirmātia. d Ad cuius teſtimonij & Euangelij publicationem,ego conſtitutus ſum: & ordinatus à Deo, præco atque Apoſtolus. e Veritatem hoc dicens,loquor puram ſine mēdacio ego qui ſum doctor Gentiū à Deo depu-

a et ad agnitionem veritatis venire.

b Vnus enim Deus & vnus mediator Dei & hominum,homo Chriſtus Ieſus qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.

c Cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.

d in quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus.

e veritatem dico, non mētior doctor Gentium in fide, & veritate.

deputatus vt illas inſtruam in fide & veritate non in vmbra, aut obſeruantijs carnalibus.

a Volo ergo viros orare in omni loco

a Itaque, vt cœpi dicere in genere de oratione, ita ſpeciatim præſcribēs, volo quātùm ad viros vt ſine loci reſpectu, vbicunque fuerit opportunum, orare ſtudeant in ſpiritu & veritate, extendētes ad Deum patrem mentē & puram voluntatem

leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.

in pace ſine ira aut diſceptationibus, quæ orationis exauditionem impediūt.

b Similiter et mulieres in habitu ornato, cū verecūdia & ſobrietate ornantes ſe.

b Item & mulieres volo orare, decēti atque modeſto amictu veſtitas, cōponentes ſe honeſtè atque decēter ſalua verecūdia & caſtitate: ne vel nimia nuditate in verecūdiam, vel nimio ornatu oſtentēt prouocēntque laſciuiam.

c et nō in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veſte precioſa,

c Non in tortura crinium artificioſa, aut auro ſuperfluo, aut gemmis precioſis, aut veſtitu ſupra ſuū ſtatum nimiùm precioſo, aut aliàs quomodocūque curioſo & ſuperfluo ornatu:

d ſed quod decet mulieres, promittentes pietatē per opera bona.

d ſed faciant quod ſuū ſtatū & bonas mulieres decet, præ ſe ferētes pietatē per bona opera, queādmodū hæ curioſæ la-

ſciuiam

ſciuiam promittũt atque oſtẽtant, per ſuum ornatũ ſuperfluũ. a Mulier in ſilentio & quiete diſcat, agnoſcendo ſe ſubditam eſſe viro. b Docere aũt, nõ ei permitto in ecclesia, vel præſentia virorum fidelium, neque authoritatem ſibi dominij, vendicare in virũ: ſed eas ſilere volo, & viris ſuis ſubiectas eſſe. Nã & natura hoc ipſum docet. c Adam enim formatus eſt anteq̃ eſſet ſexus muliebris, deinde verò Eua de latere Adæ formata eſt, ꝓpter eum in adiutoriũ. d Neque prior fuit Adam ſeductus in trãſgreſsione, ſed ab Eua ſeductio radicitus atque primitus orta fuit. Neque ſic fuit ſeductus Adam vt crederet verũ eſſe ſerpentis mẽdacium. Mulier autẽ à ſerpẽte perſuaſa, credidit ipſum vera loqui. e Habet autẽ, tametſi non doceat, nec dominetur, etiã ipſa, quomodo ſaluari poſsit: nempe ſi filios generet eóſque educare curet, in timore Dei: f ſi modò ipſa permanſerit, atque eruditione bona (quantùm poteſt) curauerit vt & filij perma-

a Mulier in ſilentio diſcat, cũ omni ſubiectione.

b Docere aũt mulieri nõ permitto, neq; dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.

c Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua.

d Et Adam nõ eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatiõe fuit

e Saluabitur aũt per filiorum generationem,

f ſi permanſerit in fide & dilectione & ſanctificatione, cum ſobrietate.

neāt in fide Chriſti,& dilectione, & ſanctitate, & puritate vitæ, atque ab omni luxu omnimoda continentia.

TEXTVS Cap. III.

a Fidelis ſermo.

b Si quis Epiſcopatum deſyderat, bonum opus deſyderat.

c Oportet autem Epiſcopū irrepræhenſibilem eſſe,

d vnius vxoris virum, ſobriū, ornatum, prudentē, pudicum, hoſpitalē,

e doctorem,

f non vinolētum, non percuſſorē, ſed modeſtum, non litigioſum,

Elucidatio CAP. III.

Sa Ermo fide dignus eſt quem loquimur & indubitatus. b Si quis officium Epiſcopatus deſyderat, bonum ille, haud dubiè opus deſyderat quoniam ſuperintendere dominico gregi cum diligentia (quod eſt Epiſcopi officiū) bonum opus eſt valdè. c Oportet enim Epiſcopum aut quēlibet ſacerdotē eſſe talis vitæ: vt nihil grande aut infirmatorium, aduerſus ipſum iure ac meritò poſsit obijci: d qui non niſi vnā habuerit à baptiſmo vxorem, ſobrium, morū grauitate ornatum, prudentē in agendis, cōuerſatione & aſpectu pudicū, hoſpitum ac pereginorū ſuſceptorē, & pauperum prouiſorē, de bonis quæ habet ab eccleſia, ad hoſpitiū atque pauperum vſum, e aptum qui dicere poſsit. f Non ſit autē vino multo deditus, neque percuſſor ſiue lingua, ſiue verbere, nō cōtentio-

tentionũ amator, a non turpe ſe-ctans lucrũ aut auarus. Sit aũt familiæ ſuæ (ſi quã habet) bonus rector. Si ſint ei filij, vt illos habeat ſuo regimini & imperio bene ſubditos, cum omni vitæ puritate.

a Non cupidum, ſed ſuæ domi benè præpoſitum, filios habentẽ ſubditos, cũ omni caſtitate.

b Qui enim neſcit familiæ vni præeſſe, quomodo eccleſię curandæ ſufficiat, in quá tot ſunt tã diuerſarum conditionum homines?

b Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit?

c Neque ſit recens baptizatus, vt mox à baptiſmo euehetur ad Epiſcopatum, ſed volo moram interuenire inter baptiſmũ & ordinationem in Epiſcopũ: d ne fortè ex hoc ſumẽs occaſionẽ ſuperbiẽdi, q ſic ſubitò promoueẽ, incidat in iudiciũ impiorũ, partẽ cum ſuperbo dæmone accepturus. e Oportet inſuper, vt bonã opinionẽ de eius cõuerſatiõe habeãt etiã extranei & Gẽtiles, ne ſi ei⁹ vita minus pbata fuerit, per ſtatus ſublimitatẽ, in laqueũ & tẽtationẽ incidat diaboli. f Diaconos ijſdẽ oportet morib⁹ eſſe ornatos, vt ſint & ipſi nõ pluriũ vxorũ viri à baptiſmo, q regãt bene filios ſuos in bona ſubiectio-

c Non neophytũ:

d Ne in ſuperbiam elatus, in iudiciũ incidat diaboli.

e Oportet autem & illum teſtimonium habere bonũ ab his qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueũ diaboli,

f Diacones ſimiliter pudicos,

non bilingues, nõ multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, a habentes myſterium fidei in conſcientia pura.

ne, nõ duplices ſermone aut inſtabiles, nõ vini potatores, non lucrũ quærentes turpe: id eſt, vnde non oportet, aut quomodo non oportet, a plenè ſcientes ſacramentũ fidei ſuæ, illúdque tenentes ac cuſtodientes, cum vita bona & bona conſciectia.

b Et hi autẽ probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimẽ habentes.

b Et hi priuſquàm ordinentur, probentur: tam ſuper doctrina fidei, quàm vitæ integritate, & ſi probati inueniãtur, tum demũ ordinẽtur, cùm nihil aduerſus ipſos poſsit vllius momẽti iuſtè obijci, quòd ipſos ab ordinatione prohibeat.

c Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias,

c Mulieres item oportet eſſe pudicas aſpectu, & cõuerſatione, nõ detrahentes, neque aliorum mores paſsim carpẽtes, ſed ſobrias atque vigilantes,

d fideles in omnibus.

d & in omnibus quæ audiũt vel quæ acceperunt peragenda fideles.

e Diacones ſint vnius vxoris viri,

e In Diaconis (vt cœpi dicere) illud præcipuè cõſyderetur, vt non bigami ſint: propter miniſterij ſui dignitatẽ, qđ ſingularẽ requirit ſanctificationem.

f qui filijs ſuis bene præſint et ſuis domibus.

f Deinde illud etiã vt filios ſua negligentia non ſinãt inobediẽtes fieri, & propriã familiam

liam debitè regnāt. Alioqui nó apti erunt miniſterio ſuo. a Qui enim cómiſſa ſibi miniſterialiter adimpleuerint, bonum locū apud Deum, & magno merito ſibi cópa rabunt, & de orationis ſuæ gradu, bonum fructū referent: b & magnam meritò fiduciā tales habere poſſunt, propterea ꝙ in fide Chriſti Ieſu, ſuum miniſterium ſibi ab illo cómiſſum, fideliter adimpleuerint. c Hęc ita ſcribo ô fili Timothee, non qđ deſperē ad te venire: d ſed ſi quomodocūque cōtingat me differre aduentum, vt ſcias interim quomodo ſit tibi cōuerſandum in domo Dei: hoc eſt in eccleſia Dei viui, e quæ eſt columna & firmamentū, cui omnis veritas, & credendorū & agendorū innititur. Nam nec Euangelicæ veritati crederetur, ſi non eccleſia tradidiſſet vt Euāgeliū credendū. f Et omniū cōfeſsione fideliúmque cócordi iudicio, mirabile eſt myſterium maximè charitatis Dei erga nos, ipſa Chriſti incarnatio: g qđ myſterium ſecundùm carnem factum

a Qui enim bene miniſtrauerint gradum bonum ſibi acquirent,
b & multam fiduciā in fide quæ eſt in chriſto Ieſu.
c Hæc tibi ſcribo fili Timothee, ſperans ad te venire citò.
d Si autē tardauero vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari,
e quæ eſt eccleſia Dei viui, colūna & firmamentum veritatis.
f Et manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentū,
g qđ manifeſtatū eſt in carne, & iuſtificatū eſt ī ſpiritu: apparuit angelis, prædicatū eſt Gentibus, creditū

eſt in mũdo aſſum ptũ eſt in gloria.

ctum eſt manifeſtũ, & per ſpiritus aduentũ atque virtutẽ iuſtificatũ, quod prius fuit vt ſtultitia reputatum, angelis viſum eſt, Gentibus prædicatum, mundus credidit, & ad patris gloriam aſſumptum eſt, quando Chriſtus modo mirabili, aſcendit ad dextram patris.

TEXTVS Cap. IIII.

a Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis tẽporibus diſcedãt quidam à fide: b attendentes ſpiritibus erroris, c & doctrinis dæmonorum: d in hypochriſi loquentium mendacium, e & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam. f prohibẽtium nubere,

Elucidatio CAP. IIII.

SPiritus verò prophetiæ illud & firmiter denunciat futurum, vt in poſterioribus temporibus derelinquant fidẽ rectã quidã ex ijs qui crediderant. b qui fidẽ habebũt ſpiritus erroris: id eſt, erroneorũ dogmatũ ſibi latoribus, c & falſis doctrinis, quarũ eſt diabolus author, qui eſt pater omnis mẽdacij: d quidam (inquã) eorũ qui in ſua ficta & ſimulata ſanctitate prædicaturi ſunt falſorũ dogmatum mendacia: e qui cõſcientiam ſuam habebũt cauterio, hoc eſt, diaboli caractere notatã: quod eſt ſignum mẽtis obſtinatæ atque reprobæ: quo à filijs infidelitatis, & perditionis diſtinguũtur filij ſalutis: f qui prohibebunt nuptias,

vt prorſus illicitas, ſub ſpecie eximię religiõis. a Itéque abſtinere à quibuſdam cibis, tanquã immũdis per ſe & illicitis ſuapte natura vſui humano, b quos tamẽ Deus in hũc vſum creauit, vt verè fidelibus, & qui veritatẽ Euãgelicę liber tatis, plena fide cognouerint, liceat ſine peccato eos ſumere, eiſque vti cũ gratiarũ actione. c Omnis ſiquidẽ creatura Dei bona eſt per ſe, nec de ſe quicquàm eſt immundum. Et nullus cibus, quaſi natura immundus, eſt abijciendus aut fugiendus, modò cũ gratiarũ actiõe cõdigna ſumatur. d Sanctificatur enim omnis cibus (vt nõ polluatur eũ manducãs) per orationẽ & benedictionẽ, quæ eſt per verbum Dei, quod ſanctificat omnia. Qui enim ſine oratiõe, benedictiõe, & gratiarũ actione percipiunt dona Dei: pollũt iſti ſuo abuſu ſeipſos, eo quòd donis Dei, modis nõ debitis, malè vtũtur. Cibus aũt per ſeſe neminẽ polluit. e Hęc atque huiuſmodi, quæ ſolidã habent veritatẽ, fidelibus ſi propoſueris, per verbũ

a abſtinere à cibis,

b quos Deus creauit ad percipiendum, cum gratiarum actione, fidelibus & ijs qui cognouerunt veritatem.

c Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciẽdum, quod cũ gratiarũ actione percipitur.

d Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationẽ.

e Hæc proponens fratribus,

prædi-

bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, a enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam aſſequutus es.

b Ineptas autem & aniles fabulas deuita.

c Exerce autem teipſum ad pietatem.

d Nam corporalis exercitatio, ad modicũ vtilis eſt.

e pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ quæ nũc eſt, & futuræ.

f Fidelis ſermo et omni acceptiõe dignus.

g In hoc enim laboramus & male dicimur, quia ſperamus in Deũ viuum.

prędicationis atque doctrinæ, cõprobaberis bonus & fidelis miniſter Chriſti Ieſu, a qui ab infantia inſtitutus es in ſacris literis, veram fidem continẽtibus, atque doctrinam veram, quam tu ſemper, ſicuti ſectatus es auidè, ita & verè aſſecutus es. b Impias autem, atque prophanas infideliũ ſiue etiã ſuperfluas, & ridiculas, fabuloſáſque doctrinas ne ſecteris. c Exercitare autem ſedulò in ſtudijs atque operibus pietatis, vt illã perfectè conſequaris. d Nam corporalis exercitatio, licet ſimul etiã bona ſit, tamẽ ad modicũ inducit: id eſt, ad corporis edomationẽ, vt ſpiritui non fiat repugnans. e Pietas verò qua interius Deus colitur & poſsidetur, modis omnibus oẽm habet vtilitatẽ: pro qua re promittitur, & in pręſenti vita gratia Dei animam viuificans, & in futuro vita gloriæ ſempiterna. f Fide dignus eſt ſermo ille quẽ de pietate modò diximus, & omni acceptiõe digniſsimus. g Nã & noſipſi propter pietatis amorem, & labores perpeti-

perpetimur,& hominum cõuitia: propterea quòd ſperemus & credamus in Deum viuũ. a quem ſcimus eſſe omnium hominum,quãtùm quidem ex ipſo eſt, ſaluatorẽ: cuius paſsionis virtus ſufficiẽs,foret ad omnium peccata tollenda, omnéſque vita donandos. b Tamẽ peculiariter eſt fidelium ſaluator, ad quos ſaluationis eius effectus deueniet à quo erunt incredu li alieni. c Hæc atque huiuſmodi ſunt,quæ te oportet cũ imperio & authoritate denunciare, atque docere. d Vide autem,vt ſic probata ſit conuerſatio tua,& doctrina tam efficax,vt nemo te propter ætatem adoleſcentiæ contemnendum ducat. e Debes enim te exhibere alijs, in exemplũ & formã bene viuendi,tam in verbo quàm in conuerſatione in charitatis opibus, in ſpiritus virtute, in fidei ſynceritate, atque in omni vitæ puritate:vt ſuppleat perfectio vitæ,quod deeſt ætati. f Donec ad te veniã, vacabis, partim lectioni ſcripturarũ ſanctarum,partim exhorta-

a qui eſt ſaluator omnium hominũ.

b maximè fideliũ.

c Præcipe hæc & doce,

d Nemo adoleſcẽtiam tuã cõtẽnat:

e Sed eſto exẽplũ fideliũ, in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.

f Dum venio attende lectioni exhortationi & doctrinæ.

a Noli negligere gratiã quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cũ impoſitione manuum preſbyteri.

b hæc meditare, in his eſto, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.

c Attende enim tibi & doctrinæ inſta in illis.

d Hoc enim faciens, & te ipſum ſaluũ facies, et eos qui te audiunt.

hortationi & doctrinę. a Ne permittas ocioſum eſſe talentũ tuũ, & donũ quod à Deo accepiſti per impoſitionem manuũ Epiſcopaliũ, quas tibi authoritate Epiſcopali impoſui, ad conſecrationẽ atteſtãtibus ijs quibus prophetiæ donum inerat in eccleſia, te ordinatione dignum, & fidelem fore miniſtrũ. b Hæc tibi ſunt meditanda, vt in illis exerciteris: his tibi eſt inſiſtendum, vt tuus profectus fiat omnibus manifeſtus, quoniam in exemplũ poſitus es. c Attẽde enim primũ tibi, vt teipſum in vita bene cõponas, deinde vt cæteros doceas. d Atque in his diligenter permaneto. Hoc enim faciens, & tibiipſi, & auditoribus ſalutẽ comparabis.

TEXTVS

Cap. V.

a Seniorem ne increpaueris ſed obſecra vt patrem.

b Iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt ſorores, in omni caſtitate.

Elucidatio. CAP. V.

Sa Eniores, ſi admonendi erunt aut corrigendi, non feries acrioribus obiurgatiõibus, ſed propter ętatis reuerẽtiã, magis vt patres cũ mãſuetudine obſecrabis: niſi aliud fortè mereatur eorũ inueterata nequitia, aut obſtinata peruerſitas. b Iuniores vt fratres adhortabe-

ris: Et

ris: Et mulieres quidem grandæuas, vt matres: Adoleſcentiores autem, vt ſorores cum omni puritate, vt ſit procul omnis mala ſuſpicio. a Viduas honora quæ ſunt verè viduæ, tam ætate, quàm moribus, habe in honore. b Quòd ſi qua vidua filios habet, aut de ſuo genere nepotes, quorum cura ſpectat ad ipſam: huiuſmodi, ne prætextu viduitatis velit familiã ſuã derelinquere: c ſed ſtudeat cum omni diligentia familiã colere, piéque adminiſtrare, & parentibus ſuis reddere vicißitudinẽ: ſic alẽdo ſuos liberos, quomodo ipſa à ſuis eſt enutrita progenitoribus. d Nam hoc naturalis honeſtas dictat & eſt placitũ Deo magis, q̃ ſi prætextu viduitatis curam deſereret familiæ, cui ipſa eſt neceſſaria. e Illa autẽ quæ eſt penitus vidua & ſolitaria prorſus, omníque etiã liberorum & familię ſolatio carẽs, nec habens in hoc mundo ſubſidium, & iactet illa ſpem ſuã in dominũ, & oĩ cura depoſita, ſtudeat aſsiduè Deo ſeruire nocte atque die.

a Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.

b Si qua autem vidua filios aut nepotes habet,

c diſcat primùm domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus,

d Hoc enim acceptũ eſt corã Deo.

e Quæ autẽ verè vidua eſt & deſolata, ſperet in Deũ, *& inſtet obſecrationibus & orationibus nocte & die.*

die orationi vigilãdo. Atque huic de victu neceſſario prouidebitur, per eccleſiam,& epiſcopum eius diſpenſatorem. a Nam quæ prætextu viduitatis otio vacant, & delitias ſectantur,etiam viuẽtes mortuæ ſunt. Carne enim mundo viuunt, & ſpiritu mortuæ ſunt Deo. b Atque hoc illis denuncia fideliter,vt ſe exhibeãt irreprænenſibiles,ne tale quid poſsit aduerſus ipſas obijci. Alioquin, indignæ fuerint beneficio eccleſiaſticæ ſuſtentationis.Nequaquàm verò vidua, occaſione vidualis huius profeſsionis,debet curã abijcere familiæ, aut domus ſuæ,donec ei eſt neceſſaria. c Si quis enim eorũ quæ ad curam ſuam ſpectant,& præcipuè qui de domo & familia ſua ſunt, curam habere recuſat, fidẽ ille facto huiuſcemodi abnegat, & hac parte etiã in fidelibus deterior eſt. Nam Ethnici,naturali edocti pietate ſuorum curam non ſolẽt deſerere. d Vt autem vidua eligatur digna eccleſiaſtica ſuſtẽtatiõs:primũ proſpiciatur,ne ſit intra annũ ſexage-

a Nam quæ in delitijs eſt viuẽs mortua eſt.

b Et hoc præcipe,vt irrepræhenſibiles ſint.

c Si quis autẽ ſuorum & maximè domeſticorum, curam non habet fidẽ negauit,& eſt infideli deterior.

d Vidua deligatͬ, non minus ſexaginta annorum,

ſexageſimum, deinde perquiratur diligenter, an conuerſatio eius digna ſit beneficio eccleſiæ. Id autē poterit cognoſci ex conuerſatione priſtina: a Nempe ſi vxor fuerit vnius tantùm viri, vt amore continentiæ ſecundas nuptias reſpuerit, ſi teſtimonium habeat de bona cōuerſatione, ab ijs cum quibus ipſa eſt conuerſata, b ſi filios ſuos comprobatur rectè æducaſſe, in timore & diſciplina domini, c ſi ſolita eſt hoſpitio ſanctos & fideles recipere, ſi ſanctorū pedes lauare aduentationum, aut alia id genus hoſpitalitatis ac benignitatis obſequia, ſtuduit exercere, d ſi pro virili tribulatis ſtuduit, vel re vel miniſterio, ſuccurrere, ſi denique omni operi bono fuerit aſsiduè intenta. e Viduas autē quæ & ætate fuerint, & morū inconſtantia, leuitatéque animi adoleſcentiores, deuitabis, renuens huiuſmodi ad eccleſiaſticā ſuſtētationē, & vidualē profeſsionē recipere. In nōnullis enim iam expertum eſt, nō expedire, vt illæ in quibus iuuenilis ad-

a quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habēs,

b ſi filios æducauerit,

c hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit,

d ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omnē opus bonum ſequuta eſt.

e Adoleſcentiores autem viduas deuita.

huc feruor ineſt libidinis, & morũ leuitas ad ociũ recipiatur eccleſię.

a Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volunt,

a Nã poſtquàm cœperint, præ delitijs & ocio, aduerſus Chriſtũ laſciuire: hoc eſt, profeſsionis ſuæ pœnitentiã habere, & ſponſi Chriſti tædere: tũ rurſum deſyderent nuptias, quas prius per profeſsionem viduitatis deuouerant,

b habentes dãnationẽ, quia primã fidem irritam fecerunt.

b obnoxiæ hac de cauſa damnationi æternę: quoniã primã fidẽ, qua Chriſto ſe ſponſo deuouerãt, ruperunt, quærẽtes ſecũdas nuptias.

c Simul autẽ, & ocioſæ diſcũt circuire domos:

c Inſuper etiã in ocio viuentes eo quòd eccleſiæ opibus enunciãtur, cũ orationi deberent inſiſtere, ſtudẽt circumire per domos aliorũ:

d non ſolùm ocioſè, ſed & verboſè & curioſè, loquẽtes quæ non oportet.

d non ſolùm ocioſæ, ſed verbis etiam ſuperfluis abundantes, & curioſè omnia perquirẽtes: loquentes ſæpius quæ loqui non decet, vt puta vel detractoria, vel ſæcularia, quæ illarũ cõditio non patitur.

e Volo autẽ iuniores nubere, filios procreare matreſfamilias eſſe.

e Ob hęc deuitanda, permitto quidẽ & magis volo, vt nubãt iuniores, in quibus viget vis iſta libidinis, & morũ leuitas, vtq́ue filios procreent, & familiã curent, cum diligentia: vt ſic

a vt ſic ocio excluſo ſuis rebus va-cātes auferāt aduerſarijs omnem occaſionē maledicēdi, ſiue malè loquendi. Iſtud autē permitto & magis volo, propter euitandū grande malū, quod in aliquibus perſenſi. b Iā enim quędā auerſę à Christo, hac de cauſa ſequūtur diaboli cōſilia, vt ſuis deſyderijs ſatiſfaciant. Et quanquàm ſuprà diximus, viduas verè viduas Eccleſiæ opibus ſuſtentādas: c tamen fideles habentes viduas in domo vel familia ſua, ad quas obligentur & ſufficiāt ſuſtentandas, ſubminiſtrent earū neceſsitati, vt nō oneretur nimiū eccleſia, in alendis ijs quæ meritò deberent & poſſent aliunde ſuſtētari: vt ſatis ſit, vnde prouideatur ijs que ſunt penitus viduæ, & prorſus relictę, omni adiutorio humano carentes. d Presbyteros, qui ſuæ prælationis officium adminiſtrant vt debent, oportet duplici honore afficere: nō modò reuerentiæ ſigna prętendendo, ſed etiam prębendo neceſſaria. e Peculiarius autem hoc illi promerentur

a nullā occaſionē dare aduerſario, maledicti gratia.

b Iā enim quædā cōuerſæ ſunt retro poſt Satanam.

c Si quis fideles habet viduas ſubminiſtret illis, vt nō grauetur eccleſia: vt ijs quæ veræ viduæ ſunt ſufficiat.

d Qui bene præſunt præsbyteri, duplici honore digni habeantur, e maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Non alligabis os boui trituranti.

Et dignus eſt operarius mercede ſua.

a aduerſus præſbyterum accuſationē noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtib⁹.

b Peccantes corā omnibus argue, vt & cæteri timorē habeant.

c Teſtator corā Deo & Chriſto Ieſu, & electis angelis eius, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio] nihil faciens in alteram partē declinādo.

d Manus citò nemini impoſueris,

qui laborāt in verbo Dei, alios docendo iuxta veteris ſcripturæ ſententiā, quæ laboranti boui iubet non denegari victui neceſſaria. Et iuxta Chriſti verbū dignus eſt omnis operarius mercede ſua. a Aduerſus presbyterum, noli accuſationē recipere niſi duobus aut tribus teſtibus accuſatio cōfirmetur. b Peccantes obſtinatè in malitia ſua, qui priuatā correctionē parui æſtimant, aut publicis maculatos peccatis, per quos ſcādalizari poſſunt alij, argue in cōſpectu omniū vt cæteri timeant, & qui in ijſdem ſunt peccatis, vt pœniteant, & qui in ijſdem non ſunt, vt caueāt diligentius, ne in ea incidant. c Præcipio tibi, teſtē inuocans Deū patrē, & Chriſtū filiū eius, & ſanctos Angelos eius: vt hæc quæ præcepi tibi cuſtodias, ſine debita & diligēti dijudicatione præuia nihil faciendo, aut definiendo, ſic vt in alterā patrē, omiſſa iuſtitia deflectas propter partiales ſolicitationes. d Nemini citò manus impoſueris vel ad ordinandum, vel ad abſoluendum,

uendum, vel ad condemnandũ, antequàm idoneitatis aut cauſa fuerit bene perfecta. à Alioqui facilè particeps eris alienorum peccatorũ. b Te ipſum ſtude in omnibus purũ ſeruare & immaculatũ. c Noli amplius aquam bibere, ſed modico vino vtere, propter ſtomachi tui debilitatem, & continuã malã valetudinẽ tuã, quam pateris. d Quorundã hominum peccata, per ſe præ manifeſta ſunt, vt ſecundùm ea facilè poſsit iudicari digni ſint an indigni, rei aut innocentes, abſoluendi aut puniẽdi. e Quorundam verò peccata, latent quidem nunc, ſed in futuro patebunt: de quibus licet non poſsit humanum iudicium iudicare, Dei tamen iudicium illa iudicabit. f Similiter eſt in bonis operibus. Quorundam enim bona opera, ſunt etiam nunc manifeſta hominibus, & quæ aliter ſe habent (id eſt, quæ nunc latent) nihilominus ſuo tempore, in iudicio Dei erunt manifeſta, & latere non poterunt.

a Neque communicaueris peccatis alienis.

b Teipſum caſtum cuſtodi.

c Noli adhuc aquã bibere, ſed modico vino vtere ꝓpter ſtomachum tuũ, & frequẽtes tuas infirmitates.

d Quorundã hominũ peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium.

e Quorundã autem & ſubſequũtur.

f Similiter & facta bona manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.

TEXTVS

Cap. VI.

a Quicũque ſunt ſubiugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur.

b ne nomen domini & doctrina blaſphemetur.

c Qui autẽ fideles habent dominos, non contemnant: quia fratres ſunt,

d ſed magis ſeruiãt, quia fideles ſunt & dilecti,

e quia beneficij participes ſunt.

f Hæc doce, & exhortare.

g Si quis contrarium docet & nõ acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecũdùm pietatẽ eſt, doctrinæ, ſuperb⁹

Elucidatio CAP. VI.

a SErui qui ſeruitutis iugo ſunt aſtricti, temporales ſuos dominos, tametſi infideles, habeant ex animo in omni honore, b ne nomẽ domini & doctrina Chriſtiana ſuſtineat calumniã, ſi viderint domini, prætextu Chriſtianitatis, à ſeruis ſuis ſe contemni. c Qui autem habent dominos ſimiliter Chriſtianos: ne ideo putent contẽnendos, minúſque reuerẽdos, quia fratres ſunt in Chriſto: d ſed eo magis ſeruiãt eis, quo fideles ſunt, & meritò diligendi: e quoniam ſerui dominorum ſuorũ beneficia percipiũt, à quibus neceſſaria ſuſcipiunt. f Hæc facienda & obſeruanda doce, atque vt faciant opere, exhortare. g Si quis contrariũ docet, & ſanis veríſque ſermõibus, quos ego tanquàm à domino noſtro Ieſu Chriſto ſum eloquutus, & doctrinæ Chriſtianæ quæ eſt doctrina ſecundùm pietatem (fidei innitens nõ rationibus) neque credit neque obtemperat: hic ſuperbia inflatus eſt, nihil vere ſciens, quo-

quoniam modum ſciendi ignorat: a ſed totus languidus, hæret circa quæſtiones malas, de omnibus dubitans, & circa verboſas lites, & cõtentioſas diſputationes. b Ex quibus exoriuntur inuidiæ aduerſum defenſores pietatis, & in ore cõtentio, nõnunquàm & aperta cõuitia, & frequẽter ſuſpitiones malæ aduerſus bonos, & prauę cõflictationes infectiuę auditorũ: quibus agũt homines illi mẽte penitus corrupti, q; veritatẽ perdiderũt, c qui pietatẽ reputãt quæſtũ eſſe, ex pietatis ſimulatione, quæſtui & lucro, vel pecuniæ vel vanæ glorię vacãtes, Atque illud (nempe quęſtũ eſſe pietatẽ) vtcũque verũ eſt, ſed non quomodo ipſi exiſtimant. d Eſt enim magnũ lucrũ & pro maximis diuitijs, vera pietas, cõtẽta ijs quę ſufficiant neceſsitati. e Nam de ſuperfluis quid curandũ eſt? Nihil in hunc mũdũ intulimus: ſine dubio neque aliquid inde nobiſcum auferemus. vnde patet, nobis niſi vſum eorũ quæ ſunt in hoc mũdo, nõ eſſe conceſſum, nullum autem

eſt, nihil ſciens,

a ſed languẽs circa quæſtiones & pugnas verborũ.

b Ex quibus oriũtur inuidiæ, contẽtiões, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, cõflictationes: hominũ mẽte corruptorum & qui à veritate priuati ſunt,

c exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.

d Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia.

e Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus.

a Habētes autē alimenta & quibus tegamur his contenti ſimus.

b Nā qui volunt diuites fieri, incidūt in tentationē & in laqueū diaboli, & deſyderia multa inutilia et nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

c Radix enim omniū malorū eſt cupiditas quā quidē appetētes, errauerūt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.

d Tu autē ô homo Dei, hæc fuge. Sectare verò iuſtitiā, pietatē, fidē, charitatē, patientiā, māſuetudinē.

e Certa bonū certamē fidei, & apprehende vitam

ſtabile dominium. a Habentes autem alimenta & tegumēta, nihil vltra requirimus, ſed contēti eſſe volumus. b Qui verò laxātes habenas cupiditati, quærunt quomodocunque diuites fieri, plurimis ſe periculis exponūt, incidúntque in tentationes plurimas, quibus ad peccata varia ſolicitātur, & in laqueum diaboli, vt in peccatis irretiātur, & in multa deſyderia ſuperflua atque etiam ſaluti noxia, quæ homines deducūt in mortē & dānationem æternam. c Eſt enim cupiditas diuitiarum, radix quædā, vnde ſolent omnis generis peccata pullulare. Cui cupiditati quidā obſequi volentes, eámque inſequentes aberrarunt à fide, & ſeipſos multis intricauerunt doloribus, propter auaritiā. d Te autem oportet ô ſerue Dei, ab huiuſcemodi elongari, atque omni ſtudo cōtraria perſequi, nempe iuſtitiam, pietatem, fidē rectam, charitatem, patientiā, manſuetudiné. e Viriliter agendū eſt certandúmque tibi, in negotio fidei : & ſpem tene firmam

firmā vitæ æternæ, vt tandē eam comprǣhēdas, a ad quā te haud dubiè Deus vocauit, & ꝓpter quā conſequendā audacter prædicaſti veram Chriſtianæ fidei confeſsionē: non in angulo, ſed coram plurimis aſtantibus auditoribus, qui poſsint teſtificari de veritate confeſsionis tuæ: b vt verò creſcat tibi ſalutaris obedientiæ meritū, & magis habeas impreſſum animo quod tui eſt officij, præcipio tibi, teſtē inuocans Deum, qui omnibus dat vitā, & Chriſtū Ieſum, qui coram Pilato iudice aſsiſtens, confeſſus eſt bonā veritatis confeſsionē, & nō negauit, dicens ſe eſſe & regem & verū filiū Dei, vt erat nihil mortis periculo à veritate deuians. c Præcipio, inquam, tibi, vt cuſtodias mādatū omne quod accepiſti per me à domino, ſic vt eius tranſgreſsione nec maculatus inueniaris in nouiſsimo, nec meritò repræhenſibilis, vſque ad aduētū dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. d Quē Chriſtum ſiue quem Chriſti aduentum, ſuo tempore manifeſtè demon-

æternam,

a in qua vocatus es & confeſſus bonam confeſsionē coram multis teſtibus.

b Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimoniū reddidit ſub Pōtio Pilato, bonam confeſſionem,

c vt ſerues mandatum, ſine macula, irreprǣhenſibile, vſq; in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti.

d Quē ſuis tēporibus oſtēdet, beatus & ſolus potēs, rex regū & dominus dominantium:

demonſtrabit Deus, ſua eſſentiâ
æternaliter beatus, & ſolus per ſe
potens, rex ſuper omnes reges, &
ſuper oēs dominantes ipſe præcel
lentior, vniuerſalis omnium domi-
nus: a qui ſolus habet ex ſua natu
ra, vt ſit immortalis, qui eſt in ma
ieſtate ſua ſic abſcōditus, vt nemo
poſsit ad ipſum perfectè cōprehen
dendū accedere, b quē nemo ho-
minū vidit vnquàm: imò nec vide
re poteſt in vita manēs, oculis car-
nis, neque oculis mentis cōprehen
dere poterit. Cui eſt honor & impe
rialis poteſtas in ſempiternū, Amē.
c Iis autē qui ſunt in hoc mundo
diuites, vt poſsint ſine peccato, &
cū fructu animæ vti diuitijs, præ-
cipe vt non exaltētur, neque ſuper-
biant propter diuitias, neque ſpem
aut cor apponāt inſtabilitati diui-
tiarū: d ſed vt ſpē & cor apponāt
Deo viuo, qui largitur generi hu-
mano cūcta neceſſaria copioſè, ad
refectionē & conſolationē neceſsi
tatis noſtræ. e Præcipe, inquâm,
vt ex ſui diuitijs ſumāt ſibi mate-
riā benefaciēdi, f vt ſtudeāt ma-
gis

a qui ſolus habet immortalitatem, & lucē inhabitat inacceſsibilem,
b quē nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, cui eſt honor & imperium ſempiternū, Amen.
c *Diuitibus huius ſæculi præcipe, nō ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum:*
d ſed in Deo *viuo qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum,*
e bene agere,
f diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare,

gis operibus bonis abũdare, vt faciles ſint in diſtribuendo egentibus, ſint cõmunes atque ſociales, pauperes nõ aſpernantes, a congregantes ſibi cumulũ bonorũ operũ, vt fundamentũ, ſuper quo poſsit ædificari à Deo plenitudo gloriæ vt tandẽ aſſequãtur veram & æternã vitã. b O Timothee (iterũ te moneo) depoſitũ omne quod tibi Deus cõmendauit & credidit, diligenter cuſtodi, fugiẽs prophanas vocum nouitates, quæ ſunt noua falſitatis dogmata cõficta, & oppoſitiones atque obiectiones ſcientiæ mundanæ, quæ falſo nomen ſibi vſurpant ſcientiæ, c quam nonnulli ſequentes atque profitentes, a fide exciderunt. d Gratia tecum, Amen.

a Theſaurizare ſibi fundamentũ bonum in futurũ vt appræhendant veram vitam.
b O Timothee, depoſitum cuſtodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ,
c quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.
d Gratia tecum, Amen.

Finis.

FINIS ELVCIDATIONIS in Epiſtolam ad Timotheum priorem beati Pauli Apoſtoli.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Timotheum poſteriorem beati Pauli Apoſtoli.

SCRIPSIT APOSTOLVS *in carcere cõſtitutus, imminẽte iam Agone martyrij (vt videtur ex capite quarto) ſecundam hanc ad* Timo*theum* Epiſtolam. In *qua primùm cõmẽdata fidei eius ſynceritate, quæ & in auia illius & in matre eadẽ fuerat, admonet eundem, gratiam per impoſitionem manuũ* Epiſcopalium *acceptam non negligere, propter ſpiritum ſanctum amoris, qui datus eſt nobis, neque teſtimoniũ erubeſcere confeſſionis* Chriſti & Dei, *qui nos ex vera ſua liberalitate & gratia nullis noſtris præeuntibus meritis, ſua ſancta vocatione dignatus eſt: quæ quidẽ gratia ab æterno fuit præordinata, ſed in tempore iſto nouiſſimo nunc primùm fuit in opere exhibita, per* C*hriſti mortẽ deſtruentis, operationem, atq; manifeſtata per* Euangelij *prædicationem, pro quo (cùm ſit à* Deo Gẽtium *ordinatus* A*poſtolus) nihil pati erubeſcit, ſciẽs potentem eſſe ad remunerationem, illum pro quo laborat & patitur.* Ipſum *quoq;* Timotheũ *monet, depoſitum cuſtodire, & recti dogmatis* Chriſtiani *formam tenere, eóq; attentius, quòd nunc in tribulationibus iſtis plurimi* A*ſianorum ſcandalizati, ab eo defeciſſent, quorum duos commemorat nominatim.*

natim, Phygelum & Hermogenem. Oneſiphoro autẽ eiuſq; familiæ, pro beneficijs, & olim & etiam nunc in captiuitate ſibi exhibitis, bona precatur apud Deũ. Capite verò ſecũdo, confortari eum iubet in gratia Dei, & quaſi militem bonum Chriſti, atq; fidelem agricolam, ſtrenuè agere, diligentemq; eſſe iubet in negotio Chriſti, ſæcularibus omnibus abiectis ne gotijs: vt ſic & legitimè certando coronã, & pro agricolatione fideli fructũ percipiat æternæ retributionis. Quo autẽ magis corroboretur in ſpiritu Chriſti eum memorem eſſe iubet: qui per paßionem ad reſurrectionis gloriam peruenire promeruit, iuxta Euãgelium ſuum quod prædicat, pro quo dura & grauia pati nihil formidat, propter electorum ſalutem: & quia ſi commorimur, conregnabimus, eo quòd fidelis ſit dominus, qui ſeipſum negare non poteſt. Atq; huiuſmodi, quæ ſunt vtilia docere præcipit, fugiendo contentiones verborũ inutiles: vtq; ſeipſum exhibeat coram Deo operatorem inconfuſibilẽ, hominũ hæreticorum falſa dogmata deuitando, quæ vt cancer ſerpunt ad impietatem promouendam. Firmum tamẽ ſtare dicit fundamentum ſanctæ Chriſtianæ fidei, diuina prouidentia & liberi arbitrij cooperatione obſignatum: quãquàm nonnulli reperiantur minus probati & minus integri in eccleſia, quomodo in magna domo etiã vilia ſunt vaſcula, lignea & fictilia. Spem tamen dat etiam huiuſmodi, vt ſe emũdando fieri poßint vaſa honoris, & domino ſanctificata. Iterũq; monet diſcipulum, vt quæ virtutis ſunt ſtudioſè ſectetur, iuuenilia fugiens deſyderia, ſtultaſq; ac ineruditas quæſtiones, ex quibus non niſi lites oriuntur: quæ ſeruo Dei non competunt, ſed magis manſuetudo & erga errantes bona inſtructio, & patiens correptio, ſi fortè ad pœnitentiam eos queat ex diaboli

laqueis educere. Capite autem tertio de ijſdem, de quibus in priori Epiſtola dixerat, venturis ſeductoribus, ſermonem replicat, eorum hypocriſim & malitiã egregiè deſcribens: quos, eo quòd veritati reſiſtent, aſſerit confundendos, quomodo olim magi Pharaonis veritati reſiſtentes, confuſi ſunt. Ipſum verò Timotheum, ſuam doctrinam & inſtitutionem morum aſſequutum, ad paſſiones quales ipſe pro Chriſto pertulit Iconij & Lyſtris & pleruq; alijs in locis, hortatur: vtq; obſtinatis in ſua obſtinatiõe relictis, ipſe in ijs quæ credidit permaneat, quorum veritatem ex ſacris literis, quas à puero didicit, poſſit habere compertã. Cuius occaſione, ſcripturæ ſanctæ multimodam vtilitatem, commemorat. Quarto autem capitulo, coram Deo illum obteſtatur: vt opportunè, importunè, arguat, obſecret, & omni inſtet diligentia, dum tempus eſt priuſquã illa nouiſſima tempora prædicta adueniant: quando non veritatem, ſed placentia audire volent ſæculi illius homines: ſuiq; agonis, curſus, & militiæ finem prædicens, hortatur ſuo exemplo diſcipulum, vt ad coronam feſtinet, quam iuſtus iudex omnibus diligentibus ſe eſt redditurus. Poſt hoc eũ ad ſe quãtotius venire iubens ante hyemen, & alia quædam familiaria de diuerſis diſcipulis, quos ad diuerſa loca diuiſit, ac de Alexandri ærarij malis machinationibus, & ſolius Dei in ſua defenſione aſſiſtentia, per quam ſe gloriatur liberatum omni opere malo, & ſaluandum per corporis mortem, palma martyrij in regnum cœleſte, pertractat. Atq; ita adiunctis familiaribus nonnullis ſalutationibus, terminat Epiſtolam.

Finis Argumenti.

Eluci-

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Timotheum poſteriorem, beati Pauli apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

Pa AVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti ex diuina voluntate, ad Euangelizandũ vitam æternam, fidelibus repromiſſam in Chriſto Ieſu, ſcribit Timotheo filio verè dilecto. b Sit tibi gratia, & miſericordia & pax à Deo patre, & Chriſto Ieſu dño noſtro. c Gratias ago Deo meo, cui quẽadmodũ progenitores mei ſeruierunt, ita & ego ſeruio in conſciẽtia pura: quòd indeſinenter ſim tui memor in orationibus meis aſsiduè, pariter deſyderãs & te in carne videre, dũ in memoriam

TEXTVS Epiſtolæ ad Timotheũ poſterioris beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

Pa Aulus Apoſtolus Ieſu *Chriſti per voluntatem* Dei, *ſecundũ promiſſionẽ vitæ quæ eſt ĩ chriſto* Ieſu, Timotheo *chariſſimo filio.* *b Gratia, & miſericordia & pax à* Deo *patre nr̃o, & Chriſto* Ieſu *domino noſtro.* *c Gr̃as ago* Deo *meo cui ſeruio à pgenitoribus meis in cõſcientia pura. qđ ſine intermiſſiõe habeã tui me*

*moriā in orationi-
bus meis nocte &
die deſyderās te vi
dere, memor la-
chrymarū tuarū.
a vt gaudio im-
plear recordationē
accipiens eius fidei
quæ eſt in te non
ficta,
b quæ habitauit
primū in auia tua
Loide, & matre
tua Eunice, certus
ſū aūt qđ et in te.
c Propter quā cau
ſam admoneo te,
vt reſuſcites gra-
tiā Dei quæ eſt in
te per impoſitionē
manuū mearum.
d Nō enim dedit
nobis Deus ſpiritū
timoris ſed virtu-
tis & dilectionis
& ſobrietatis.
e Noli itaq; erube
ſcere teſtimonium
dñi noſtri, neq; me
vinctum eius:*

moriā veniūt mihi lachrymæ tuę, quas à te abſcedēs, propter nimiā mei dilectionē, te cōſpexi effundere: a vt neceſſe ſit impleri gaudio, quoties ex iſtis tuis lachrymis recordor illam integrā & nō ſimulatam fidē quam in Chriſto habes: b quæ etiā prius in auia tua Loide & matre tua Eunice firma fuit. Neque dubito quin & in te nūc eadē ſic habitet. c Propter quam cauſam, commonefaciēs admoneo te, vt donū illud & munus Apoſtolicum, quod per impoſitionem manuū mearū ſuſcepiſti, nō ſinas extingui ocio aut negligētia, ſed per diligēs exercitiū & ſedulū, reſuſcita atque innoua, vt quotidianis creſcas profectibus. d Spiritus enim ille quē nobis dedit Deus nō eſt talis: vt timidos nos aut tardos, vel efficiat, vel eſſe ſinat: ſed ipſe eſt ſpiritus virtutis, qui nos robuſtos faciat, vt nihil formidemus aduerſi: per quē & dilectionē cōſequimur, & ſobrietatē, quæ eſt debita in omnibus tēperātia. e Tali igitur ſpūs virtute cōfortatus, ne erubeſcas

ſcas ſanctæ fidei Chriſtianæ confeſſionem,neque te pudeat captiuitatis meæ,quę magis tibi eſt gloriæ ducenda. a Imò verò,etiam ad malorũ tolerãtiã labora mecũ aſsiduus,in Euãgelij negotio: b ſecundùm illã Dei virtutẽ,qua te ſpiritus corroborauit.Qui ſanèDeus (vt ſciamus nos obligatos ad fideliter agẽdũ pro nomine eius)liberauit nos à mortis imperio: deĩde & vocauit ſancta ſua vocatione, ad cognitionẽ fidei. c Neque hęc ex merito operũ noſtrorum quaſi fuerit debitor nobis Deus:ſed iuxta beneplacitũ volũtatis ſuæ,& ſecundùm gratiã ſuã: d quę quidẽ data eſt & promiſsa,atque præordinata nobis per Chriſtũ,in æternitate ante ſæcula:nũc verò tãdẽ cõpleta apparuit,& manifeſta facta eſt,per hoc qđ illuxit nobis ſaluator mũdi Chriſtus Ieſus: qui & mortis deſtruxit imperiũ & illuceſcere fecit ſiue regnare,vitã & immortalitatem: e atque id quidem per Euãgelium ſuum, ad cuius miniſterium me Deus vocãdo

a ſed collabora Euangelio,

b ſecundùm virtutem Dei,qui nos liberauit,& vocauit vocatione ſua ſancta.

c Non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum & gratiam,

d quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tẽpora ſæcularia , manifeſtata eſt aũt nunc per illuminationem ſaluatoris noſtri Ieſu chriſti, qui deſtruxit quidẽ mortẽ, illuminauit autẽ vitam & incorruptionem,

e per Euãgelium, in quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus,& magiſter Gentium,

conſtituit prædicatorem & Apoſtolum & peculiariter Gentium doctorem. a Ob quam cauſam etiam has afflictiones & vincula patior, tametſi de ijs non erubeſcã quæ mihi ex hoc officio obuenịunt. b Ego enim noui, quis ille ſit cui crediderim, nec de eius aut potentia, aut fidelitate, quicquàm hæſito. Et hoc ſcio fimiſsimè, ꝙ is cui credidi vocanti, potens eſt, quicquid in manus eius cõmenda uero: ſeruare in tuto, vſque in nouiſsimum iudicij diem. c Sint tibi velut forma, ſiue exemplum, in docendo, atque viuẽdo, ſermones illi veraces & recti, quos à me didiſciſti in fide recta, cum operante charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. d Illud bonum depoſitũ, quod eſt tibi cõmiſſum, nempe munus Euãgelicum cuſtodi per ſpiritum ſanctum, qui in nobis inhabitat. Ille enim eſt, qui & apud nos dona deponit, & ad depoſita ſeruanda nobis auxiliatur. e Credo enim ſcire te, quemadmodũ Aſia in penè omnes, qui videbantur mihi ad-

a ob quã cauſam etiam hæc patior, ſed non cõfundor.

b Scio enim cui credidi, & certus ſum quia potẽs eſt depoſitum meum ſeruare ĩ illũ diẽ.

c Formam habe ſanorum verborũ quæ à me audiſti, in fide & dilectione, ĩ Chriſto Ieſu.

d Bonum depoſitũ cuſtodi per ſpiritum ſanctũ, qui habitat in nobis.

e Scis enim hoc, quod auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phygelus, & Hermogenes.

hæſiſſe à me abſceſſerint: ex quorũ numero ſunt, Phygelus, & Hermogenes. Quò magis te eniti oportet vt fideliter agas, quum pauci ſint veri fideléſque operarij. a Faciat dñs miſericordiã cum Oneſiphori familia, qa ſæpius me cõſolationib⁹ ſuis recreauit & captiuitatẽ meã nõ modò nõ erubuit, ſed Romæ exiſtẽs ſolicitè me reqſiuit, egitque diligenter, vt pateret ſibi ad me acceſſus, & inuenit quẽ quęſiuit. b Reddat illi dñs viciſsitudinẽ vt inueniat apud ſe miſericordiã, in die retributiõis. c Neque enim modò cœpit bñfacere, q multa mihi & magna miniſteria Epheſi ſcpi⁹ exhibuit, vt tu optĩe noſti.

a Det miſericordiam dñs Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit & catenã meã non erubuit, ſed cùm Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit, et inuenit.

b Det illi dominus inuenire miſericordiam à Deo in illa die.

c Et quãta Epheſi miniſtrauerit mihi, tu melius noſti.

Elucidatio CAP. II.

TV igitur fili mi quò pauciores vides fideles operarios, eò magis corroborare, vt fortiter agas, per grãtiã Chriſti. b Et quæ audiſti ex me, palam coram oĩbus prædicante, hæc ipſa veritatis dogmata doce alios fideles & fide dignos, qui ea populo valeãt prædicare latiúſque diſſeminare:

TEXTVS Cap. II.

a Tu ergo fili mi, confortare in gratia, quæ eſt in chriſto Ieſu.

b Et quæ audiſti à me per multos teſtes hæc cõmenda fidelibus hominibus qui idonei erũt et alios docere.

a Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.

b Nemo militans deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus vt ei placeat, cui ſe probauit.

c Nã & qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.

d Laborãtẽ agricolam oportet primùm de fructibus accipere.

e Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus in oĩbus intellectum.

f Memor eſto, dominũ Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid.

a labora, ac ſuſtine, tanquàm miles ſtrenuus Chriſti Ieſu. b Quiſquis ſectator bonus vult eſſe militiæ, potiſsimum Chriſtianæ, neceſſe eſt vt à curis atque negotijs huius vitæ ſeſe expediat, vt illi totus placere ſtudeat, cuius ſe militiæ addixit, & à quo ad militandum eſt ſuſceptus. c Itẽ & qui in certamine publico decertat, non merebitur brauiũ accipere niſi vt oportet, iuxta certaminis leges, decertauerit, nihil omittens eorũ quę ſunt requiſita, nulliſque parcens laboribus. d Et agricolã laboraſſe oportet, priuſquàm fructus percipiat, qui poſt labores ſolatium accipit fructuum. e Quæ tibi per ſimilitudines dico, ad intelligẽtiam debes moralẽ transferre. Dabit autem tibi, vt ſpero, dominus cui militas intellectũ plenũ in omnibus, quæ tibi ac tuis erunt neceſſaria. f Ne aũt te certamina laborũ deterreãt, in memoriã ſubinde reuoces velim, quemadmodũ dñs noſter Ieſus Chriſtus, deuicta mortis moleſtia, ad vitam glorioſus reſur

rexit,

rexit,qui erat ex progenie Dauid, a iuxta Euãgeliũ,quod ego prædico:propter quod & laboro, grauia ſuſtinẽs,vſque ad vincula quibus ſum alligatus, quaſi malefactor aut ſceleratus: b quanquàm verbũ domini ligari nõ queat manens liberũ,& pertranſiens in vniuerſum orbẽ terrarum. c Cuius gratia omnia quæcũque Deo permittẽte obuenire poſſunt, paratus ſum ſufferre,ad vtilitatem electorum:vt quos elegit ipſe, conſequãtur ſalutem,quã Chriſtus peperit omnibus credentibus, cum gloria ſempiterna quę reuelabitur in cœlis. d Sermo hic, fide dignus eſt.Si enim in hac vita fuerimus cũ chriſto mortificati à deſyderijs concupiſcentiæ noſtræ,ſuo tẽpore pariter cũ eo glorificabimur,atque regnabimus. e Si nunc negauerimus eum infideli cogitatione,verbo,aut peruerſo opere, & ille nos nolet agnoſcere in nouiſsimo.f Si nos increduli & inobedientes fuerimus,permanet nihilominus ille firmus:& in ſe & in verbis quæ ſe-

a ſecundùm Euãgelium meum, in quo laboro vſq; ad vincula,quaſi male operans,

b ſed verbũ Dei, nõ eſt alligatum.

c Ideò omnia ſuſtineo propter electos,vt & ipſi ſalutem conſequantur,quæ eſt ĩ chriſto Ieſu, cum gloria cœleſti.

d Fidelis ſermo.nã ſi commortui ſumus, & conuiuemus.Si ſuſtinebimus,& conregnabimus.

e ſi negauerimus, & ille negabit nos.

f Si nõ credimus, ille fidelis permanet,negare ſeipſũ non poteſt.

mel definiuit, neque contra id quod ſemel definiuit poterit facere, cùm ſententiã protulit dicẽs: Qui non crediderit cõdẽnabitur, vt certus ſit de ſua dãnatione, quiſquis modò in eũ credere recuſat. a Hęc atque huiuſmodi ſunt quę te oportet admonere populum, atque cũ authoritate proponere, velut Deo teſte ac iudice. b Caue aũt cõtendas verbis cũ infidelibus & importunis hoĩb⁹. c Hoc enim nihil adfert vtilitatis: imò auditorum fidẽ ſubuertit nonnunquàm. d Omni aũt cura adnitere, vt tèipſum exhibeas Deo probatum & beneplacẽtem, in operibus tuis cõfuſibilẽ, vt de nullo opere tuo poſſis iure cõfundi, rectè adminiſtrãtem, atque pro cuiuſque captu diſtribuentẽ verbũ veritatis. e Prophana autẽ & vana cõficta dogmata repellas. f Nam ſi admiſſa fuerint & nõ ſtatim repudientur, excreſcẽt quãtotius ad ampliorẽ impietatẽ, g & ſermo huiuſmodi vaniſsimorũ hominũ, admodum morbi, qui cãcer vulgo dicitur, ſe ſpar-

a Hæc cõmone, teſtificans coram domino.
b Noli contendere verbis.
c Ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.
d Solicitè autẽ cura teipſum probabilem exhibere Deo, operariũ incõfuſibilem, rectè tractantem verbũ veritatis.
e Prophana aũt et vaniloquia deuita.
f Multùm enim proficiunt ad impietatem:
g & ſermo eorũ, vt cancer ſerpit.

ſpargẽs latius, etiã ſanos ĩ fide inſi cit atque corrũpit, ſi nõ adhibeat debitæ redargutionis remedium. a De quorũ numero ſunt Hymenæus & Phyletus: qui à veritate deuiarũt, aſſerẽtes nõ expectandã eſſe vlteriorẽ ex mortuis reſurrectionẽ, præter eã quæ facta eſt in ijs qui cũ Chriſto ſurrexerunt, aut præter ſpiritualem reſurrectionẽ, qua per fidẽ credentes in Chriſtũ reſurgunt. b Atque his nouis vanitatibus, quorundã vanorũ hominum fidẽ iam ſubuerterũt. Qui enim ſic à fide facilè excidũt, firmi nõ fuerunt. c In electis autem Dei ſtat firma fides, velut fundamentum eccleſiæ, ſuper quã Deus ſuam eccleſiam ædificauit, d & velut deſculptum habet in ſe fundamentum illud, huiuſcemodi ſignaculum, quo & conſignatur & cõfirmatur. e Cognouit ſuos dominus, & reſpectum habet ad eos, vt impleat in eis prædeſtinationẽ ſuam, f & ab iniquitate recedit, omnis qui cõfitetur & inuocat de puro corde, & fide perfecta, nomẽ

a Ex quibus eſt Hymenæus et Phyletus qui à veritate exciderunt, dicentes reſurrectionẽ eſſe iam factã.

b & ſubuerterũt quorundam fidẽ.

c & firmum fundamẽtũ Dei ſtat.

d habens ſignaculum hoc.

e Cognouit dominus qui ſunt ſui.

f & diſcedit ab iniquitate omnis, qui inuocat nomẽ domini.

domini. Reſpectus enim diuinæ bonitatis, liberij arbitrij p gratiã cooperatio, quorũ alterum in prima ſignaculi parte, alterũ in poſteriori, confirmant atque ſtabiliunt ſemper electos & velut certificant: quòd nunquàm electi fideles deficient in finem, à quibus ſuſtinetur tanquàm à fundamẽto, ſancta eccleſia. Nihil autem mirum, ſi permittat Deus, etiam inter ſuos, eſſe qui cadant à fide. a Quẽadmodum in magna domo vt ſit perfecta in omnibus vtenſilibus: nõ ſatis eſt eſſe vaſa decoris precioſa, aurea ſiue argentea, ſed etiã vilia ſunt, lignea & fictilia. b Et quædam quidem ad honorificos vſus aptata, alia ad vſus cõtemptibiles atque abiectos ita indubiè, ſiue in hoc mundo magno, ſiue etiam in Chriſti eccleſia graduum & ordinis meritorúmque diuerſitas ab optimo patrefamilias, ad gloriam domus ordinatur. c Si quis itaque modò exiſtens fictile vas nullius pretij, ſtuduerit abiectis prophanis illis propter quę fictile vas & ter-

a In magna aũt domo nõ ſolùm vaſa ſunt aurea, & argentea, ſed & lignea & fictilia.

b Et quædam quidem in honorem, quædam autẽ in contumeliam.

c Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonũ paratũ.

& terreum nominatur,per ſanã fidem ſe expurgare, fiet vas ſanctificatũ & honorabile,& domino placitè deſeruiẽs aptũ in omne opus bonum,& ſic vſum habebit honorificum. a Deſyderia autẽ immoderata,quæ rationis freno non reguntur,cuiuſmodi ſolẽt eſſe iuuenum, in quibus viget carnis concupiſcentia,fuge modis omnibus. b Contra verò,omni ſtudio conare,vt illis cõtraria bona cõſequaris.Nempeverò iuſtitiam,fidẽ,ſpẽ, charitatem,& pacẽ cum ijs qui cõfitentur dominum de corde puro. c Stultas aũt & quæ nihil erudiũt vanas quæſtiones,abiice vt nõ occuperis in illis:ſciens ꝙ præter contentiones nihil generãt. d Nõ eſt autẽ cõgruum ſeruis Dei,vt contentionibus deſeruiant:ſed oportet ſeruum Dei erga oẽs mãſuetudinem gerere,vt nõ cõcitetur paſſionibus inordinatis, iracundiæ, aut impatiẽtiæ, e paratũ eſſe & beneuolũ ad docendum infirmos, atque ignorantes,malos & improbos patiẽter ſuſtinentẽ, f cũ mo-

deſtia

a Iuuenilia autẽ deſyderia fuge.

b Sectate verò iuſtitiam,fidẽ,ſpem & charitatẽ, & pacẽ,cum his qui inuocant dominũ de corde puro.

c Stultas autẽ & ſine diſciplina quæſtiones deuita,ſciens quia generant lites.

d Seruum autem domini,non oportet litigare, ſed mãſuetum eſſe ad omnes,

e docilem, patientem,

f cũ modeſtia,corripientem eos qui reſiſtunt veritati.

a Ne quādo Deus det illis pœnitētiā ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis:
b à quo captiui tenētur ad ipſius voluntatem.

TEXTVS Cap. III.

a Hoc autem ſcito, quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa,
b & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi,
c elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nō obedientes.
d ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace: criminatores, incontinentes, immites:

deſtia mature corripientē eos qui veritati contradicunt, aut non acquieſcunt qui nondū in erroribus credūtur obdurati: a ſi fortè aliquando illuminati à Deo pœniteant de errore, & reuertātur ad cognitionem veritatis & eripiantur è diaboli laqueis: hoc eſt erroribꝰ infidelitatis, b quibus obſtricti detinebantur, iuxta eius voluntatem agentis illos & impellētis, pro ſuo nequiſsimo placito.

Elucidatio CAP. III.

Ha Oc autē ſcire te volo, ꝗ ſpiritu prædicante cognouimus, ventura eſſe circa mundi cōſummationē periculoſa tēpora plena iniquitatibus. b Erunt enim tūc hoīes magna ex parte ſui amatores, qđ eſt oīs mali origo, auaritiæ cupiditate, exæſtuātes ad iuſtitiā, c per elationē magna quærētes, & ꝑ ſuperbiā de ſe ipſis plusꝗ æquum eſt ſentientes, ad cōuicia prompti, parentibus ac ſuperioribus rebelles. d Deo atque hominibus ingrati, ſcelerati atque ꝓphani, qui nec naturalis affectū pieta-

pietatis habent, neque pacta ſerua re curant, aut fœdera pacis, calumniatores, neſcientes continere, a immites, bonitatem nō amātes, proditores proterui, inflatione tumidi, cæci & voluptatum magis quàm Dei amatores, b ſanctitatem exteriori apparentia præ ſe ferentes atque ſimulantes cuius tamen vim atque veritatē factis abnegant. c Hos autē omnibus modis, cuilibet Chriſtiano cēſeo deuitandos. d Tales enim iam eſſe cœperunt quidam, qui clanculum ſubintrātes in domos (vt in tenebris doctrinā doceant tenebrarū) errorum vinculis irretiūt credulas atque inſtabiles mulierculas (& ſi qui illis ſimiles ſunt virilis ſexus) peccatis onuſtas, e ſequentes varias ſuas quibus ſolicitantur cōcupiſcentias perſuaſæ blandientium Pſeudoapoſtolorū falſis doctrinis, f quæ cùm ſemper diſcāt nūquàm ſunt tamē ad veritatis notitiā peruēturæ, donec falſis iſtis doctoribus aures prębuerint. g Quēadmodū autē Iānes & Mābres magi.

Phara-

a ſine benignitate: proditores, proterui, tumidi, cæci, & voluptatum amatores magis quàm Dei,

b habentes ſpeciē quidē pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

c Et *hos deuita.*

d Ex *his enim ſūt qui penetrant domos,*

& captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis,

e quæ ducūtur varijs deſyderijs,

f ſemper diſcētes & nunquàm ad ſcientiam veritatis peruenientes.

g Q*uemadmodū autem* Iannes *&* M*ambres reſtiterunt* Moyſi, *ita et hi reſiſtunt veritati.*

TEXTV
Epiſtolæ
Timotheun
prioris bea
Pauli Apo-
ſtoli.

TEXTV
Cap. I.

P a Aulus
poſtolus Ie
Chriſti, ſecũdu
imperium Dei
uatoris noſtri,
Chriſti Ieſu,
noſtræ:
b Timotheo di
cto ſilio in fide.
c Gratia & m
ricordia & pa-
à Deo patre,
Chriſto Ieſu d
mino noſtro.
d Sicut rogaui
vt remaneres
pheſi cùm irem
Macedoniam:

runt. a Et omnes qui vitam
atque Chriſtianã ducere vo
nimo oportet eſſe forti &
rato ad tolerantiam perſe-
num,quas ſolent impij melio
nferre, atque etiam caro cũ
nijs. b Peruerſi autem ho-
quorũ eſt ſtudium ſimplicio
ducere,pergent inmalitia ſua
derelicti: ipſi miſere erran-
quod intolerabile eſt)alios
in errorem trahẽtes. c Tu
perſta firmus,in his quę me
e didiciſti,& tibi ſunt com-
vt alios doceas. d Sta, in-
firmus nihil hæſitans,quo-
noſti me, qui te vt à Chriſto
,edocui: & quis ſim, quæue
rſatio mea, optimè noſti.
edit,quod ab annis teneris
ſcripturæ eruditionem ac-
,quæ te ſatis poteſt erudire
ſequendam ſalutem,per me
idei Chriſtianæ quam ha-
e qua legis doctrina à Chri
gis alienat. f Oĩs enim ſcri
quã ex inſpiratiõe diuina lo
nt ſancti hoĩes, vtilis eſt: ad

a Et omnes qui piè volunt viuere à Chriſto Ieſu, pſecutionẽ patiẽtur.
b Mali autem homines & ſeductores, proficiẽt in peius errantes, & in errorem mittẽtes.
c Tu verò permane in his quæ didiciſti,
d & credita ſunt tibi ſciens à quo didiceris:
e & quia ab infantia ſacras literas noſti quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidẽ quæ eſt in Chriſto Ieſu.
f Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum,

docen-

moriã in orationibus meis nocte & die deſyderãs te videre, memor lachrymarũ tuarũ. a vt gaudio implear recordationẽ accipiens eius fidei quæ eſt in te non ficta, b quæ habitauit primũ in auia tua Loide, & matre tua Eunice, *certus ſũ aũt qđ et in te. c* Propter *quã cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiã* Dei *quæ eſt in te per impoſitionẽ manuũ mearum. d* Nõ *enim dedit nobis* Deus *ſpiritũ timoris ſed virtutis & dilectionis & ſobrietatis. e* Noli *itaq; erubeſcere teſtimonium dñi noſtri neq; me vinctum eius:*

moriã veniũt mihi lachrymæ tuę, quas à te abſcedẽs, propter nimiã mei dilectionẽ, te cõſpexi effundere: a vt neceſſe ſit impleri gaudio, quoties ex iſtis tuis lachrymis recordor illam integrã & nõ ſimulatam fidẽ quam in Chriſto habes: b quæ etiã prius in auia tua Loide & matre tua Eunice firma fuit. Neque dubito quin & in te nũc eadẽ ſic habitet. c Propter quam cauſam, commonefaciẽs admoneo te, vt donũ illud & munus Apoſtolicum, quod per impoſitionem manuũ mearũ ſuſcepiſti, nõ ſinas extingui ocio aut negligẽtia, ſed per diligẽs exercitiũ & ſedulũ, reſuſcita atque innoua, vt quotidianis creſcas profectibus. d Spiritus enim ille quẽ nobis dedit Deus nõ eſt talis: vt timidos nos aut tardos, vel efficiat, vel eſſe ſinat: ſed ipſe eſt ſpiritus virtutis, qui nos robuſtos faciat, vt nihil formidemus aduerſi: per quẽ & dilectionẽ cõſequimur, & ſobrietatẽ, quæ eſt debita in omnibus tẽperãtia. e Tali igitur ſpũs virtute cõfortatus, ne erubeſcas

ſcas ſanctæ fidei Chriſtianæ confeſſionem,neque te pudeat captiuitatis meæ,quę magis tibi eſt gloriæ ducenda. a Imò verò,etiam ad malorũ tolerãtiã labora mecũ aſsiduus,in Euãgelij negotio: b ſecundùm illã Dei virtutẽ,qua te ſpiritus corroborauit.Qui ſanèDeus (vt ſciamus nos obligatos ad fideliter agẽdũ pro nomine eius)liberauit nos à mortis imperio: deĩde & vocauit ſancta ſua vocatione, ad cognitionẽ fidei. c Neque hęc ex merito operũ noſtrorum quaſi fuerit debitor nobis Deus:ſed iuxta beneplacitũ volũtatis ſuæ,& ſecundùm gratiã ſuã: d quę quidẽ data eſt & promiſsa,atque præordinata nobis per Chriſtũ,in æternitate ante ſæcula:nũc verò tãdẽ cõpleta apparuit,& manifeſta facta eſt,per hoc qđ illuxit nobis ſaluator mũdi Chriſtus Ieſus: qui & mortis deſtruxit imperiũ & illuceſcere fecit ſiue regnare,vitã & immortalitatem: e atque id quidem per Euãgelium ſuum, ad cuius miniſterium me Deus vocãdo

a ſed collabora Euangelio,

b ſecundùm virtutemDei,qui nos liberauit,& vocauit vocatione ſua ſancta.

c Non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum & gratiam,

d quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tẽpora ſæcularia, manifeſtata eſt aũt nunc per illuminationem ſaluatoris noſtri Ieſu chriſti, qui deſtruxit quidẽ mortẽ, illuminauit autẽ vitam & incorruptionem,

e per Euãgelium, in quo poſitusſum ego prædicator & Apoſtolus,& magiſter Gentium,

a ob quā cauſam etiam hæc patior, ſed non cōfundor.

b Scio enim cui credidi, & certus ſum quia potēs eſt depoſitum meum ſeruare ī illū diē.

c Formam habe ſanorum verborū quæ à me audiſti, in fide & dilectio ne, ī Chriſto Ieſu.

d Bonum depoſitū cuſtodi per ſpiritum ſanctū, qui habitat in nobis.

e Scis enim hoc, quod auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phygelus, & Hermogenes.

conſtituit prædicatorem & Apoſtolum & peculiariter Gentium doctorem. a Ob quam cauſam etiam has afflictiones & vincula patior, tametſi de ijs non erubeſcā quæ mihi ex hoc officio obuenirunt. b Ego enim noui, quis ille ſit cui crediderim, nec de eius aut potentia, aut fidelitate, quicquàm hæſito. Et hoc ſcio firmiſsimè, ꝙ is cui credidi vocanti, potens eſt, quicquid in manus eius cōmendauero: ſeruare in tuto, vſque in nouiſsimum iudicij diem. c Sint tibi velut forma, ſiue exemplum, in docendo, atque viuēdo, ſermones illi veraces & recti, quos à me didiciſti in fide recta, cum operante charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. d Illud bonum depoſitū, quod eſt tibi cōmiſſum, nempe munus Euāgelicum cuſtodi per ſpiritum ſanctum, qui in nobis inhabitat. Ille enim eſt, qui & apud nos dona deponit, & ad depoſita ſeruanda nobis auxiliatur. e Credo enim ſcire te, quemadmodū Aſia in penè omnes, qui videbantur mihi ad-

hæſiſſe

hæſiſſe à me abſceſſerint:ex quorũ numero ſunt, Phygelus, & Hermogenes. Quò magis te eniti oportet vt fideliter agas, quum pauci ſint veri fideléſque operarij. a Faciat dñs miſericordiã cum Oneſiphori familia, qa ſæpius me cõſolationib⁹ ſuis recreauit & captiuitatẽ meã nõ modò nõ erubuit, ſed Romæ exiſtẽs ſolicitè me reqſiuit, egítque diligenter, vt pateret ſibi ad me acceſſus, & inuenit quẽ quęſiuit. b Reddat illi dñs viciſsitudinẽ vt inueniat apud ſe miſericordiã, in die retributiõis. c Neque enim modò cœpit bñfacere, q multa mihi & magna miniſteria Epheſi ſcpi⁹ exhibuit, vt tu optĩe noſti.

a Det miſericordiam dñs Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit & catenã meã non erubuit, ſed cùm Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit, et inuenit.

b Det illi dominus inuenire miſericordiam à Deo in illa die.

c Et quãta Epheſi miniſtrauerit mihi, tu meliusnoſti.

TEXTVS *Cap.* II.

a Tu ergo fili mi, confortare in gratia, quæ eſt in chriſto Ieſu.

b Et quæ audiſti à me per multos teſtes hæc cõmenda fidelibus hominibus qui idonei erũt et alios docere.

Elucidatio CAP. II.

TV igitur fili mi quò pauciores vides fideles operarios, eò magis corroborare, vt fortiter agas, per grãtiã Chriſti. b Et quæ audiſti ex me, palam coram oĩbus prædicante, hæc ipſa veritatis dogmata doce alios fideles & fide dignos, qui ea populo valeãt prædicare latiúſque diſſeminare:

a Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.

a labora, ac ſuſtine, tanquàm miles ſtrenuus Chriſti Ieſu.

b Nemo militans deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus vt ei placeat, cui ſe probauit.

b Quiſquis ſectator bonus vult eſſe militiæ, potiſsimum Chriſtianæ, neceſſe eſt vt à curis atque negotijs huius vitæ ſeſe expediat, vt illi totus placere ſtudeat, cuius ſe militiæ addixit, & à quo ad militandum eſt ſuſceptus.

c Nã & qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.

c Itẽ & qui in certamine publico decertat, non merebitur brauiũ accipere niſi vt oportet, iuxta certaminis leges, decertauerit, nihil omittens eorũ quę ſunt requiſita, nulliſque parcens laboribus.

d Laborãtẽ agricolam oportet primùm de fructibus accipere.

d Et agricolã laboraſſe oportet, priuſquàm fructus percipiat, qui poſt labores ſolatium accipit fructuum.

e Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus in oĩbus intellectum.

e Quæ tibi per ſimilitudines dico, ad intelligẽtiam debes moralẽ transferre. Dabit aũtem tibi, vt ſpero, dominus cui militas intellectũ plenũ in omnibus, quæ tibi ac tuis erunt neceſſaria.

f Memor eſto, dominũ Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid.

f Ne aũt te certamina laborũ deterreãt, in memoriã ſubinde reuoces velim, quemadmodũ dñs noſter Ieſus Chriſtus, deuicta mortis moleſtia, ad vitam glorioſus reſurrexit,

rexit,qui erat ex progenie Dauid, a iuxta Euãgeliũ,quod ego prædico:propter quod & laboro, grauia ſuſtinẽs,vſque ad vincula quibus ſum alligatus, quaſi malefactor aut ſceleratus: b quanquàm verbũ domini ligari nõ queat manens liberũ,& pertranſiens in vniuerſum orbẽ terrarum. c Cuius gratia omnia quæcũque Deo permittẽte obuenire poſſunt, paratus ſum ſufferre,ad vtilitatem electorum:vt quos elegit ipſe, conſequãtur ſalutem,quã Chriſtus peperit omnibus credentibus, cum gloria ſempiterna quę reuelabitur in cœlis. d Sermo hic, fide dignus eſt.Si enim in hac vita fuerimus cũ chriſto mortificati à deſyderijs concupiſcentiæ noſtræ,ſuo tẽpore pariter cũ eo glorificabimur,atque regnabimus. e Si nunc negauerimus eum infideli cogitatione,verbo,aut peruerſo opere, & ille nos nolet agnoſcere in nouiſsimo.f Si nos increduli & inobedientes fuerimus,permanet nihilominus ille firmus:& in ſe & in verbis quæ ſe-

a ſecundùm Euãgelium meum, in quo laboro vſq; ad vincula, quaſi male operans,

b ſed verbũ Dei, nõ eſt alligatum.

c Ideò omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt ĩ chriſto Ieſu, cum gloria cœleſti.

d Fidelis ſermo. nã ſi commortui ſumus, & conuiuemus. Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.

e ſi negauerimus, & ille negabit nos.

f Si nõ credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſũ non poteſt.

mel definiuit, neque contra id quod ſemel definiuit poterit facere, cùm ſententiā protulit dicēs: Qui non crediderit cōdēnabitur, vt certus ſit de ſua dānatione, quiſquis modò in eū credere recuſat. a Hęc atque huiuſmodi ſunt quę te oportet admonere populum, atque cū authoritate proponere, velut Deo teſte ac iudice. b Caue aūt cōtendas verbis cū infidelibus & importunis hoīb⁹. c Hoc enim nihil adfert vtilitatis: imò auditorum fidē ſubuertit nonnunquàm. d Omni aūt cura adnitere, vt teipſum exhibeas Deo probatum & beneplacētem, in operibus tuis cōfuſibilē, vt de nullo opere tuo poſſis iure cōfundi, rectè adminiſtrātem, atque pro cuiuſque captu diſtribuentē verbū veritatis. e Prophana autē & vana cōficta dogmata repellas. f Nam ſi admiſſa fuerint & nō ſtatim repudientur, excreſcēt quātotius ad ampliorē impietatē, g & ſermo huiuſmodi vaniſsimorū hominū, admodum morbi, qui cācer vulgo dicitur, ſe ſpar-

a Hæc cōmone, teſtificans coram domino.
b Noli contendere verbis.
c Ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.
d Solicitè autē cura teipſum probabilem exhibere Deo, operariū incōfuſibilem, rectè tractantem verbū veritatis.
e Prophana aūt et vaniloquia deuita.
f Multùm enim proficiunt ad impietatem:
g & ſermo eorū, vt cancer ſerpit.

ſpargẽs latius, etiã ſanos ĩ fide inſicit atque corrũpit, ſi nõ adhibeatᷣ debitæ redargutionis remedium. a De quorũ numero ſunt Hymenæus & Phyletus: qui à veritate deuiarũt, aſſerẽtes nõ expectandã eſſe vlteriorẽ ex mortuis reſurrectionẽ, præter eã quæ facta eſt in ijs qui cũ Chriſto ſurrexerunt, aut præter ſpiritualem reſurrectionẽ, qua per fidẽ credentes in Chriſtũ reſurgunt. b Atque his nouis vanitatibus, quorundã vanorũ hominum fidẽ iam ſubuerterũt. Qui enim ſic à fide facilè excidũt, firmi nõ fuerunt. c In electis autem Dei ſtat firma fides, velut fundamentum eccleſiæ, ſuper quã Deus ſuam eccleſiam ædificauit, d & velut deſculptum habet in ſe fundamentum illud, huiuſcemodi ſignaculum, quo & conſignatur & cõfirmatur. e Cognouit ſuos dominus, & reſpectum habet ad eos, vt impleat in eis prædeſtinationẽ ſuam, f & ab iniquitate recedit, omnis qui cõfitetur & inuocat de puro corde, & fide perfecta, nomẽ

a Ex quibus eſt Hymenæus et Phyletus qui à veritate exciderunt, dicentes reſurrectionẽ eſſe iam factã.

b & ſubuerterũt quorundam fidẽ.

c & firmum fundamẽtũ Dei ſtat.

d habens ſignaculum hoc.

e Cognouit dominus qui ſunt ſui.

f & diſcedit ab iniquitate omnis, qui inuocat nomẽ domini.

domini. Reſpectus enim diuinæ bonitatis, liberij arbitrij p gratiã cooperatio, quorũ alterum in prima ſignaculi parte, alterũ in poſteriori, confirmant atque ſtabiliunt ſemper electos & velut certificant: quòd nunquàm electi fideles deficient in finem, à quibus ſuſtinetur tanquàm â fundamẽto, ſancta ecclesia. Nihil autem mirum, ſi permittat Deus, etiam inter ſuos, eſſe qui cadant à fide. a Quẽadmodum in magna domo vt ſit perfecta in omnibus vtenſilibus: nõ ſatis eſt eſſe vaſa decoris precioſa, aurea ſiue argentea, ſed etiã vilia ſunt, lignea & fictilia. b Et quædam quidem ad honorificos vſus aptata, alia ad vſus cõtemptibiles atque abiectos ita indubiè, ſiue in hoc mundo magno, ſiue etiam in Chriſti eccleſia graduum & ordinis meritorúmque diuerſitas ab optimo patrefamilias, ad gloriam domus ordinatur. c Si quis itaque modò exiſtens fictile vas nullius pretij, ſtuduerit abiectis prophanis illis propter quę fictile vas & ter-

a In magna autẽ domo nõ ſolùm vaſa ſunt aurea, & argentea, ſed & lignea & fictilia.

b Et quædam quidem in honorem, quædam autẽ in contumeliam.

c Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonũ paratũ.

& terreum nominatur,per ſanã fidem ſe expurgare, fiet vas ſanctificatũ & honorabile,& domino placitè deſeruiẽs aptũ in omne opus bonum,& ſic vſum habebit honorificum. a Deſyderia autẽ immoderata,quæ rationis freno nõ reguntur,cuiuſmodi ſolẽt eſſe iuuenum, in quibus viget carnis concupiſcentia,fuge modis omnibus. b Contra verò,omni ſtudio conare,vt illis cõtraria bona cõſequaris.Nempeverò iuſtitiam,fidẽ,ſpẽ, charitatem,& pacẽ cum ijs qui cõfitentur dominum de corde puro. c Stultas aũt & quæ nihil erudiũt vanas quæſtiones,abiice vt nõ occuperis in illis:ſciens ꝙ præter contentiones nihil generãt. d Nõ eſt autẽ cõgruum ſeruis Dei,vt contentionibus deſeruiant:ſed oportet ſeruum Dei erga oẽs mãſuetudinem gerere,vt nõ cõcitetur paſſionibus inordinatis, iracundiæ, aut impatiẽtiæ, e paratũ eſſe & beneuolũ ad docendum infirmos, atque ignorantes,malos & improbos patiẽter ſuſtinentẽ, f cũ modeſtia

a Iuuenilia autẽ deſyderia fuge.

b Sectate verò iuſtitiam,fidẽ,ſpem & charitatẽ, & pacẽ,cum his qui inuocant dominũ de corde puro.

c Stultas autẽ & ſine diſciplina quæſtiones deuita,ſciens quia generant lites.

d Seruum autem domini,non oportet litigare, ſed mãſuetum eſſe ad omnes,

e docilem, patientem,

f cũ modeſtia,corripientem eos qui reſiſtunt veritati.

a Ne quādo Deus det illis pœnitētiā ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis:
b à quo captiui tenētur ad ipſius voluntatem.

deſtia mature corripientē eos qui veritati contradicunt, aut non acquieſcunt qui nondū in erroribus credūtur obdurati: a ſi fortè aliquando illuminati à Deo pœniteant de errore, & reuertātur ad cognitionem veritatis & eripiantur è diaboli laqueis: hoc eſt erroribꝰ infidelitatis, b quibus obſtricti detinebantur, iuxta eius voluntatem agentis illos & impellētis, pro ſuo nequiſsimo placito.

TEXTVS
Cap. III.

a Hoc autem ſcito, quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa,
b & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi,
c elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nō obedientes.
d ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace: criminatores, incontinentes, immites:

Elucidatio CAP. III.

Ha Oc autē ſcire te volo, ꝙ ſpiritu prædicante cognouimus, ventura eſſe circa mundi cōſummationē periculoſa tēpora plena iniquitatibus. b Erunt enim tūc hoīes magna ex parte ſui amatores, qđ eſt oīs mali origo, auaritiæ cupiditate, exæſtuātes ad iuſtitiā, c per elationē magna quærētes, & ꝓ ſuperbiā de ſe ipſis plusꝗ æquum eſt ſentientes, ad cōuicia prompti, parentibus ac ſuperioribus rebelles. d Deo atque hominibus ingrati, ſcelerati atque ꝓphani, qui nec naturalis affectū pieta-

pietatis habent, neque pacta ſeruare curant, aut fœdera pacis, calumniatores, neſcientes continere, a immites, bonitatem nõ amãtes, proditores proterui, inflatione tumidi, cæci & voluptatum magis quàm Dei amatores, b ſanctitatem exteriori apparentia præ ſe ferentes atque ſimulantes cuius tamen vim atque veritatẽ factis abnegant. c Hos autẽ omnibus modis, cuilibet Chriſtiano cẽſeo deuitandos. d Tales enim iam eſſe cœperunt quidam, qui clanculum ſubintrãtes in domos (vt in tenebris doctrinã doceant tenebrarũ) errorum vinculis irretiũt credulas atque inſtabiles mulierculas (& ſi qui illis ſimiles ſunt virilis ſexus) peccatis onuſtas, e ſequentes varias ſuas quibus ſolicitantur cõcupiſcentias perſuaſæ blandientium Pſeudoapoſtolorũ falſis doctrinis, f quæ cùm ſemper diſcãt nũquàm ſunt tamẽ ad veritatis notitiã peruẽturæ, donec falſis iſtis doctoribus aures prębuerint. g Quẽadmodũ autẽ Iãnes & Mãbres magi Phara-

a ſine benignitate: proditores, proterui, tumidi, cæci, & voluptatum amatores magis quàm Dei,
b habentes ſpeciẽ quidẽ pietatis, virtutem autem eius abnegantes.
c Et hos deuita.
d Ex his enim sũt qui penetrant domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis,
e quæ ducũtur varijs deſyderijs,
f ſemper diſcẽtes & nunquàm ad ſcientiam veritatis peruenientes.
g Quemadmodũ autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita et hi reſiſtunt veritati.

Pharaonis regis, Moyſi ſeruo Dei reſiſtebant, vt non haberetur eius ſermonibus fides: ita & hi veritati obſiſtũt, vt alios à fide recta auertant: a homines mẽtis iudicio penitus corrupti, & circa fidei veritatẽ reprobi, ac deſperati. b Sed nõ in finẽ vſque ſemper proficiẽt. c Futurũ eſt enim ſuo tẽpore vt eorum vanitas atque falſitas manifeſtetur omnibus, ſicut & illarũ inſipientia tandẽ conuicta fuit, quando Pharao cũ vniuerſo ſuo exercitu ex illorum cõſilio malo, fuit demerſus in profundũ. d Tu verò me rectè & diligenter inſequutus, mihi ſimilis factus es in omnibus. Nẽpe in doctrina veritatis, in morum recta inſtitutione, in virtutis firmo ꝓpoſito, in fide ſyncera & lõganimitate, in vera charitate, in forti patientia, e in perſecutionibus quoque & afflictionibus varijs, quales mihi illatæ ſunt Antiochiæ, Iconij, & Liſtris. In talibus, inquã, perſecutionibꝰ, quales ego in his & alijs cõpluribꝰ locis ſuſtinui, & gratia Dei nullæ mihi præualue-

a homines corrupti mente, reprobi circa fidem,

b ſed vltrà non proficient.

c Inſipiẽtia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut illorum fuit.

d Tu autẽ aſſecutus es meã doctrinam, inſtitutionẽ propoſitum, fidẽ, longanimitatem, dilectionem, patiẽtiam,

e ꝑſecutiones, paſſiones: qualia facta ſint mihi Antiochiæ, Iconij, Liſtris, quales perſecutiones ſuſtinui, & ex omnibus eripuit me dñs,

ualuerunt. a Et omnes qui vitam piam atque Chriſtianã ducere vo lunt, animo oportet eſſe forti & præparato ad tolerantiam perſecutionum, quas ſolent impij melioribus inferre, atque etiam caro cũ dæmonijs. b Peruerſi autem homines quorũ eſt ſtudium ſimpliciores ſeducere, pergent in malitia ſua à Deo derelicti: ipſi miſere errantes, & (quod intolerabile eſt) alios ſecum in errorem trahẽtes. c Tu autem perſta firmus, in his quę me docente didiciſti, & tibi ſunt commiſſa vt alios doceas. d Sta, inquam, firmus nihil hæſitans, quoniam noſti me, qui te vt à Chriſto accepi, edocui: & quis ſim, quæue conuerſatio mea, optimè noſti. e Accedit, quod ab annis teneris ſanctæ ſcripturæ eruditionem accepiſti, quæ te ſatis poteſt erudire ad conſequendam ſalutem, per medium fidei Chriſtianæ quam habes, ſine qua legis doctrina à Chriſto magis alienat. f Oĩs enim ſcriptura quã ex inſpiratiõe diuina loquuti ſunt ſancti hoĩes, vtilis eſt: ad docen-

a Et omnes qui piè volunt viuere à Chriſto Ieſu, pſecutionẽ patiẽtur.

b Mali autem homines & ſeductores, proficiẽt in peius errantes, & in errorem mittẽtes.

c Tu verò permane in his quæ didiciſti,

d & credita ſunt tibi ſciens à quo didiceris:

e & quia ab infantia ſacras literas noſti quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidẽ quæ eſt in Chriſto Ieſu.

f Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum,

docendum & demonſtrandum veritatis dogmata,& ad contradicẽtes reuincendum. a Item ad corripiendum errantes,& ad erudiendum inſtituendúmque in rectam viam virtutis, b vt perfectus fiat qui inſtruitur fidelis ad vacãdum omnibus operibus bonis.

a ad corripiendũ, ad erudiendum in iuſtitia, b vt perfectus ſit homo Dei ad oẽ opus bonum inſtructus.

TEXTVS Cap. IIII.

a Teſtificor corã Deo & Ieſu Chriſto qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduentum ipſius, & regnum eius:

b prædica verbũ, inſta opportune, importune:

c Argue, obſecra, increpa,

d in omni patientia & doctrina.

Elucidatio CAP. IIII.

Da Enũcio igitur ego tibi, omnibúsque poſt te futuris gregis Dñici paſtoribus teſtẽ inuocãs Deũ,qui iudicaturus eſt ſuo tẽpore vniuerſos, ſiue viuos, ſiue iã olim morte ſolutos: & per reuerẽdũ eius aduentũ,ac ſuperuẽturum regnũ,obteſtor vt nõ torpeas in Euangelij prædicatiõe. b Imò verò aſsiduus inſiſte, quoties & vbicunque opportunitatẽ captare fructúmque ſperare potueris: c Nũc demonſtrando docens fidei veritatem,nunc obſecrando,exhortãs, nunc acrius increpando vitia inſectans: d Idque,ſalua ſemper patiẽtia,erga malos hoĩes atque inobediẽtes,& erga infirmos minuſque perfectos,inſtructiõe diligẽti.

Hæc

Hęc aũt age,dũ tẽpus habes, a Vẽturũ eſt enim aliqñ tẽpus,in quo ſalutarẽ & verã doctrinã nolent audire hoïes:ſed iuxta ſua carnalia deſyderia,ipſi prurientes auribus (hoc eſt titilari blandiriq́ue ſibi à falſis doctoribus deſyderãtes) cõquirẽt ſibi prędicatores plurimos, qui eis loquantur placentia,& prurientes titilent mollibus carnis ſermonibus: b & veritatẽ quidẽ pũgentem ac mordẽtẽ nolẽt audire, ſed fabuloſas & cõfictas hoĩm doctrinas quærẽt,q̃bus in ſuis vitijs ac cõcupiſcẽtijs foueãtur. c Tu per omnia,labora ac ſuſtine,ne fatigeris: d fac quod Dei Euangeliſtam,atque Euangelij prædicatorẽ decet: adminiſtrationẽ tibi cõmiſſam ꝑfectè impleas, & ſobrius eſto in oĩbus.Hęc enim tibi in hæreditatẽ relinquo. e Ego enim iã pro Chriſti cõfeſsione breui ſum immolãdus,& in ꝓximo imminet tẽpus depoſitiõis ac mortis meæ. f Donec placuit dño in huius corporis me vita ſeruare,maximè poſt eius fidẽ ſemel ſuſceptã, militiam

a Erit enim tempus cum ſanã doctrinam non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus,

b & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

c Tu verò vigila, ĩ omnibus labora,

d opus fac Euangeliſtæ miniſteriũ tuũ imple, ſobrius eſto.

e Ego enim iam delibor & tempus reſolutiõis meæ inſtat.

f bonum certamẽ certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui.

conſtituit prædicatorem & Apoſtolum & peculiariter Gentium doctorem.

a ob quã cauſam etiam hæc patior, ſed non cõfundor.

a Ob quam cauſam etiam has afflictiones & vincula patior, tametſi de ijs non erubeſcã quæ mihi ex hoc officio obueniunt.

b Scio enim cui credidi, & certus ſum quia potẽs eſt depoſitum meum ſeruare ĩ illũ diẽ.

b Ego enim noui, quis ille ſit cui crediderim, nec de eius aut potentia, aut fidelitate, quicquàm hæſito. Et hoc ſcio fimiſsimè, ꝙ is cui credidi vocanti, potens eſt, quicquid in manus eius cõmendauero: ſeruare in tuto, vſque in nouiſsimum iudicij diem.

c Formam habe ſanorum verborũ quæ à me audiſti, in fide & dilectione, ĩ Chriſto Ieſu.

c Sint tibi velut forma, ſiue exemplum, in docendo, atque viuẽdo, ſermones illi veraces & recti, quos à me didiſciſti in fide recta, cum operante charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

d Bonum depoſitũ cuſtodi per ſpiritum ſanctũ, qui habitat in nobis.

d Illud bonum depoſitũ, quod eſt tibi cõmiſſum, nempe munus Euãgelicum cuſtodi per ſpiritum ſanctum, qui in nobis inhabitat. Ille enim eſt, qui & apud nos dona deponit, & ad depoſita ſeruanda nobis auxiliatur.

e Scis enim hoc, quod auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phygelus, & Hermogenes.

e Credo enim ſcire te, quemadmodũ Aſia in penè omnes, qui videbantur mihi ad-

hæſiſſe

hæſiſſe à me abſceſſerint: ex quorũ numero ſunt, Phygelus, & Hermogenes. Quò magis te eniti oportet vt fideliter agas, quum pauci ſint veri fideléſque operarij. a Faciat dñs miſericordiã cum Oneſiphori familia, qa ſæpius me cõſolationib⁹ ſuis recreauit & captiuitatẽ meã nõ modò nõ erubuit, ſed Romæ exiſtẽs ſolicitè me reqſiuit, egítque diligenter, vt pateret ſibi ad me acceſſus, & inuenit quẽ quęſiuit. b Reddat illi dñs viciſsitudinẽ vt inueniat apud ſe miſericordiã, in die retributiõis. c Neque enim modò cœpit bñfacere, q multa mihi & magna miniſteria Epheſi ſępi⁹ exhibuit, vt tu optĩe noſti.

a Det miſericordiam dñs Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit & catenã meã non erubuit, ſed cùm Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit, et inuenit.

b Det illi dominus inuenire miſericordiam à Deo in illa die.

c Et quãta Epheſi miniſtrauerit mihi, tu melius noſti.

TEXTVS *Cap. II.*

a Tu ergo fili mi, confortare in gratia, quæ eſt in chriſto Ieſu.

b Et quæ audiſti à me per multos teſtes hæc cõmenda fidelibus hominibus qui idonei erũt et alios docere.

E*lucidatio* CAP. II.

TAV igitur fili mi quò pauciores vides fideles operarios, eò magis corroborare, vt fortiter agas, per gratiã Chriſti. b Et quæ audiſti ex me, palam coram oĩbus prædicante, hæc ipſa veritatis dogmata doce alios fideles & fide dignos, qui ea populo valeãt prædicare latiúſque diſſeminare:

a Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.

a labora, ac ſuſtine, tanquàm miles ſtrenuus Chriſti Ieſu.

b Nemo militans deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus vt ei placeat, cui ſe probauit.

b Quiſquis ſectator bonus vult eſſe militiæ, potiſsimum Chriſtianæ, neceſſe eſt vt à curis atque negotijs huius vitæ ſeſe expediat, vt illi totus placere ſtudeat, cuius ſe militiæ addixit, & à quo ad militandum eſt ſuſceptus.

c Nã & qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.

c Itẽ & qui in certamine publico decertat, non merebitur brauiũ accipere niſi vt oportet, iuxta certaminis leges, decertauerit, nihil omittens eorũ quę ſunt requiſita, nulliſque parcens laboribus.

d Laborãtẽ agricolam oportet primùm de fructibus accipere.

d Et agricolã laboraſſe oportet, priuſquàm fructus percipiat, qui poſt labores ſolatium accipit fructuum.

e Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus in oĩbus intellectum.

e Quæ tibi per ſimilitudines dico, ad intelligẽtiam debes moralẽ transferre. Dabit autem tibi, vt ſpero, dominus cui militas intellectũ plenũ in omnibus, quæ tibi ac tuis erunt neceſſaria.

f Memor eſto, dominũ Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid.

f Ne aũt te certamina laborũ deterreãt, in memoriã ſubinde reuoces velim, quemadmodũ dñs noſter Ieſus Chriſtus, deuicta mortis moleſtia, ad vitam glorioſus reſurrexit,

rexit, qui erat ex progenie Dauid, a iuxta Euāgeliū, quod ego prædico: propter quod & laboro, grauia ſuſtinēs, vſque ad vincula quibus ſum alligatus, quaſi maleſactor aut ſceleratus: b quanquàm verbū domini ligari nō queat manens liberū, & pertranſiens in vniuerſum orbē terrarum. c Cuius gratia omnia quæcūque Deo permittēte obuenire poſſunt, paratus ſum ſufferre, ad vtilitatem electorum: vt quos elegit ipſe, conſequātur ſalutem, quā Chriſtus peperit omnibus credentibus, cum gloria ſempiterna quę reuelabitur in cœlis. d Sermo hic, fide dignus eſt. Si enim in hac vita fuerimus cū chriſto mortificati à deſyderijs concupiſcentiæ noſtræ, ſuo tēpore pariter cū eo glorificabimur, atque regnabimus. e Si nunc negauerimus eum infideli cogitatione, verbo, aut peruerſo opere, & ille nos nolet agnoſcere in nouiſsimo. f Si nos increduli & inobedientes fuerimus, permanet nihilominus ille firmus: & in ſe & in verbis quæ ſe-

a ſecundùm Euāgelium meum, in quo laboro vſq; ad vincula, quaſi malè operans,

b ſed verbū Dei, nō eſt alligatum.

c Ideò omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt ī chriſto Ieſu, cum gloria cœleſti.

d Fidelis ſermo. nā ſi commortui ſumus, & conuiuemus. Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.

e ſi negauerimus, & ille negabit nos.

f Si nō credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſū non poteſt.

mel definiuit, neque contra id quod ſemel definiuit poterit facere, cùm ſententiã protulit dicẽs: Qui non crediderit cõdẽnabitur, vt certus ſit de ſua dãnatione, quiſquis modò in eũ credere recuſat. a Hęc atque huiuſmodi ſunt quę te oportet admonere populum, atque cũ authoritate proponere, velut Deo teſte ac iudice. b Caue aũt cõtendas verbis cũ infidelibus & importunis hoĩb⁹. c Hoc enim nihil adfert vtilitatis: imò auditorum fidẽ ſubuertit nonnunquàm. d Omni aũt cura adnitere, vt teipſum exhibeas Deo probatum & beneplacẽtem, in operibus tuis cõfuſibilẽ, vt de nullo opere tuo poſſis iure cõfundi, rectè adminiſtrãtem, atque pro cuiuſque captu diſtribuentẽ verbũ veritatis. e Prophana autẽ & vana cõficta dogmata repellas. f Nam ſi admiſſa fuerint & nõ ſtatim repudientur, excreſcẽt quãtotius ad ampliorẽ impietatẽ, g & ſermo huiuſmodi vaniſſimorũ hominũ, admodum morbi, qui cãcer vulgo dicitur, ſe ſpar-

a Hæc cõmone, teſtificans coram domino.

b Noli contendere verbis.

c Ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.

d Solicitè autẽ cura teipſum probabilem exhibere Deo, operariũ incõfuſibilem, rectè tractantem verbũ veritatis.

e Prophana aũt et vaniloquia deuita.

f Multùm enim proficiunt ad impietatem:

g & ſermo eorũ, vt cancer ſerpit.

ſpargēs latius, etiā ſanos ī fide inſi cit atque corrūpit, ſi nō adhibeat debitæ redargutionis remedium. a De quorū numero ſunt Hymenæus & Phyletus: qui à veritate deuiarūt, aſſerētes nō expectandā eſſe vlteriorē ex mortuis reſurrectionē, præter eā quæ facta eſt in ijs qui cū Chriſto ſurrexerunt, aut præter ſpiritualem reſurrectionē, qua per fidē credentes in Chriſtū reſurgunt. b Atque his nouis vanitatibus, quorundā vanorū hominum fidē iam ſubuerterūt. Qui enim ſic à fide facilè excidūt, firmi nō fuerunt. c In electis autem Dei ſtat firma fides, velut fundamentum eccleſiæ, ſuper quā Deus ſuam eccleſiam ædificauit, d & velut deſculptum habet in ſe fundamentum illud, huiuſcemodi ſignaculum, quo & conſignatur & cōfirmatur. e Cognouit ſuos dominus, & reſpectum habet ad eos, vt impleat in eis prædeſtinationē ſuam, f & ab iniquitate recedit, omnis qui cōfitetur & inuocat de puro corde, & fide perfecta, nomē

a Ex quibus eſt Hymenæus et Phyletus qui à veritate exciderunt, dicentes reſurrectionē eſſe iam factā.

b & ſubuerterūt quorundam fidē.

c & firmum fundamētū Dei ſtat.

d habens ſignaculum hoc.

e Cognouit dominus qui ſunt ſui.

f & diſcedit ab iniquitate omnis, qui inuocat nomē domini.

domini. Reſpectus enim diuinæ bonitatis, liberij arbitrij p gratiã cooperatio, quorũ alterum in prima ſignaculi parte, alterũ in poſteriori, confirmant atque ſtabiliunt ſemper electos & velut certificant: quòd nunquàm electi fideles deficient in finem, à quibus ſuſtinetur tanquàm à fundamẽto, ſancta eccleſia. Nihil autem mirum, ſi permittat Deus, etiam inter ſuos, eſſe qui cadant à fide. a Quẽadmodum in magna domo vt ſit perfecta in omnibus vtenſilibus: nõ ſatis eſt eſſe vaſa decoris precioſa, aurea ſiue argentea, ſed etiã vilia ſunt, lignea & fictilia. b Et quædam quidem ad honorificos vſus aptata, alia ad vſus cõtemptibiles atque abiectos ita indubiè, ſiue in hoc mundo magno, ſiue etiam in Chriſti eccleſia graduum & ordinis meritorúmque diuerſitas ab optimo patrefamilias, ad gloriam domus ordinatur. c Si quis itaque modò exiſtens fictile vas nullius pretij, ſtuduerit abiectis prophanis illis propter quę fictile vas & ter-

a In magna aũt domo nõ ſolùm vaſa ſunt aurea, & argentea, ſed & lignea & fictilia.

b Et quædam quidem in honorem, quædam autẽ in contumeliam.

c Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonũ paratũ.

& terreum nominatur, per ſanã fidem ſe expurgare, fiet vas ſanctificatũ & honorabile, & domino placitè deſeruiẽs aptũ in omne opus bonum, & ſic vſum habebit honorificum. a Deſyderia autẽ immoderata, quæ rationis freno non reguntur, cuiuſmodi ſolẽt eſſe iuuenum, in quibus viget carnis concupiſcentia, fuge modis omnibus. b Contra verò, omni ſtudio conare, vt illis cõtraria bona cõſequaris. Nempe verò iuſtitiam, fidẽ, ſpẽ, charitatem, & pacẽ cum ijs qui cõfitentur dominum de corde puro. c Stultas aũt & quæ nihil erudiũt vanas quæſtiones, abiice vt nõ occuperis in illis: ſciens ꝙ præter contentiones nihil generãt. d Nõ eſt autẽ cõgruum ſeruis Dei, vt contentionibus deſeruiant: ſed oportet ſeruum Dei erga oẽs mãſuetudinem gerere, vt nõ cõcitetur paſſionibus inordinatis, iracundiæ, aut impatiẽtiæ, e paratũ eſſe & beneuolũ ad docendum infirmos, atque ignorantes, malos & improbos patiẽter ſuſtinentẽ, f cũ modeſtia

a Iuuenilia autẽ deſyderia fuge.

b Sectate verò iuſtitiam, fidẽ, ſpem & charitatẽ, & pacẽ, cum his qui inuocant dominũ de corde puro.

c Stultas autẽ & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quia generant lites.

d Seruum autem domini, non oportet litigare, ſed mãſuetum eſſe ad omnes,

e docilem, patientem,

f cũ modeſtia, corripientem eos qui reſiſtunt veritati.

a Ne quãdo Deus det illis pœnitẽtiã ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis:
b à quo captiui tenẽtur ad ipſius voluntatem.

deſtia mature corripientẽ eos qui veritati contradicunt, aut non acquieſcunt qui nondũ in erroribus credũtur obdurati: a ſi fortè aliquando illuminati à Deo pœniteant de errore, & reuertãtur ad cognitionem veritatis & eripiantur è diaboli laqueis: hoc eſt errorib⁹ infidelitatis, b quibus obſtricti detinebantur, iuxta eius voluntatem agentis illos & impellẽtis, pro ſuo nequiſsimo placito.

TEXTVS Cap. III.

a Hoc autem ſcito, quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa,
b & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi,
c elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nõ obedientes.
d ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace: criminatores, incontinentes, immites:

Elucidatio CAP. III.

HOc autẽ ſcire te volo, ꝙ ſpiritu prædicante cognouimus, ventura eſſe circa mundi cõſummationẽ periculoſa tẽpora plena iniquitatibus. b Erunt enim tũc hoĩes magna ex parte ſui amatores, qđ eſt oĩs mali origo, auaritiæ cupiditate, exæſtuãtes ad iuſtitiã, c per elationẽ magna quærẽtes, & ꝑ ſuperbiã de ſe ipſis plusꝙ̃ æquum eſt ſentientes, ad cõuicia prompti, parentibus ac ſuperioribus rebelles. d Deo atque hominibus ingrati, ſcelerati atque ꝓphani, qui nec naturalis affectũ

pieta-

pietatis habent, neque pacta ſeruare curant, aut fœdera pacis, calumniatores, neſcientes continere, a immites, bonitatem nõ amãtes, proditores proterui, inflatione tumidi, cæci & voluptatum magis quàm Dei amatores, b ſanctitatem exteriori apparentia præ ſe ferentes atque ſimulantes cuius tamen vim atque veritatẽ factis abnegant. c Hos autẽ omnibus modis, cuilibet Chriſtiano cẽſeo deuitandos. d Tales enim iam eſſe cœperunt quidam, qui clanculum ſubintrãtes in domos (vt in tenebris doctrinã doceant tenebrarũ) errorum vinculis irretiũt credulas atque inſtabiles mulierculas (& ſi qui illis ſimiles ſunt virilis ſexus) peccatis onuſtas, e ſequentes varias ſuas quibus ſolicitantur cõcupiſcentias perſuaſæ blandientium Pſeudoapoſtolorũ falſis doctrinis, f quæ cùm ſemper diſcãt nũquàm ſunt tamẽ ad veritatis notitiã peruẽturæ, donec falſis iſtis doctoribus aures prębuerint. g Quẽadmodũ autẽ Iãnes & Mãbres magi.

a ſine benignitate: proditores, proterui, tumidi, cæci, & voluptatum amatores magis quàm Dei,

b habentes ſpeciẽ quidẽ pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

c Et hos deuita.

d Ex his enim sũt qui penetrant domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis,

e quæ ducũtur varijs deſyderijs,

f ſemper diſcẽtes & nunquàm ad ſcientiam veritatis peruenientes.

g Quemadmodũ autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita et hi reſiſtunt veritati.

Phara-

Pharaonis regis, Moyſi ſeruo Dei reſiſtebant, vt non haberetur eius ſermonibus fides: ita & hi veritati obſiſtũt, vt alios à fide recta auertant: a homines mẽtis iudicio penitus corrupti, & circa fidei veritatẽ reprobi, ac deſperati. b Sed nõ in finẽ vſque ſemper proficiẽt. c Futurũ eſt enim ſuo tẽpore vt eorum vanitas atque falſitas manifeſtetur omnibus, ſicut & illarũ inſipientia tandẽ conuicta fuit, quando Pharao cũ vniuerſo ſuo exercitu ex illorum cõſilio malo, fuit demerſus in profundũ. d Tu verò me rectè & diligenter inſequutus, mihi ſimilis factus es in omnibus. Nẽpe in doctrina veritatis, in morum recta inſtitutione, in virtutis firmo ꝓpoſito, in fide ſyncera & lõganimitate, in vera charitate, in forti patientia, e in perſecutionibus quoque & afflictionibus varijs, quales mihi illatæ ſunt Antiochiæ, Iconij, & Liſtris. In talibus, inquã, perſecutionibꝰ, quales ego in his & alijs cõpluribꝰ locis ſuſtinui, & gratia Dei nullæ mihi præualue-

a homines corrupti mente, reprobi circa fidem,

b ſed vltrà non proficient.

c Inſipiẽtia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut illorum fuit.

d Tu autẽ aſſecutus es meã doctrinam, inſtitutionẽ propoſitum, fidẽ, longanimitatem, dilectionem, patiẽtiam,

e ꝑſecutiones, paſſiones: qualia facta ſint mihi Antiochiæ, Iconij, Liſtris, quales perſecutiones ſuſtinui, & ex omnibus eripuit me dñs,

ualuerunt. a Et omnes qui vitam piam atque Chriſtianã ducere volunt, animo oportet eſſe forti & præparato ad tolerantiam perſecutionum, quas ſolent impij melioribus inferre, atque etiam caro cũ dæmonijs. b Peruerſi autem homines quorũ eſt ſtudium ſimpliciores ſeducere, pergent in malitia ſua à Deo derelicti: ipſi miſere errantes, &(quod intolerabile eſt) alios ſecum in errorem trahẽtes. c Tu autem perſta firmus, in his quę me docente didiciſti, & tibi ſunt commiſſa vt alios doceas. d Sta, inquam, firmus nihil hæſitans, quoniam noſti me, qui te vt à Chriſto accepi, edocui: & quis ſim, quæue conuerſatio mea, optimè noſti. e Accedit, quod ab annis teneris ſanctæ ſcripturæ eruditionem accepiſti, quæ te ſatis poteſt erudire ad conſequendam ſalutem, per medium fidei Chriſtianæ quam habes, ſine qua legis doctrina à Chriſto magis alienat. f Oĩs enim ſcriptura quã ex inſpiratiõe diuina loquuti ſunt ſancti hoĩes, vtilis eſt: ad docen-

a Et omnes qui piè volunt viuere à Chriſto Ieſu, pſecutionẽ patiẽtur.

b Mali autem homines & ſeductores, proficiẽt in peius errantes, & in errorem mittẽtes.

c Tu verò permane in his quæ didiciſti,

d & credita ſunt tibi ſciens à quo didiceris:

e & quia ab infantia ſacras literas noſti quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidẽ quæ eſt in Chriſto Ieſu.

f Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum,

Hęc aũt age, dũ tẽpus habes, a Vẽturũ eſt enim aliqñ tẽpus, in quo ſalutarẽ & verã doctrinã nolent audire hoĩes: ſed iuxta ſua carnalia deſyderia, ipſi prurientes auribus (hoc eſt titilari blandirique ſibi à falſis doctoribus deſyderãtes) cõquirẽt ſibi prędicatores plurimos, qui eis loquantur placentia, & prurientes titilent mollibus carnis ſermonibus: b & veritatẽ quidẽ pũgentem ac mordẽtẽ nolẽt audire, ſed fabuloſas & cõfictas hoĩm doctrinas quærẽt, qbus in ſuis vitijs ac cõcupiſcẽtijs foueãtur. c Tu per omnia, labora ac ſuſtine, ne fatigeris: d fac quod Dei Euangeliſtam, atque Euangelij prædicatorẽ decet: adminiſtrationẽ tibi cõmiſſam pfectè impleas, & ſobrius eſto in oĩbus. Hęc enim tibi in hæreditatẽ relinquo. e Ego enim iã pro Chriſti cõfeſsione breui ſum immolãdus, & in pximo imminet tẽpus depoſitiõis ac mortis meæ. f Donec placuit dño in huius corporis me vita ſeruare, maximè poſt eius fidẽ ſemel ſuſceptã, militiam

a Erit enim tempus cum ſanã doctrinam non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſyderia coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus.

b & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

c Tu verò vigila, ĩ omnibus labora, d opus fac Euangeliſtæ miniſteriũ tuũ imple, ſobrius eſto.

e Ego enim iam delibor & tempus reſolutiõis meæ inſtat.

f bonum certamẽ certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui.

a In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,

b quã reddet mihi dominus in die illa, iuſtus iudex.

c Non ſolùm aũt mihi, ſed & ijs, qui diligunt aduẽtum eius.

d Feſtina ad me venire citò.

e Demas enim me reliquit, diligens hoc ſæculũ, & abijt Theſſalonicã, Creſcens in Galatiã, Titus in Dalmatiam.

f Lucas eſt mecũ ſolus.

g Marcum aſſume, et adhuc tecũ: eſt enim mihi vtilis in miniſterio. Tychicum autẽ, miſi Ephеſum.

iſtã bonã ſolicitè ac laborioſè per egi, curſum vitæ meæ, cũ omni diligentia, vſque ad finem perduxi. a Quod ſupereſt expecto illud æternæ gloriæ præmium: Coronã, inquam, ex iuſtitia pollicitantis iudicis victoribus debitã, b quam (non dubito) reddet mihi pro labore certaminis ac curſus mei, ſecundùm fidelitatem promiſsionis ſuæ, iuſtus iudex. Chriſtus dñs, in nouiſsimo die. c Neque verò mihi ſoli, ſed & oĩbus quicũque in cõſcientia pura & in dilectiõe ſyncera præſtolantur aduentũ eius, cum operibus bonis ei obuiã pergẽtes, donec veniat. d Cura, vt quanto tius ad me venias. e Demas enim à noſtro ſodalitio ſe ſeparauit, fractus tribulationibus, amore huius ſęculi pertractus, & abijt Theſſalonicam. Creſcens in Galatiam eſt à me deſtinatus, & Titus in Dalmatiã. f Solus Lucas adeſt mihi, hoc tempore. g Marcũ veniens aſſume, & adhuc tibi comitẽ. Eſt enim in quo vtilis erit mihi, in miniſterium Chriſti. Tichycum autem miſi

Ephe-

Epheſum. a Penulã quam reliqui Troadæ apud Carpũ, cùm veneris, affer tecum, & libros, qui apud eundẽ ſeruãtur, maximè autẽ mẽbranas. b Alexãder autẽ ęrarius, mala plurima eſt aduerſum me conatus. Iuſtus dominus reddet illi, queẽadmodũ & omnibus, pro operibus mercedẽ condignã. Nolo enim grauius aliquid aduerſum ipſum dicere, nec pro malefactis maledictũ reddere. Tantùm, tu illum ac ſimiles deuita. c Valde enim obſtitit prędicationi noſtrę, & modis omnibus conatus eſt illã impedire. d In prima mea examinatione ac reſpõſione, cùm iam ante Neronem ſiſterer, nemo mihi fuit hominũ adiutor: e ſed timore ducti omnes, ſe occultauerunt, ita vt nemo pro me auderet palã agere. f Deũ precor, vt nõ illis imputet, quòd timore potius quàm malitia factũ cõſtat. Hoc autẽ non cõquærendo recito, ſed ad gloriã Chriſti: g qui mihi, oĩbus recedentibus, ſolus affuit, mẽque adiuuit ſpirituali cõfortatione ſua, h vt per

a Penulã quam reliqui Troadæ apud Carpũ, veniẽs affer tecum, & libros maximè aũt membranas. b Alexãder ærarius multa mala mihi oſtendit. Reddet illi dominus ſecũdùm opera eius quẽ & tu diuita.

c Valde enim reſtitit verbis noſtris. d In prima mea defenſione, nemo mihi adfuit, e ſed omnes me dereliquerunt: f non illis imputetur. g Dominus autẽ mihi aſtitit, & cõfortauit me, h vt per me prædicatio impleatur & audiãt omnes gentes,

a Et liberatus ſum de ore leonis. b Liberauit me dominꝰ ab omni opere malo, & ſaluũ faciet in regnum ſuum cœleſte, cui gloria, in ſæcula ſeculorum, Amẽ. c Saluta Priſcam & Aquilã, & Oneſiphori domũ. d Eraſtus remãſit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Feſtina ante hyemem venire. e Salutãt te Eubolus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes. f Dominus Ieſus Chriſtus cũ ſpiritu tuo: Gratia vobiſcum, Amen. Finis.

me Euangelica prædicatio ad perfectum perducatur, ita vt in ea ad mortẽ vſque perſeuerẽ: & audiant oẽs gentes per meã prædicationẽ edoctæ, conſtantiam fidei meæ, a quia liberatus ſum de ore leonis rugientis, ſiue inuiſibilis diaboli, ſiue Neronis viſibilis hominis dum nullis terroribus, nec ipſa quidem morte, à fidei firmitate auellere me potuerint. b Chriſtus dominus cõfortando me, liberauit ab omni opere malo, vt nomẽ eius nec verbo, nec opere, propter terrores negauerim, & faciet ſaluũ in ſuum regnũ cœleſte, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorũ, Amen. c Saluta meo nomine Priſcam & Aquilã, & Oneſiphori familiã. d Eraſtus remãſit Corinthi. Trophimũ autẽ reliqui infirmum Mileti. Feſtina vt ante hyemem ad me venias. e Salutãt te Eubolus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes qui nobiſcum ſunt. f Dominus Ieſus Chriſtus, ſit cum ſpiritu tuo, Amẽ. Sit gratia Dei vobiſcum, Amen.

Finis Elucidationis.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolã ad Titum Beati Pauli Apoſtoli.

TITVM ET IPSVM PRObatum diſcipulum reliquerat Apoſtolus Cretenſi inſulæ præfectum Epiſcopum, quomodo Timotheum Epheſijs præfecerat. Et hunc ergo, de ijs quæ ad ipſius ſpectabant officium, per Epiſtolam inſtruit. Et Primùm quidẽ, de Epiſcoporum & presbyterorum per ciuitates ſingulas ordinatione, mãdatum replicat. Et vt ſciat quales ordinare debeat, eorum conditiones latè ſimul & clarè, quomodo & apud Timotheum deſcribit. Atque poſt omnia illud peculiariter exigit in Epiſcopo, vt potens ſit per ſanã doctrinã, & exhortari fideles, & contradictores redarguere, ſuæ fidei rationem reddendo. Ait enim eſſe multos, qui egeant redargutione: potiſſimùm ex Iudæis ſuas vanitates docentibus. Teſtimonio verò Epymenidis poëtæ cuiuſdã Cretenſiũ fallaciã, malitiam, atq; duritiẽ, pigritiamq; & guloſitatẽ deſignans, eos vult durè & incircunciſe increpari, iuxta gentis conditionẽ: vt in fide recta permaneãt, fabulisq; nõ intendant. Per occaſionẽ autẽ breuiter determinat, per ſe nihil eſſe immundũ, ſed infidelibus eſſe immunda omnia: qui licet ore cõfitentur Deũ, factis tamen pernegãt. Secũdo dehinc capitulo diſcipulũ præceptor inſtruit, quomodo vnã-

 quanq;

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD Titum beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

PA AVLVS ſeruus Dei, & Apoſtolus Ieſu Chriſti, ad prędicandum fidem Chriſti, quàm omnes electi à Deo credunt, illámque veritatis doctrinã quàm Chriſto reuelante cognouimus, ad piè ſanctéque viuendum, in hoc ſæculo, b atque ita ſecurè expectandum vitam æternam, c quam Deus natura & eſſentia ſua verax, præfiniuit, & immutabiliter pręordinauit in æternitate, ante omnia tempora quæ præceſſerunt ab initio ſæculi: d manifeſtum autem fecit, tempore ad hoc deputato: hoc eſt nunc primùm in diebus iſtis no-

TEXTVS Epiſtolæ ad Titum beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

Paulus ſeruus Dei, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti, ſecundùm fidem electorum Dei, & agnitionẽ veritatis, quæ ſecundùm pietatem eſt,
b in ſpem vitæ æternæ,
c quam promiſit qui non mentitur Deus ante tempora ſæcularia,
d manifeſtauit aũt tẽporibus ſuis verbũ ſuũ, in prædicatiõe quæ credita eſt mihi ſecũdùm præceptũ ſaluatoris nr̃i Dei:

uiſsimis,verbū Euangelij ſui,in quo eſt vitæ huius promiſsio, per prædicationē quæ mihi eſt credita & cōmiſſa,vt fideliter eā exerceam, iuxtà quod iniunxit mihi dominus: a Ille,inquam, Paulus, ſalutem præcatur ſcribítque Tito, ob morū fidéique ingenuitatē verè dilecto filiò non carnis autē,ſed fidei,quæ eſt vtrique ex Dei munere cōmunis. b Gratia tibi ſit & pax à Deo patre noſtro,& domino Ieſu Chriſto, c Ob huius rei gratiam te Cretenſi inſulæ reliqui præfectū,vt ea quæ adhuc ordinanda diſponendáque ſuperſunt, paulatim diſponas, d & cōſtituas ſingulis ciuitatibus ſuos Epiſcopos, quemadmodū ordinaui, cū apud te præſens eſſem. e In ordinādis autē Epiſcopis conſyderandū eſt, vt tales ſint ordinandi,qui de nullo crimine poſsint meritò infamari,neque duas habuerint poſt baptiſmum vxores: f quorū filij (ſi quos habent) fideles ſint, ac bonis probatíſque moribus,vt nec de luxuria qualibet,nec de inobediētia

a Tito dilecto filio ſecundùm communem fidem.

b Gratia & pax, à Deo patre & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro.

c Huius rei gratia reliqui te Cretæ,vt ea quæ deſunt corrigas,

d & cōſtituas per ciuitates prasbyteros ſicut & ego diſpoſui tibi.

e Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir,

f filios habēs fideles,nō in accuſatiōe luxuriæ, aut non ſubditos.

poſsint

poſsint iure accuſari. a Oportet enim ſic eminere in ſua conuerſatione, eum qui in Epiſcopum venit conſecrãdus, vt de nullo criminе ſuſpectus habeatur, aut infamari poſsit: ſecundùm veritatem, aut probabilem æſtimationem, b ſicut decet diſpenſatorẽ atque præpoſitum domus Dei, quæ eſt eccleſia. Neque enim homines potentes fuerunt hominem malæ famæ habere ſuæ domus diſpenſatorem. c Oportet etiam eum eſſe non ſuperbum aut pertinacẽ proprijs placitis nimis inhærentem, nulliúsque conſilia admittentem: d Non facilem ad iram non, vino deditum, neque lingua, neque manu percuſſorem, non turpia lucra quærentem: e ſed econtrario oportet vt propter hoſpitalitatem ſectandam etiam ſua libenter impertiatur, vt ſit benignus & omnium amator bonorum, ſobrius in omnibus, iuſtus, ſanctus, continens, f cum amore ac diligentia inhærens fidelibus & veracibus ſermonibus, qui ad docẽdum

a Oportet enim Epiſcopũ ſine crimine eſſe,

b ſicut Dei diſpẽſatorem:

c non ſuperbum,

d non iracundũ, non vinolentũ, nõ percuſſorẽ, nõ turpis lucri cupidũ,

e ſed hoſpitalem, benignũ, prudentẽ, ſobriũ, iuſtum ſanctum, continentem,

f amplectentem eum qui ſecũdùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem.

a Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, et eos qui contradicunt arguere.
b Sũt enim multi etiã inobedientes, vaniloqui & ſeductores,
c maximè qui de circunciſione ſunt quos oportet redargui,
d qui vniuerſas domos ſubuertũt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.
e Dixit quidã ex ipſis proprius ipſorũ propheta: Cretenſes ſemꝑ mẽdaces, malæ, beſtiæ, ventres pigri.
f Teſtimoniũ hoc verum eſt.
g Quã ob cauſã increpa illos durè,
h vt ſani ſint in fide, nõ attenden-

ſunt accommodi: a vt his inſtructus, potens ſit exhortari ſubditos per doctrinã veritatis, & contradictores cũ authoritate reuincere atque confutare. b Sunt enim multi nõ ſubditi, vaniloqui, qui & mẽtes hominum ſeducunt in errores, c de quorũ numero præcipui ſunt carnales Iudęi, quos neceſſe eſt ſeuera correptione redargui, d qui magna diligẽtia per domos circũeuntes, quærunt à libertate & veritate Euãgelica homines paſsim abducere, inque ſuũ Iudaiſmum pertrahere, docentes quæ docẽda nõ ſunt, quæſtus gratia. e Dixit Epymenides poëta quidã, ex ipſis: Cretenſes ſemper mendaces, mali, irrationabiles, & duri beſtiarũ more, homines inertes, ac pigri, ventri dediti. f Hoc teſtimoniũ (quantũ ad plurimos, & loci peruerſam cõſuetudinẽ) nõ abhorret à vero. g Cùm igitur aptãdi ſint ſermones iuxta auditorũ qualitatem increpa illos durè & incircũciſè, nullis vtens ambagibus. h Sic enim eorum expedit ruditati, vt in fide

recta

recta firmi & integri permaneant, neque auditũ, vel animũ Iudæorũ fabuloſis narrationibus accommodent, aut humanis traditionibus: quibus ſolent occupari homines illi, qui veritate repulſa ad vanitates ſe conferunt: quemadmodũ (exempli gratia) de ciborum diſcretione multa ſolent præcipere quæ tamẽ vana pro hoc tẽpore prorſus exiſtunt. a Cùm ſecundum veritatem ſint & mũdis fidelibus hominibus omnia munda, ita vt nullus cibus fidelẽ poſsit cũ bona cõſcientia & gratiarũ actione manducantẽ coinquinare. b Contrà verò, infidelibus quos ſua infidelitas coinquinat nihil eſt mundũ: ſed eorũ & ratio & cõſcientia polluta eſt, ex quibus infidelitatis maculis omnis eſt eorũ pollutio, non ex cibo aut potu quẽ ſumunt. c Fatentur ore & exterioribus obſeruantijs, Deũ ſe noſſe & colere: factis autẽ contrariũ demonſtrãdum eius filij gratiam non recipiunt. d Cùm ſint hac cauſa execrabiles Deo & increduli, & ab omni opere vero bono

tes Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ auerſantiũ ſe à veritate.

a Omnia munda mundis.

b coinquinatis autẽ & infidelibus nihil eſt mũdum: ſed inquinata ſũt eorum & mens et conſcientia.

c Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

d Cùm ſint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.

deſpe-

deſperati. Nam qui gratiam Chriſti & fidem ſanam nõ recipit, nihil verè boni operis poteſt exercere.

Elucidatio CAP. II.

TEXTVS Cap. II.

a Tu autẽ loquere quæ decent ſanam doctrinam.

b Senes vt ſobrij ſint pudici, prudẽtes, ſani in ſide, in dilectione, in patientia.

c Anus ſimiliter in habitu ſancto, non criminatrices, non multo, vino ſeruientes,

d bene docentes, vt prudentiam doceant.

e Adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant,

Ta V autẽ è contrario loquere quæ ad ſalutarẽ doctrinam pertinẽt ſingulos quomodo in ſuo ſtatu rectè cõuerſentur inſtruens. b Doce ſenes eſſe ſobrios, grauitate venerabiles, in conſilijs atque agendis circunſpectos, ſynceros atque integros in fide, in charitate, & ſuſtinentia vt nõ fatigẽtur ſenectutis laboribus, aut diuturna expectatione futurorum bonorum. c Anus ſimiliter doce, vt tali vtautur habitu qui religioni ſit congruus, vt non ſint calumniatrices, detractionibus vacantes, neque ebrietatibus deditæ. d Sint autem & verbo & exemplo bono egregiè docentes, vt liceat ex ipſis prudentiã atque virtutes iunioribus addiſcere. Cùm enim publicè eis docere non permittatur, hac potiſsimùm ratione curandũ eſt, vt prudentiã vel moribus doceãt. e Adoleſcẽtiores etiã

doce

doce amare viros ſuos, filios diligere: hoc eſt, educare, & erudire. a prudẽtes eſſe in regẽda familia, caſtas eſſe ac puras, ſobrias, b domeſticam adminiſtrationẽ cordi habentes, benignas, & viris ſuis bene ſubditas, c vt per verbũ Dei & fides Chriſtiana non veniat in calumniam, quod futurũ eſſet, ſi prętextu Chriſtianitatis mulier viro cui cohabitat minus in licitis velit obtemperare. d Adoleſcentulos, præter hæc peculiariter admone, vt ſint in oĩbus ſobrij. Nam ſolent huiuſmodi luxui & gulæ amplius eſſe dediti. e Et vt habeãt authoritatẽ quę tu alios doces, in oĩbꝰ te præbe in exemplũ & formã, in operibus bonis, f in veritatis doctrina, in integritate morũ, atque in venerãda grauitate. g Verbũ quod loqueris ſit verũ, ſalutare atque proficuũ, & tale quod repræhendi, aut calũniari rationaliter nõ poſsit: h vt aduerſarij (ſi qui ſunt) confundantur intra ſe, cùm ſe viderint nihil habere ꝙ poſsint aduerſũ te rationabiliter obijcere.

a prudentes, caſtas, ſobrias,
b domus curam habentes, benignas, ſubditas viris ſuis,
c vt non blaſphemetur verbũ dei.
d Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint.
e In omnibus teipſum præbe exẽplum bonorum operum.
f In doctrina, in integritate, ĩ grauitate:
g verbum ſanũ, irreprehenſibile,
h vt is qui ex aduerſo eſt, veratur nihil habens malum dicere de nobis.

Seruos

a Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe in omnibus placẽtes,
b Non cõtradicẽtes, nõ fraudãtes, ſed in omnibus ſidem bonam oſtendentes,
c vt doctrinam ſaluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

a Seruos doce dominis temporalibus ſubijci, & ſtudere vt eiſdem in omnibus propter Deum placeant, quantum in ipſis eſſe poteſt: b nõ cõtra murmuratores eſſe, nõ ſubtrahentes aliquid, ſed in oĩbus fideles ſe oſtendentes & exhibentes: c vt doctrinam Euãgelicam, quã nos Deus ſaluator noſter edocuit, honeſtent per omnia, operibus eã bonis implendo. Profectò eſt neceſſarium, vt ſic ſinguli hominum ordines, diligenter iuxta profeſsionem ſuam viuãt, ſiue ſenes, ſiue iuuenes, ſerui atque domini.

d Apparuit enim gratia Dei et ſaluatoris noſtri omnibus hominibus,
e erudiens nos,
f vt abnegantes impietatem & ſæcularia deſyderia,
g ſobriè, et iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo,

d Palã enim manifeſtata eſt gratia & miſericodia Dei in incarnatione verbi diuini, ad omnium hominũ ſine exceptione (modò credere velint) vtilitatẽ atque ſalutẽ, e quæ nos pariter inſtruxit, quẽadmodũ huius in cõmune propoſitæ ſalutis participes eſſe valeamus: f Nimirum ab omni impietate falſitatis declinantes, & mundanas concupiſcentias calcãtes, vitã in operibus bonis denegamus, g in ſobrietate oĩmoda noſmetipſos cõtinentes.

nentes, iuſtè erga omnes cõuerſantes, & in pietate veri cultus Deo ſeruientes, in hoc tẽpore quod nobis ad lucrum & meritum conceſſum eſt: a deinde vt ſecuri expectemus beatiſsimũ illud præmium quod ſecũdùm opera bona ſperamus conſequi, b & aduentũ illũ glorioſum: in quo apparebit magnus ille Deus tanquàm omnium iudex, & electorũ ſuorum ſaluator Ieſus Chriſtus: c qui cùm in hoc mundo eſſet, ſeipſum obtulit patri, & in manus dedit inimicorũ pro noſtra ſalute: d hoc eſt, vt nos pretio ſanguinis ſui ab omni peccato faceret ſaluos, e & ſic emũdatos ſibi adoptaret in populum precioſum peculiari charitate cõiunctiſsimũ, & quem ipſe in maxima haberet æſtimatione, f qui deinceps emundatus à malis, bonis operibus cum omni diligentia vacaret. g Huiuſmodi ſunt quæ te oportet docere, & exhortando proponere, atque cum authoritate aduerſum cõtradicẽtes, reuincẽdo illos, demõſtrare. h Cura ſit te in omni-

a expectantes beatam ſpem,

b & aduentum gloriæ magni dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti,

c qui dedit ſemet ipſum pro nobis,

d vt nos redimeret ab omni iniquitate,

e & mundaret ſibi populum acceptabilem.

f ſectatorem bonorum operum.

g Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio.

h Nemo te contemnat.

uitate cordis,& inuidia degentes, odibiles Deo & hominibus, ꝑpter veſtram malitiam, & inuicem odio, habentes propter inuidiam.

a At verò vbi deſuper, nobis ſe manifeſtauit illa Dei ſingularis benignitas, qua fuit erga nos ab æterno affectus, & amabilis illa erga humanũ genus clementia per quam nos ab æterno, ſaluare propoſuerat, ſaluos nos ab omni peccato & dãnatiõe ipſe effecit: b nõ ex merito operũ iuſtitiæ, quæ per nos facta fuiſſent, aut patres noſtros, ſed ꝑpter infinitã miſericordiam ſuam. c Fecit (inquam) nos ſaluos ab ira Dei, à peccato & dãnatione per baptiſmi lauacrum, per quod credentes renati ſumus ex filijs iræ filij Dei effecti, & renouati, exuto veteri homine, in gratiá Dei: quæ quidem, & regeneratio & renouatio, tota per ſpiritum ſanctum interius operantem perfecta eſt. d quem in corda noſtra copioſè ac diuiter effudit de plenitudine filij Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri: e vt per eius gra-

inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.

a Cùm autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei,

b nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecũdùm ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit,

c per lauacrum regenerationis et renouationis ſpiritus ſancti.

d quem effudit in nos abũde per Ie*ſum Chriſtũ ſaluatorem noſtrũ,*

e vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecũdùm ſpem vitæ æternæ.

gratiam iuſtificati à peccatis,ſecuri expectemus hæreditatem vitæ æternæ. a Dignus fide eſt ſermo iſte,atque huiuſmodi ſalutaria fidei veritatíſque dogmata te volo audacter aſſeuerare,& conſtanter proloqui,vt qui fidē habēt,curent & operibus bonis inſiſtere, ita vt etiam præueniendo occaſionē captare ſtudeant bene operandi.. b Hæc enim ſalutaria ſunt dogmata,& hominibus vtilia. c Stultas autem quæſtiones,& fabuloſas illas Iudæorum genealogias,cōtentionéſque ac pugnas,quæ ex legis litera à legis ſolet ſectatoribus moueri,reijce,neque teipſū illis occupes: d cùm ſint inutiles, & nihil ſoliditatis habentes. e Hominem in ſua hæreſi obſtinatū,poſtquàm ſemel atque iterū corripiendo admonueris,nec profectū vllum ſenſeris reijce: vt non vltra cum illo fruſtra agas: f ſciens ꝙ funditus ac deſperatè ſubuerſus ſit talis,g & in delicto ſuo permanet,quum ſit ſuo proprio iudicio damnationi obnoxius.Eo ipſo enim ꝙ falſitati de-

a Fidelis eſt ſermo & de his volo te confirmare,vt curēt bonis operibus preſſe,qui credunt Deo.

b Hæc *ſunt bona & vtilia hominibus.*

c Stulta*s autem quæſtiones,& genealogias,& contentiones, & pugnas legis deuita: d ſunt enim inutiles & vanæ.*

e Hæ*reticum hominem poſt vnā & ſecundam correptionē deuita : f ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt,*

g & delinquit cū ſit ꝓprio iudicio condemnatus.

ti deliberata electione vult adhęrere, in ſeipſum dãnationis profert iudicium. a Cũm ad te miſero Arthemam & Tychicum (ne prorſus orbentur Cretenſes, Epiſcopi ſolatio) feſtinato ad me venire Nicopolim, vbi hyemẽ tranſigere ſtatui. b Zenam virum peritum in lege, & Apollo in ſanctis ſcripturis apprimè inſtructum, viros vtique honorabiles ſolicitè deducens cura, ne quicquàm illis deſit neceſſarium. c Diſcant autem tuis monitis & exemplis, qui iſtic crediderũt bonis operibus, vel præueniendo inſiſtere, vt neceſsitatibus ſanctorum prouideant, ne ſint vacantes bonorum operum fructu. d Salutant te omnes fratres, qui hîc mecum ſunt. Tu vicißim ſaluta meo nomine eos, qui apud te ſunt noſtri amantes in fide, dilectione ſpirituali. e Gratia Dei cum omnibus vobis, Amen.

a Cum miſero ad te Arthemã, aut Tychicũ, feſtina ad me venire Nicopolim: ibi enim ſtatui hyemare.
b Zenam legis peritũ, et Apollo, ſolicitè præmitte vt nihil illis deſit.
c Diſcant autem & noſtri bonis operibus praeeſſe, ad vſus neceſſarios vt nõ ſint inſtructuoſi.
d Salutãt te qui mecũ ſunt omnes, ſaluta eos, qui nos amant in ſide.
e Gratia Dei cũ omnibus vobis, Amen.

Finis.

Finis Elucidationis in Epiſtolam ad Titum, beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Philemonem beati Pauli Apoſtoli.

EX FAMILIARIBVS EPIſtolis (quas non eſt dubium plurimas, pro diuerſitate cauſarum, diuerſis ſcripſiſſe Apoſtolum omnium ſalutis cupidum) vna hæc remāſit, quæ ad Philemonē ſcripta fuit. Philemon autem hic, ad quem nūc ſcribit Apoſtolus, Coloſſis morabatur, ſimulq; hæc cum illa quam ad Coloſſenſes ſcripſerat & per eoſdem nūcios miſſa fuit, quemadmodum facilè videri poteſt, ſi quis finem huius cum illius fine conferat. Ac de argumento quidem Epiſtolæ, in ſummo illud eſt manifeſtum, quòd pro ſerui fugitiui receptione (cui nomen erat Oneſimus) ad Philemonem dominum à quo fugerat, ſcribit Apoſtolus amicè admodum & familiariter poſtulans, pro ſuo nomine illum in amorem recipi, in quo tam ſibi fuit placitum, vt etiam detinere ſecum eum libenter voluiſſet. Cæterùm de cauſa fugæ huius poſteàquàm nihil ſcripſit Apoſtolus, certū habetur nihil, neq; ita multū ad rem pertinet, quid cauſæ fuerit, vt aufugeret. Sunt qui dicunt illum tanquam furem aufugiſſe per malitiā, & furto ſubduxiſſe nōnulla de ſubſtātia domini, ad quod illud putant referendum quod dicit Apoſtolus: Si quid debet aut nocuit tibi, mihi imputa, ego reddā: Quorū authoritati

tati nec obſiſtimus, neque ſententiæ tamen accedimus. Præſer tim cùm in ea quam ad Coloſſenſium eccleſiã ſcribit Epiſtolã, honorificam admodũ faciat Apoſtolus huius Oneſimi mentionem. Mihi ſanè mitius videtur, vt illi quem Paulus chariſſimum & fidelem fratrem apud totam Coloſſenſium eccleſiã nominat, ſine cauſa & authoritate, crimen furti, & tantæ malitiæ, perfidiæq; fugæ infamiam, non aſſcribamus. Fieri enim potuit (id quod nõ rarò ſeruis ſolet accidere) vt per eũ quoquomodo damnum rerum ſuarum perpeſſus fuiſſet dominus Philemon: idq; ſiue per negligentiam quamlibet ſiue per inſufficientem rerum domini ſui cuſtodiam, ſiue per aliã quãcunq; fortunæ aduerſitatem ob quòd iram heri metuens, nec videns quo pacto dominum placare poſſet, cõſilium habuit ad Paulum confugere, quem ſciebat apud dominum ſuum plurimum authoritate valere, vt per eum redire poſſet in gratiã domini ſui eiuſq; animum ſibi ſic reconciliare: atque horſum optimè referri poteſt, quod dicitur in Epiſtola: qui tibi aliquãdo inutilis fuit. Et iterum: ſi quid debet, tibi aut nocuit mihi imputa, ego reddam. Apoſtolus igitur ſerui illius ad ſuũ auxilium confugientis miſertus, quàm poteſt fideliſſimè agit apud dominum, vt in gratiam illum ſicuti fratrẽ chariſſimũ imò ſicuti viſcera ſua ſuſcipiat: confidens in obedientia charitatis eius, quoniã etiam ſupra quod poſtulat libenter efficiet. Sperans autem libertate donari, atque ad eos inuiſendos redire hoſpitium ſibi ſuiſq; commodum aptari iubet: atq; ita, additis familiaribus ſalutationibus, terminat Epiſtolam.

Finis Argumenti.

TEXTVS
Epiſtolæ ad Philemonē beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS

Cap. I.

P*a Aulus vĩctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater Philemoni dilecto adiutori noſtro, & Apphiæ ſorori chariſſimæ, & Archippo cōmilitoni noſtro, & eccleſiæ quæ in domo tua eſt.*

b Gratia vobis et pax à Deo patre noſtro et domino Ieſu Chriſto.

c Gratias ago deo meo, ſemꝑ memoriā tui faciēs ĩ orationibus meis, d audiens charitatē tuā & fidē

ELVCIDATIO
IN EPISTOLAM AD
Philemonem, beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio CAP. I.

Pa. AVLVS pro Chriſti nomine vinculis captiuitatis aſtrictus & Timotheus frater Philemoni, in re fidei & Chriſti negotio, cooperario, & Apphiæ mulieri bene fideli, atque Archippo in Chriſti nomine ſtrenuè nobiſcum agēti, & vniuerſæ illi fidelium cōgregationi, quæ eſt in domo Philemonis ſalutem. b Gratia ſit vobis & pax à Deo patre noſtro: & domino Ieſu Chriſto. c Gratias agere non deſino Deo meo frequentiſsimam tui faciēs memoriam in orationibus meis: d dum audio charitatis

ritatis tuæ fraternæ,& fidei commēdationem quā fidem atque charitatē habes erga dominū Ieſum, atque etiā oſtēdis erga omnes ſanctos. a Ita vt iſta tua miſericordia & liberalitas qua cōmunicas ſanctorum neceſsitatibus,fiat per diuulgationem manifeſta,in agnitione bonorum operū quæ tu palam exhibes omnibus in exemplū, pro amore nominis Chriſti Ieſu. b Magnum enim mihi gaudium,& conſolationem adfert non mediocrē: quòd per te(vt audio)refocillātur ſancti in neceſsitatis ſubleuatiōe. c Et quia tam fidelē te Dei miniſtrum conſpicio,confido tam prōptæ te eſſe erga me obedientiæ,vt fiducialiter mihi liceat tibi etiā cū imperio iniungere,quicquid mihi fuerit viſum expediens. d Verūtamen malo impræſentiarnm propter charitatis fomentū atque augmentum obſecrare,quàm imperare: e præcipuè cùm ſis ſenex ætate,qualis ſum ego, qui præter hoc etiā nunc vinctus ſum Chriſti Ieſu:vt tā ex ratione tuæ ſenectu-

quā habes in dn̄o Ieſu,& in omnes ſanctos,

a vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitiōe oīs operis boni in vobis in chriſto Ieſu.

b Gaudium enim magnū habui & cōſolationem in charitate tua: q. viſcera ſanctorū requieuerunt per te frater.

c Propter quod multam fiduciā habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi quód ad rem pertinet,

d propter charitatem magis obſecro,

e cùm ſis talis vt Paulus, ſenex, nunc aūt & vinctus Ieſu Chriſti.

a Obſecro te pro meo filio, quē genui in vinculis Oneſimo,

b qui tibi aliqn̄ inutilis fuit:

c nunc autē, & mihi & tibi vtilis:

d quem remiſi tibi,

e Tu autē illū: id eſt viſcera mea ſuſcipe,

f quē ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis Euangelij.

g ſine cōſilio aūt tuo nihil volui facere, vti ne velut ex neceſsitate bonum tuum eſſet,

tis, quàm ex conditione meæ humiliationis malim nūc ſupplicarē quàm imperare. a Obſecro (inquàm) te pro meo filio, quē in captiuitate Romæ hic poſit⁹, in chriſto erudiui, ſiue fidelē aut meliorē feci Oneſimo nomine, b qui tibi aliquādo inutilis fuit, & per quem rerum tuarum forſitan damnum aliquod paſſus fuiſti. c Erit autem de cætero meis monitis bene inſtructus, & tibi vtilis, & mihi. d Quem cùm ad me familiari cognitione, recuperandi tui fauoris gratia acceſsiſſet, remittere ad te volui meis literis commendatum: e Te autem precor vt ſic illum benignè ſuſcipias, quaſi quē habeā chariſsimum. f Et ſanè percupiebam illū apud me detinere, vt tui loco mihi vincto miniſtraret in negotijs Euangelij, pro quibus mihi per vincula impedito, legatis pluribus ad diuerſas eccleſias eſt opus. g Nolui autē ſine tuo conſenſu tale quid attentare, ne bonum tuum iſtud qđ in ſeruo exhiberes, eſſet quaſi extortum atque coactū, ſi te

non

non requiſito ſeruũ tuũ detinuiſſem: a ſed malo ſit voluntarium bonũ tuũ vt mihi illũ, ſi velis liberè remittas, aut ſi placet amicè retineas. b Forſitan enim ſic diuina prouidentia diſpoſuit vt illa tẽporalis ab inuicem ſeparatio qua nunc ad tempus à te abfuit, cauſa eſſet æternæ in dño & firmiſsimæ cõiunctionis, modò in amore plus ſolitò, & in futuro ſine termino: c Eſſetque tibi amodo nõ vt ſeruus timore ſubiectus, ſed magis vt frater chariſsimus in dño. d Talis enim indubiè eſt mihi, qui tamen nulla ſpeciali ſocietate illi fueram iunctus: quantò magis erit & tibi, qui naturali dictamine quaſi familiæ tuæ, tuique partem aliquam, diligere illum debes: etiam citra chriſtianitatis titulum, atque meã commendationem. e Si ergo me tibi reputes ſocium aut amicum, peto vt illum ſicut meipſum benignè in gratiam recipias. f Si autem in vlla re tibi damnum intulit, ſiue per nequitiam, ſiue per incuriam, ſiue quomodolibet aliter, ego

a ſed volũtariũ.

b Forſitan enim ideò diſceſsit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes:

c Iam non vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſsimum fratrem,

d maximè mihi: quantò autẽ magis tibi & in carne, & in domino.

e Si ergo habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me.

f Si aũt aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.

ego me ſponſorem pro illo facio,
mihi totum imputa, ego perſoluā
omnia. a Ecce autē (ne quicquā
dubites) chirographū tibi trado.
Ego Paulus ſcripſi manu propria.
b Vt taceam interim, quod tamen
cum veritate dicere poſſum, & au
deo, & tu debes agnoſcere: quòd
non ſolùm omnia tua, ſed & teip-
ſum mihi debeas eo quòd te ad
Chriſtū adduxerim. c Ita frater
mi, ita ſanè, fac in te oblecter ſan-
ctè in domino. Cōſolare hac in re
modo ſpiritum meū. d Liberiùs
aliquãto ſcripſi tibi, eo quòd opti-
mè cōfidam de prōptitudine obe-
dientiæ tuæ, firmiter ſciens quo-
niam ampliora etiam ſis facturus,
quàm ego præceperim. e Simul
autem & para mihi commodū lo-
cū, in quo hoſpitio me recipias, cū
cæteris qui fuerint in meo comita
tu. f Spero enim adiutorio pre-
cum veſtrarū me libertate donan-
dū, atque vos inuiſurū. g Salutat
te Epaphras ille qui ex Coloſſenſi
bus ad me miſſus fuerat, tā ſingu-
lariter mihi compatiēs atque aſsi-
ſtens,

a Ego Paulus ſcripſi mea manu, Ego reddam.

b vt non dicam tibi quòd & teipſum mihi debes.

c Ita frater ego te fruar in domino, refice viſcera mea in Chriſto.

d Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi, ſciens quoniam & ſuper id quod dico facies:

e Simul & para mihi hoſpitium:

f Nam ſpero per orationes veſtras, donari me vobis.

g Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus, Ariſtarchus, Demas & Lucas, adiutores mei.

ſtens, vt quaſi ſimul vinctus videretur pro nomine Chriſti. Salutãt vos Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas, cooperatores mei in negotio Euangelij, a Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro, Amen.

a Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cũ ſpiritu veſtro, Amen.

Finis.

FINIS ELVCIDATIOnis in Epiſtolã ad Philemonem, beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Hebræos, beati Pauli Apoſtoli.

PROPTER NIMIAM *charitatis latitudinem, non contentus Apoſtolus ſuis Eccleſijs Gentiũ diuerſas ſcripſiſſe Epiſtolas, etiam hanc ad eos qui ex Iudæis ad Chriſtum fuerant, conuerſi, ſententiarũ profunditate & rerum ſoliditate non infimam, ſcribere curauit, in qua*

qua hoc tãquam caput & præcipuũ quærit declarare, quemadmodum Chriſtus Ieſus verus & ſummus ſacerdos, finis ſit vniuerſæ legis, quæ tantum figuras habuit veritatis in Chriſto adimplendæ: Atque ita, vt per Chriſtum peccatorum remiſſione, cœleſtisq; regni apertione perfecta, non vltrà carnalibus inſiſtant obſeruantijs, ſed ex fide Chriſti ſalutem quærant, neq; frangat eos tribulatio aut perſecutio, quam pro Chriſti nomine ſuſtinent. Et quoniam iuxta auditorũ qualitatem ſermo aptandus venit, idcirco apud Iudæos loquens, ex ipſorum hiſtorijs & antiquis legalibus ritibus, plurima demonſtrat. In ipſo itaq; Epiſtolæ huius exordio, mox illud proponit Apoſtolus, quemadmodũ Deus pater olim per Prophetas patribus loqui & apparere ſolitus, in hac temporis plenitudine per filium nobis ſit eloquutus, ſibi coæternũ & per omnia coæqualem. Cuius gloriam longè ſuper angelorum dignitatẽ eminere, ex teſtimonijs diuerſis demonſtrat, quæ partim de angelis miniſtris Dei partim de Chriſto Dei filio faciunt mẽtionem, ſemper tamen de filio honorificentiorẽ, quàm de angelis adminiſtratoris ſpiritibus. Propter quod ſecundo capitulo, ex Chriſti præcellenti dignitate, arguit multum nobis eſſe obſeruãda, quæ modò ſunt per Chriſtum primum, deinde & per Apoſtolos prædicata, ſignisq; & prodigijs confirmata. Et ne quis propter carnis fragilitatem illum paruipendat, cui Deus futurum ſæculum & omnia ſubiecit: conſequẽter declarat, quomodo ſecundùm diſpenſationem, aſſumpta humanæ naturæ infirmitas (iuxta quam etiam angelis ad tempus minor viſus, nobisq; fratribus ſuis per omnia fuit aſſimilatus) illi ad maximam exaltationem, nobiſq; ad ſummam prouenerit vtilitatem: quoniam propter paſſionem mortis, & ipſe

gloria

gloria fuit coronatus, & nobis omnibus qui credimus in eum, author ſalutis eſt effectus: dum per mortem deſtructo mortis imperio, nobis factus eſt pontifex fidelis, potens in eo quod tentatus fuit, noſtræ quoque infirmitati auxiliari. In tertio autem capite, velut ad ſequentia, quæ de legis imperfectione dicturus eſt, viam faciens, primum vtriuſq; legis miniſtros atq; latores confert ad inuicem, Chriſtum tanquam filium, Moyſi ſeruo longè præponens. Propter quod Pſalmiſtæ verbis vtens, exhortatur eos: vt hodie, id eſt, in hoc tempore nouæ gratiæ, per infidelitatem corda non obfirment, videantq; ne cor malum incredulitatis aut apoſtaſiæ à Chriſto in eis inueniatur, ſed ad perſeuerantiam mutuis ſeſe corroborent exhortationibus, vetus exemplum adducens increduli populi Iſraëlitici, qui propter ſuam infidelitatem occidi in deſerto, & à promiſſa requie prohiberi, apud Deum promeruit. Quorum exemplo, capite quarto, nos quoque ſolicitos iubet timere, ne quemadmodum illis audiſſe legem ſine fide non profuit, ſic & nobis ſola fidei annunciatio non proficiat, niſi fide quæ per dilectionem operatur, iis quæ ſunt Euangelizata inhæreamus. Declarat autem conſequenter, quemadmodum exhortatio illa Pſalmiſtæ: Hodie ſi vocem eius audieritis &c. hoc potiſſimum tempus reſpiciat, quando adhuc introitus in requiem cœleſtem & ſabbatiſmus perfectus fideles manet, quomodo olim veteres illi ingreſſum in requiem terræ promiſſionis corporalem expectabant. Ad hanc autem optatiſſimam requiem cœleſtem, & perfectum ſabbatiſmũ (quẽ Deus initio creationis rerum, in die ſeptimo, in quo requieuit ab omni opere, per hoc ſignificans futuram ſanctorum poſt labores requiem præſignauit, quam requiem Iudæis Ioſue non præſtitit,

præſtitit,qui in requiem tantùm terrenam ſuos inducere potuit)per fidem nos monet viriliter feſtinare:ne quomodo illi,à ſua ſunt requie corporali per incredulitatem priuati,ſic & nobis de noſtra contingat promiſſione cœleſti. quoniam Deus *iudex eſt diſcernens omnia, & cuius conſpectui nihil eſt occultum,qui iudicabit de omnibus.* Iterùmque *monet, vt pontificem talem habentes qui cœlos penetrauit, in ipſius confeſſione & fide permaneamus.* Et *quoniam nobis aſſimilatus per omnia tentatus eſt, abſque tamen peccato:vt ad ipſius thronum prò impetranda gratia, fiducialiter accedamus.* Capite *verò quinto,ſacerdotis officium (quod eſt offerre dona & ſacrificia pro peccatis populi) quomodo erga nos impleuerit* Chriſtus *ſacerdos noſter, declarat.* Qui *non à ſemetipſo, ſed à patre miſſus & clarificatus in diebus carnis ſuæ preces & ſupplicationes pro nobis obtulit patri:ac per obedientiam quam patri vſque ad mortem exhibuit, omnibus nobis cauſa extitit noſtræ ſalutis.* De *quo ſe dicit grandem ſermonem inſtituere,ſed illis quibus ſcribit(propter vmbrarum in quibus* Iudæi *verſantur conſuetudinem) non ita facilem,nec ita paucis explicabilem.* Propter *quod,de* Chriſti *pontificatu ex veteribus ritibus prolixè in ſequentibus capitulis proſequuturus, primùm ſe capite ſexto quædam dicit omittere,quæ ad inſtitutionem faciant ſanæ fidei, vt de veritate poſſit ſacerdotij* Chriſti *(quod præcipuè aperire intendit) latius pertractare.* Illud *tantùm præmonens bonis ad cautelam,& incredulis ad terrorem: quàm ſit periculoſa res,ac penè deſperata,eum qui ſemel cœleſtium particeps factus eſt, beneficiorum, per fidei & ſpiritus ſancti acceptionem, poſtmodum per apoſtaſiam corde incredulo ea contemnere*

munere. Cuiuſmodi homines ſub comparatione terræ ſterilis igni æterno tradendos aſſerit, non quaſi malè de quoquam eorum ſuſpicans: ſed ad cautelam & vt in bene cœptis charitatis operibus in finem vſque non ſegnes perſeuerent, quo ſic diuinarum promiſſionum ſecundùm patrum exempla, per patientiam fiant participes. Vbi per occaſionem, Abrahæ factam promiſſionem, iuramento confirmatam commemorat, vt de cœleſtibus bonis nulla nobis (illius promiſſionis veris ſecundùm ſpiritum hæredibus) relinqueretur poſt promiſſionem & iuramentum de eius adimpletione hæſitatio. Septimo dehinc capitulo, de Chriſti ſacerdotio propoſitum proſequens, Chriſtum cum Melchiſedech, tanquam veritatem confert cum figura. Illúdque poſt alia multa ponderandum ducit, quòd per Melchiſedech, Abraham decimatus fuit: atque ita quodammodo vniuerſum Iudæorum genus, ipſa etiam progenies tota Leuitica, quæ erat ſecundùm legē ſacerdotalis, quæ tum erat in lumbis Abrahæ, cùm obuiaret ei Melchiſedech decimas accipiens, & tanquam maior benedicens. Vnde maiorem dicit hunc ſacerdotem (qui in Abrahā totū Iſraëliticum populum decimauit) ſacerdotibus legis, qui nō niſi à reliquis tribubus Iſraël, decimas accipiūt. Dehinc & de conſummatione perfectioneq́; ſacerdotij Chriſti, quod nō ſecundùm ordinem Aaron dici poteſt, eo quod de tribu Iuda ortus fuerit, dominus Ieſus, quæ ſecundùm legē ſacerdotalis nō erat, pluribus agit rationibus. Tum quòd per ipſum lex vetus euacuetur cū ſacrificijs ſuis propter infirmitatem. Tum quòd cū iureiurando in ſcripturis, filio legitur traditum ſuū ſacerdotiū. Tum quia eſt ſempiternū, neq; per mortē (quomodo ſacerdotes veteres) accipit ſucceſſorē: propter quod

etiam

etiam perpetuò viuit ad interpellandum pro nobis, nõ habẽs neceſſe quotidie alias offerre hoſtias, neq; primùm pro ſeipſo offerre, cùm ipſe talem infirmitatem non habeat, quæ egeat expiari, & ſemel oblata pro nobis hoſtia in ſempiternũ ſuffi ciat pro dimittendis peccatis noſtris. Octauo verò capitulo, *quemadmodum nõ ſecundùm legem ſacerdotium* Chriſti *eſt accipiendum iuxta corporale in tabernaculo miniſteriũ, ſed quomodo ſecundùm ſpiritualem intelligentiã verorũ ſanctorũ & illius tabernaculi quod per mortem ſuã nobis patefecit (hoc eſt templi & regni cœleſtis) ſit miniſter, declarat: eiusq; ſacerdotium, ex legis nouæ Euãgelicæ inſtitutione cõmẽdat, quam* Prophetarum *teſtimonia multo ante, tanquam præcel lentiorẽ venturã in plenitudine temporis prædixerunt, legem antiquãdo veterẽ.* In *eo autem quod conſequitur, nono capite tabernaculi prioris ſtatũ ac diſpoſitionem deſcribens, ſimulq; ſummi ſacerdotis ingreſſum per corporalis hoſtiæ ſanguinem, omnia ad myſticã refert intelligentiã.* Chriſti *autem taberna culum, in quo per ſanguinẽ ſuũ introijt, vbi & modò pro no, bis patri aſſiſtit ex aduerſo velut præcellentius comparat.* Et *quomodo mediator ſit noui teſtamenti, quod in ſanguine ſuo dedicauit, & in morte confirmauit, ex veteris legis typica per ſanguinem animalium immolatorum dedicatione, declarat: ſimulq; & de hoſtia ſuæ ſemel facta ad omnium ſæculorum peccata delenda, oblatione: quando tanquam peccator omnibus apparuit, venturus iterum in tempore ſuo, in gloria patris ſui.* Capite *verò decimo legis infirmitatem declarãs, quæ per ſuas figuras & hoſtias corporales, ſufficiens non erat ad emũdationem à peccato, ſacrificium verum placitum* Deo, *ex* Pſalmi *teſtimonio adducit, nempe ſanctũ corpus agni immaculati,*

culati, in quo ſemel pro nobis mortuus Dei *filius, & hoſtia fa ctus, iam reſidet in dextera patris, accepturus plenum ſuper omnes inimicos ſuos imperium atq; dominiū: Ita vt iam vltra poſt nouæ legis acceptam hoſtiam, veteribus illis oblationibus pro peccatis expiandis, nihil ſit opus, cùm vna iſta ſemel obla t a, perpetuo nobis ſufficiat. A quo loco ad exhortationē tranſiens Apoſtolus ad veram & ſynceram in fide recta perſeuerātiam cum dilectione hortatur fideles factos: iudicij & ignis æterni pœnam (quæ manet omnes à fide apoſtatantes) in terrorem proponens: ex veteris legis tranſgreſſa pœna illius vltionem æſtimans, qui ſpiritui ſancto per ſuam apoſtaſiam iniuriam & contemptum intulerit. Ad conſolationem autem bonorum terribilia illa dimittens, propoſitis illorum bonis initijs, in eo quòd & vinctis compacti fuiſſent, & ſuorum bonorum rapinam cum gaudio in ſpe futurorum ſuſcepiſſent, eos hortatur, vt in patientia perſeuerent & confidentiam non perdant, ne ſubtractionis filij effecti à retributione cœleſti excidentes, incidant in damnationem. Quoniā verò de fide multa præclara dixerat.* Capite *vndecimo fidem primùm deſcribens, longè deinde ac latè per fidelium patrum exempla pertranſiens, eam commendat: quæ non eſt neceſſe explicare modò per ſingula. Quorum exempla, fideles iubet ſequenti capite, ſolicitè quoq; ac diligenter imitari: ſic tamē vt ante omnia Chriſti aſpiciamus exemplum, quem dum recogitamus confuſione contempta per mortem (quam voluntariè ſuſtinuit) ad patris gloriam aſcendiſſe, corroboramur animo, vt non deficiamus in tribulationibus.* Et *quoniā in tribulationibus ſatis grauibus agebant conuerſi ad Chriſtū* Iudæi, *dulciſſimā eis cōſolationē ex verbis ſapientiæ proponit, declarans quemadmodum*

modum correctio & diſciplina vtilis admodũ ſit, & teſtimonium quod ſimus filij Dei, *quodq; fructum multũ ſit eis allatura, ea quæ nunc videtur habere acrimonia: Poſt hæc pacem eos cum omnibus ſequi iubet, & diligenter contueri, ne qua inter eos mala peſtis ſurſum germinans cæterorum infectrix exurgat, proponens* Eſau *in exemplũ, qui venditũ ius primo geniture poſtquã ſemel perdidit, amplius recuperare non potuit, ne ſic etiã nobis cõtingat, ſi oblatã* Dei *gratiam reſpuamus.* Ad *quod, noui teſtamenti (quod per fidem acceptamus) & nouæ eccleſiæ, cui per fidem incorporamur, dignitatem explicat: præmiſſoq; terrore in quo lex vetus data fuerat, multò magis nos qui de cœlo demiſſum nobis* Dei *filiũ, nobis nouæ legis* Euãgeliũ *loquentem, audiuimus, ne recuſemus loquentẽ cõmonefacit, ſed vt cũ metu & reuerentia ſeruiamus* Deo. *Vltimo tandem capitulo fraternæ charitatis & hoſpitalitatis quæ* Deo *vero placet, & miſerorũ qui in vinculis pro* Chriſti *nomine detinentur, eos cõmonefacit.* Coniugiũ *legitimũ, honorabile: adulteriũ, deteſtabile prædicat.* Auaritiã *deteſtatur.* In Deo *cõfidentiã ſuadet.* Ad *præpoſitorũ obedientiã & imitationem ſubditos inducit.* A *doctrinis peregrinis & veritati diſſonis iubet attendere, & ſe in* Dei *gratia ſtabilire, potiùs quàm in eſcarũ obſeruãtijs carnalibus,* Poſt *hæc de altari noſtro, quod eſt* Chriſtus *& de immolata extra portã hoſtia noſtra, facit ſermonem, morali intelligentia fideles ad imitationem inuitãs* Demũ *beneficentiæ & cõmunionis & obedientiæ volũtariæ iterũ cõmonefaciens, eorũq; pro ſe oratiões poſtulans, bona illis precatus, & excuſatione familiariter poſita, ita nouiſſimam hanc & egregiam terminat* Epiſtolam.

Finis Argumenti.

Eluci-

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Hebræos beati Pauli apoſtoli.

TEXTVS Epiſtolæ ad Hebræos beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

a DEus pater omnipotens qui in ſæculis præteritis diuerſimodè, id eſt, varijs modis, maioribus noſtris loqui cõſueuerat per Prophetas prçcones ſuos: b. idem ipſe tandem diebus iſtis nouiſsimis, quando venit plenitudo temporis loqui nobis dignatus eſt per vnigenitum filiũ ſuũ, c quem conſtituit dominũ omnis creaturæ, dans ei ſuper omnia poteſtatem, d per quē creauit & ſæcula: id eſt, omnia ſæcularia, ſiue quæ in cœlo, ſiue quæ in terra. e Qui filius cùm ſit ſplendor paternæ gloriæ, & lumē

TEXTVS Cap. I.

a M*Vltiphariè multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis:*

b nouiſſimè diebus iſtis, loquutus eſt nobis in filio,

c quem cõſtituit hæredem vniuerſorum,

d per quem fecit & ſæcula.

e Qui cùm ſit ſplendor gloriæ,

S. de pa-

& figura ſubſtantiæ eius,	de patris gloria æternaliter procedēs,& imago patri conſubſtantialis,patríſque ſubſtantiā perfectè repreſentās,
a portánſque omnia verbo virtutis ſuæ,	a regénſque,mouens, gubernās, atque ſuſtentās omnia creata,ſola ſua potenti iuſsione,
b purgationē peccatorū faciens,	b peracta peccatorū mūdi expiatione per virtutē mortis & paſsionis ſuæ,
c ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis:	c iā requieſcit glorioſus, & reſidet accepta iudiciaria poteſtate ad dexterā paternæ maieſtatis,in altiſsimis:id eſt, in æqualitate patris,& ſublimitate glorię eius:
d tāto melior angelis effectus,quā to differētius præ illis nomen hæreditauit.	d tāto angelis declarat⁹ atq̄ demōſtratus præcellētior, quanto nomē illud quod illi pater donauit,& qđ ipſe vt hæreditatē ſibi propriā habet differētius eſt nomine illorū: hoc eſt quāto filij nomē antecellit nomē angelorū.
e Cui enim dixit aliquando angelorum:	e Nuſq̄ enim in ſcripturis attribuitur angelis filij nomē, quod de Chriſto legitur in Pſalmo,vbi ex voce patris ad Chriſtū dicitur:
f Filius me⁹ es tu ego hodie genui te.	f Filius meus es tu mihi coæternus,coæqualis,& cōſubſtantialis,ego te in hoc ipſo qui nūquàm deficit æternitatis die,ab ęterno genui.
g Et rurſum:Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.	g Et alibi:Ego ero illi pa-

illi pater,& ipſe erit mihi verus filius. a Et rurſum alio in loco,cùm pater filio tradit omnium quæ in mũdo ſunt poteſtatẽ,ſic eũ in orbẽ terrarũ introducẽs, ita legitur ad angelos de filio dictũ: Adorate eũ omnes angeli eius. b Quantùm verò ad angelos,multò aliter ſcriptura loquitur. Nam de angelis in Pſalmis ſic dicitur: c quod Deus ſpiritus quos tã nobiles creauit natura,angelos ſuos ſiue nũcios facit ad perferẽdũ ſua nũcia: d & ſupremos quoque ſpirituũ, ipſos etiam Seraphin q ſunt vt flãma ignis facit ſuos miniſtros,q aſsiſtant corã eo omni tẽpore,ſicut ſerui in conſpectu domini ſui. e Ad filiũ autem iterũ alibi ſcriptura ita loquitur dicẽs:Sedes tua regia,maieſtáſque & poteſtas tua Deus ęterna eſt, f & ſceptrũ regni tui eſt in æquitate:id eſt,in iuſtitia & ęquitate eſt tuũ imperiũ. g Dilexiſti iuſtitiã quærens ſemper quæ ſunt placita patri, & odio habuiſti ac fugiſti iniquitatẽ: atque propterea Deus pater, Deus,inquã,tuus, ſecũdùm huma-

a Et cùm iterum introducit primo genitum in orbẽ terræ dicit: Et adorent eum omnes angeli dei.
b Et ad angelos quidem dicit:
c Qui facit angelos ſuos ſpiritus,
d miniſtros ſuos flammam ignis,
e ad filium autẽ, thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi,
f virga æquitatis, virga regni tui.
g Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ,propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis,

humanitatis infirmitatē, impleuit te ſpiritu ſancto & eius chariſmatibus precioſis velut oleo lætitiæ ſpiritualis pluſquàm cæteros omnes homines, tuos cohæredes. Cæteris enim ad menſurā, de plenitudine Chriſti, datur ſpirituſſancti gratia: Filius autē nō ad mēſuram accepit, in quo ſecundùm omnem plenitudinē ſpirituſſanctus corporaliter inhabitauit: a & de eius æternitate atque immutabilitate alicubi ſic legimus: Tu in principio Domine in terram ſua firmitate fundaſti, & cœli ſunt opera potentiæ atque virtutis tuæ quæ creaſti. b Ipſi quidē à ſuo ſtatu in quo nunc exiſtunt, recedent: tu autē idē permanebis, & immutabilis: c & omnes illi veteraſcēt admodum veſtimēti, quod cùm vetuſtate ad extremum deuenerit ſtatū durationis ſuæ, innouari oportet. Sic enim & cœli cūm vſque in finē ſtatus huius, decurrerint, immutabuntur ad nouitatem gloriæ moioris. d Et ſicut mutari ſolet operimentū, pro veteri nouū aſſumendo

præ participibus tuis.

a *Et, Tu in principio domine terrā fundaſti, & opera manuū tuarum ſunt cœli.*

b *Ipſi peribunt, tu autem permanebis.*

c *Et omnes vt veſtimentum veteraſcent.*

d *Et velut amictū mutabis eos, & mutabuntur.*

mendo, ita mutabis eos & innouabis, & ipſi mutabũtur innouati. a Tu autẽ idẽ prorſus permanes immutabilis, & durationis tuæ non erit finis. b Neque etiã ad vllum aliquãdo angelorũ dictum legitur, quod ad filiũ pater in Pſalmis dicit: Sede à dextris meis, donec ego ſubigam tibi inimicos tuos, quaſi ſcabellũ ſub pedibus tuis, perfecta & omnimoda ſubiectione. c Imò verò omnes angeli adminiſtratorij ſpiritus ſunt, ad perficiendũ voluntatẽ Dei, aſsiſtentes illi iugiter: d quorum plurimi (nempe qui in inferioribus ordinibus ſunt) in miniſteriũ emittuntur, quoties Deo placuerit, ad peragendũ quæcunque ille mandauerit, e propter ſalutẽ hominũ, qui accepturi ſunt hæreditatem ſalutis meæ, & ſecũdùm ſpem hæredes Dei modo exiſtunt.

a Tu aũt idem ipſe es, & anni tui non deficient.

b Ad quem autẽ angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quoadusq; ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorũ?

c Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus,

d in miniſterium miſsi,

e propter eos qui hæreditatem capient ſalutis?

Elucidatio CAP. II.

QVia verò tã ſublimis eſt ſup angelorũ ordines Chriſtus dominus, per quẽ nobis modò pater loqui dignatus eſt, ob hoc attentius atque diligẽtius nobis, cum

TEXTVS Cap. II.

a Propterea abũdãtius oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus,

bis,cũ omnibus obſeruatione cu-
ſtodiẽda ſunt,quæ ab ipſo audiui-
mus, a ne quo pacto cõtingat ea
nobis ſine fructu excidere atque
diffluere. b Nã ſi vetus illa lex quę
per angelos perſonã Dei repræſen
tãtes data fuit, rata fuit & firmæ
obligationis: ita vt quiſquis illam
prçuaricaret,faciẽdo quod illa ve
tabat,aut quiſquis inobediẽs exi-
ſteret omittẽdo quod illa iubebat,
iuſtã & condignã acciperet puni-
tionẽ: c quę ſpes erit euadẽdi vl-
tionẽ Dei nobis Chriſtianis homi
nibus,ſi tantã ſalutẽ tam apertè &
tã nouo modo propoſitã,negligen
tia noſtra præterire ſinamus, nec
cõtendamus eius per finẽ rectã fie
ri participes. d Quã ſalutẽ cùm
incepiſſet primus prædicare domi
nus Ieſus apud Iudæos, e Poſtmo
dũ tamẽ ea per prædicationẽ Apo
ſtolorũ atque diſcipulorũ q à Chri
ſto didicerant,ad nos vſque cũ fir-
ma authoritate fideliter deducta
eſt, f Deo cooperãte, cõteſtante,
& ſermonẽ Apoſtolorũ cõfirmãte,
varijs ſignis in natura, atque pro-
digijs

a ne fortè peref-fluamus.

b Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo factus eſt firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia, accepit iuſtam mercedis retributionem,

c quomodo nos effugiemus ſi tantã neglexerimus ſalutem?

d quæ cum initiũ accepiſſet enarrari per dominum,

e ab eis qui audierunt in nos cõfirmata eſt,

f cõteſtãte Deo ſignis & portẽtis,

digijs mõſtroſis, a & varijs virtutũ operationibus atque ſpũſſancti diuerſis donis,quę ſecũdùm ſuę voluntatis beneplacitũ,quibus vult, & quantũ vult diſtribuit. b Dico aũt de Chriſti excellẽtia quòd ſcriptura nuſq̃ dicit angelis eſſe ſubiectũ orbẽ terrarũ futurũ, aut ſæculum ſuperuẽturũ,de quo nũc præcipuè ſecũdùm myſticã intelligentiã ſermonẽ facimus:quod tamẽ de Chriſto legimus. c Nã in quodã loco bene noto,teſtimoniũ perhibet in ſignis ille nulli nõ optimè cognit⁹ Dauid,dicẽs: d Quid eſt vniuerſum gen⁹ humanũ,aut,hominũ qlibet, vt de nobis tu recogitare digneris?aut qd eſt homo natus de homine,& caro de carne,vt dignũ ducas tuis ſingulariſsimis beneficijs & donis nos inuiſcere? e Chriſtũ hominẽ factũ,etiã infra angelos aliqua ex parte cõſtituiſti,carnis illũ miſerijs ꝓpter hoĩem ſubijciens : quẽ poſtmodũ per paſsionẽ conſummatũ ſuſcitando, f gloria & honore triũphabiliter vndequaque decoraſti : & dediſti ei

a & varijs virtutibus & ſpiritusſancti diſtributionibus ſecũdùm ſuam voluntatẽ.

b Non enim angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum de quo loquimur.

c Teſtatus eſt autem in quodã loco quis dicens:

d Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum?

e Minuiſti eum paulominus ab angelis:

f gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum.

poteſtatē in conſpectu omniū, ſuper omnia quæ in cœlo ſunt & in terra, a eius ditioni cūcta perfectè ſubijciens: b Atque in hoc quòd pater filio ſubieciſſe dicitur omnia, nihil excipit ab eius ſubiectione: c quanquā nūc ante nouiſsimi tēpus iudicij, non perfectè videant adhuc omnia ſubijci, quo modo ſubijcientur peracto iudicio. d illū autē ipſum Ieſum, qui aliquantulùm infra angelos fuerat humiliatus, propter corporis quas ſuſceperat miſerias: e nūc videmus & in fide cernimus, propter paſsionis meritū magnifica gloria vt victorē honoratū, etiam ſupra angelorū exercitus. f Per paſsionē mortis, inquā, vt ex Dei munere & dono pro omniū ſalute operanda, ipſe ſolus mortē experiretur, in ſe ſuſcipiēs. g Sic enim decebat Deū patrē, per quē vt primùm efficiens, & propter quē vt finē vltimū omnia facta fuerant, h qui multos filios adoptiōis erat adducturus & ab æterno ſe adducturum præordinauerat ad cōſortium

a Omnia ſubieciſti ſub pedibus ei9. b In eo enim quòd omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei. c Nunc autē nec dum videmus omnia ſubiecta ei. d Eum autē qui modico quā angeli minoratus eſt, e videmus Ieſum propter paſsionē mortis, gloria & honore coronatū, f vt gratia Dei, pro omnibus guſtaret mortem. g Decebat enim eum propter quē omnia & per quē omnia, h qui multos filios in gloriā adduxerat.

tiũ gloriæ filij ſui naturalis. a Decens,inquam,erat & conſonũ patris iuſtitiæ, vt ille qui author & cauſa ſalutis futurus erat filiis adoptionis,cõſummaretur & ad perfectũ gloriæ adduceretur cũ fratribus ſuis,per mortis paſsionẽ:ſic nimirũ peccata delens,quæ à ſalute huiuſmodi nos excludebãt.Neque enim decens erat ad ſalutẽ adduci genus humanũ,donec paternæ iuſtitiæ & maieſtati eſſet pro delictis & inobediẽtia,à filio(qui ſolus potuit)ſatiſfactũ. b Hanc autem recõciliationẽ conueniẽs erat per filiũ compleri: quoniã & ipſe qui ſanctificat Chriſtus Dei filius & q ſanctificãtur per eũ fideles,pariter ex vno ſunt patre, ad quẽ cõgruo ordine filij adoptionis per filium naturę habẽt adduci. c Atque ob hoc nõ erubeſcit,ſed dignatur ipſe Dei naturalis filius, fideles homines fratres amicabili nomine appellare,dicẽs in Pſalmis ad patrẽ: d Prædicabo nomẽ tuũ & manifeſtabo hominibus fratribus meis in medio congregationis ſancto-

a authorẽ ſalutis eorum per paßionemconſummari.

b Qui enim ſanctificat & qui sãctificatur,ex vno omnes.

c Propter quam cauſam nõ cõfunditur, fratres eos vocare, dicens:

d Nunciabo nomẽ tuũ fratribus meis in medio eccleſiæ, laudabo te.

rũ, velut vnus ex eis, & per eos tanquam mẽbra mea laudabo te. a Et rurſum in Eſaia ꝓpheta: Ego ero cõfidẽs in Deo: quòd ſecũdùm ſimilitudinẽ noſtrã loquutus eſt, ſecundùm quam ſperare & confidere dici poteſt in patre, quemadmodũ & nos in ipſo: vt inferiores & impotentes cõfidimus atque ſperamus. b Et iterũ: Ecce ego ſecundùm voluntatẽ patris factus homo, & pueri mei quos midi dedit dominus, in fratres cõſimilis omnino naturę: dedit, inquam, tã redimẽdos quàm poſſidẽdos. c Quoniã ergo pueri Chriſti cęteri homines, inter quos ipſe eſt primogenitus, carnẽ & ſanguinẽ habẽt ex quibus coſtãt. & ipſe in eiuſdẽ naturæ ſimilitudine carnẽ ſimiliter accepit & ſanguinẽ, eorúmque factus eſt particeps: d vt ſic mortalis fieret nobiſcũ, atque ita per mortẽ in ſuo corpore volũtariè ſuſceptã, deuinceret mortis imperatorẽ, id eſt diabolũ, qui ꝑ mortẽ quam inuenerat ſua aſtutia dominabatur ſuper omne genus humanũ: e & excuſſo

a Et iterũ: ego ero fidens in eum.

b Et iterum: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus.

c Quia ergo pueri cõmunicauerũt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem:

d vt per mortem deſtrueret eũ qui habebat mortis imperium, id eſt diabolum:

e & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erãt ſeruituti.

iugo

iugo ſeruitutis atque timore expulſo, liberos faceret eosqui per omnē vitā ſub timore mortis anxij velut ſeruiebant. Cuiuſmodi erāt ante Chriſti paſsionem, omnes homines. a Neque verò in vllo ſcripturæ loco legitur, quòd ſpiritualē aut angelicam Deus naturā aſſumpſerit: ſed ex ſemine Abrahæ natus, humanam naturam aſſumpſit. b Vnde debuit in omnibus quę ad noſtram redemptionem erāt accómoda aſsimilari fratribus ſuis vt eſſet miſericors & fidelis pōtifex in adiuuando miſeros apud patrem, c & vt placaret in ſimilitudine carnis noſtræ patrem pro delictis noſtris. d Nam quatenus ipſe eadem paſſus eſt, eadémque nobiſcum expertus, potens factus eſt, & potēs eſſe cognoſcitur, ad ferendum etiam nobis auxilium, qui adhuc ijſdem miſerijs vexamur.

a Nuſquam enim angelos apprahendit: ſed ſemē Abrahæ apprahendit.

b Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari vt miſericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum,

c vt repropitiaret delicta populi.

d In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potēs eſt & eis qui tentantur auxiliari.

TEXTVS

Cap. III.

a Vnde fratres ſancti vocationis cœleſtis participes conſyderate Apoſtolum & pontificem confeſsiōis noſtræ Ieſum:

Elucidatio CAP. III.

VNde fratres ſanctificati per Chriſtum, qui vocationē Dei ſupernā ad æterna bona ſuſcepiſtis, facti fideles, contēplemini dili-

gēter

genter & intueamini dominũ Ieſum, magnũ vtique legatũ & põtificẽ nobis à Deo deſtinatũ, qui nos confeſsionẽ rectè fidei noſtræ edocuit, quẽque ex fide cõfitemur.

a qui fidelis eſt ei qui præfecit illũ,

a Cõſyderate, inquam, hũc fidelem exiſtentẽ in omnibus patri ſuo qui ipſum fecit, & hominẽ eſſe & legatũ, & pontificẽ noſtrũ,

b ſicut & Moyſes in omni domo eiꝰ.

b quẽadmodũ & Moyſes, olim in veteris legis adminiſtratione legitur in tota Synagoga (quæ erat domus Dei) fuiſſe miniſter fidelis.

c Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorẽ honorẽ habet domos, qui fabricauit illam.

c Imò verò tanto maiori gloria noſter Chriſtus antecedit Moyſen, quanto ipſius domus vel ex ipſa domo, maiorẽ habet gloriã qui eã fabricauit & fecit vt ſuam, eo q tãtùm vt miniſter in aliena domo ad tẽpus ĩhabitat. Talis ſanè erat Moyſes ad Chriſtũ. Nã hic ſibi populũ illum proprium fecerat: Moyſes verò tantùm Synagogæ ad tempus adminſtratio fuerat conceſſa, in qua tanquàm aliena, & à Deo nõ à ſe cõdita, verſabatur Chriſtus verò in eccleſia ſua, tanquàm dominus in propria domo inhabitat.

Omnis

a Omnis enim domus, ab aliquo tanquàm ab efficiẽte, & ab aliquo tanquàm à dño & poſsidente, conſtruitur. b Deus verò eſt, qui per ſeipſum creauit omnia ſiue vt dñs, ſiue vt efficiens, & ab ipſo fabricata ſunt vniuerſa: vnde cõſtat, Chriſtũ Dei filium in eccleſia vt in ſua domo inhabitare. c Et Moyſes quidem in illa Synagoga legitur fidelis extitiſſe in miniſtrãdo & famulando, d ad proponendum ea quæ dicenda eſſent à dño ad populum, vel reſpondenda à populo ad dñm. Moyſes enim verba domini deferebat ad populũ, & populi viciſsim reſpõſa referebat ad dominũ, vtrorúmque miniſter & famulus, quẽadmodũ ſolent nuncij hinc inde diſcurrere. e Chriſtus verò tanquàm filius & hæres (cuius ſunt omnia quæ partis exiſtũt) in propria domo tãquã dñs inhabitat in eccleſia, nõ ſeruit vt famulus. f Ad quam domum pertinemus nos fideles omnes, ex quibus cõſtruitur vnitas eccleſiæ. g Si modò ſpem noſtrã in qua cõfidimus, &

a Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo: b qui autẽ omnia creauit Deus eſt.

c Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius tãquàm famulus, d in teſtimonium eorum quæ dicenda erant:

e Chriſtus verò tanquàm filius in domo ſua, f quæ domus ſumus nos, g ſi fiduciã et gloriã ſpei vſq; ad finem firmam retineamus.

mus,& gloriamur ad finem vſque
perſeueranter teneamus,& nō de-
clinemus. Alioqui à domo eius a-
lieni efficeremur,nec eſſet nobis
a Quapropter ſicut dicit ſpiritus ſanctus:
pars in eius eccleſia. a Quapro-
pter libet nunc mihi eiſdē vos ſer-
monibus cōpellare, quos olim per
Pſalmiſtā loquutus eſt ſpirituſſan-
b hodie ſi vocem eius audieritis,
ctus. b Vos(itaque)ſi hodie, in-
que hoc tempore quod eſt gratiæ
& miſericordiæ, vocem audieritis
domini, ſiue exterius ſiue interius
c nolite obdurare corda veſtra,
docentis, c videte ſolicitè,ne ob
firmetis affectū voluntatis veſtrę,
vt nō acquieſcatis verbo domini:
d ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tētationis in deſerto,
d quemadmodū olim fecerūt pa-
ſtres veſtri quādo me ad amaritu-
dinem & iracundiam magnā pro-
uocauerūt in illo tempore cùm me
e vbi tentauerūt me patres veſtri: probauerūt & viderūt opera mea. quadraginta annis,
tentarent in deſerto, e vbi tenta
uerūt & experti ſunt magnalia o-
perū meorū, per quadraginta an-
nos illis manna de cœlo pluētem,
& veſtimenta illorum illæſa con-
f propter quod infenſus fui generationi huic et dixi:
ſeruantem. f Et quoniam ipſi me
tentauerunt exacerbantes faſtidio
mihi fuit & diſplicuit generatio il
la exaſperans, & dixi intra meip-
ſum

ſum,atque etiã ad Moyſen ſeruum meũ: a populus iſte nõ ceſſat ab errore cordis ſui toties iam eadem repetẽs murmura. b Ipſi autẽ nõ intellexerũt cõſilia mea,& ego firmiſsimo decreto ſtatui & iuraui ex omnibus illis exacerbatoribus non ingreſſurũ nec vnũ in requiẽ terræ promiſsiõis. Ecce fratres au diſtis durã cõminationẽ & grauẽ incredulorũ punitionem. c Vos illorũ admoniti exemplo diligẽter cauete,ne fortè ſit in vllo veſtrum affectus incredulitatis ad apoſtatatandũ à Chriſto Deo viuo, eius fidem deſerendo,in qua iam baptizati eſtis: d ſed mutuis exhortationibus vos inuicem atque etiam voſipſos exhortemini atque cõſolemini,vt nullis tentationibus aut pręſſuris à fide recta iam ſuſcepta cõtingat abſcedere. e Idq́ue facite nũc dũ tẽpus eſt,quãdiu hic gratiæ dies nobis noĩatur & offertur, ne obduretur vllius affectus ex vobis q iã credidiſtis, dæmonis fallacia in peccatũ infidelitatis ſeduct⁹. f Iã enim Chriſto per fidẽ inſiti & vniti

a. Semper hi errãt corde.

b Ipſi autem non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam.

c Videte fratres ne quando ſit in aliquo veſtrũ cor malum increduli-tatis, diſcedendi à Deo viuo,

d ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies,

e donec hodie cognominatur, vt nõ obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

f participes enim Chriſti effecti ſumus:

a ſi tamen initiũ ſubſtãtiæ eius vſq; ad finem firmum retineamus,

b dũ dicitur: Ho- *die ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, quemadmodũ in illa exacerbatione.*

c Quidam enim audientes exacerbauerunt:

d ſed non vniuerſi qui profecti ſunt ab Aegypto per Moyſen.

e Quibus autem infenſus eſt quadraginta annis?

f Nónne illis qui peccauerunt, quorum cadauera proſtrata ſunt in deſerto?

vniti ſumus, eiſque ſecũdùm ſpẽ cohæredes facti, a ſi tamen qđ per regeneratione͂ ſpirituale͂ in eo eſſe cœpimus, ne͂pe per fide͂ noua creatura, in fine͂ vſque cõſtanter teneamus: hoc eſt, ſi in fine͂ vſque fideles permaneamus vt cœpimus, b donec perdurat dies ille, de quo per ſpiritũ ſanctũ dicitur: Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtrá ſicut in illa exacerbatióe: c In tota enim multitudine filiorũ Iſraël, fuerũt audie͂tes ſermonem dñi, per incredulitatem murmurantes exacerbauerunt dominũ. d Nõ omnes tamen eiuſmodi extiterũt exacerbatores, qui fuerunt ab Aegypto Moyſe duce profecti. e Neque verò ad vniuerſos referri hoc debet, quod dicitur: Quibus offenſus fui quadraginta annis: f ſed ad illos tantũ qui murmurãdo peccauerunt, qui & morte percuſsi ſunt, antequàm terram promiſsionis ingrederétur, & ſunt ipſorum cadauera in deſerto proſtrata, ſiue ſepulta. Qui verò non murmurauerunt cõtra dominum

(vt Io-

(vt Ioſue & Caleph & filij præua ricatorũ qui illius murmurationis nõ fuerãt conſcij)non ſunt puniti, ſed acceperũt ꝑmiſsionẽ, a atque illud iuramentũ,quo iurauit in ira ſua,vt nõ introirent in terrã promiſsionis, non niſi aduerſus illos factum fuit,qui inobediẽtes & increduli fuerant murmuratores. b Et per omnia ex dictis euidens eſt eos qui nõ introierunt,& fuiſſe propter ſuam infidelitatem & inobedientiam ſolam prohibitos.

a quibus autẽ iurauit non introire in requiem ipſius, niſi illis qui increduli fuerunt? b &. videmus quia nõ potuerũt introire in requiẽ ipſius,ꝑpter incredulitatem.

Elucidatio CAP. IIII.

T a Imeamus ergo & præcaueamus,ne quomodo contingat,vt aliquis ex nobis qui fidẽ ſuſcepimus,promiſsione cœleſtis ingreſſus(facta perſeuerãtibus in fide)per apoſtaſiã abiecta atque cõtempta,conſpiciatᷣ inuenſatúrque ſua infidelitate fruſtratus, ab illo ingreſſu deficere. b Nã & nobis annũciatę ſunt pollicitationes dei queẽadmodũ & illis. c Sed nõ ꝓfuit illorũ plurimis ſermo auditionis,quẽ audiebãt,non cõiũctus cũ fide,ſecũdùm ea quæ audierũt.Nã

TEXTVS Cap. IIII.

a Timeamus ergo ne forte, relicta pollicitatione introëundi in requiẽ eius, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. b Etenim & nobis annunciatum eſt,queẽadmodum & illis, c ſed non profuit illis ſermo auditus non admixtus fidei ex ijs quæ audierunt.

ſermonem cœleſtiũ promiſsionũ tantùm audire nõ prodeſt, niſi fidem adhibeas, cõiungas, & cõmiſceas ijs quæ audieris. a Sanè enim introgrediemur in requiẽ dei quicũque nunc fidẽ eius ſuſcepimus, & in ea permaneamus, quẽad modũ per contrariũ indicat ſcriptura, dicens: b Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione in deſerto, vbi tẽtauerũt me patres veſtri: quibus iuraui, ꝙ nõ ingreſſuri eſſent in requiẽ meam. In quo verbo, per cõtrarium ſenſum ſignificat̃, eos fuiſſe in requiẽ admittẽdos, niſi fuiſſent increduli, & oẽs in requiẽ cœleſtẽ ingreſſuros, qui verè fuerint fideles. c Et quidem de hac requie, in ipſo ſtatim Geneſis principio, fit ſermo, poſtq̃ opera ſex dierũ, in quibus cõſtitutus eſt mũdus eſſent cõpleta. d Dicitur enim illo in loco de die ſeptima, ꝙ requieuerit in ea dñs ab omnibus operibus ſuis quę patrauerat, videlicet nihil nouum in ea creãs vt fecerat in priorib'. In quo verbo ſignificat̃ electorũ requies beata,

a Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus, quẽadmodũ dixit b ſicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

c Et quidẽ operibus ab inſtitutione mũdi perfectis. d Dixit enim in quodã loco de die ſeptima, ſic: & requieuit Deus, die ſeptima, ab omnibus operibus ſuis.

beata,qua poſt huius mundi finitos labores requieſcent in æternitate ad exemplũ Dei, qui die ſeptima ceſſauit ab opere. a Et rurſum in iſto loco dicitur:Si introibũt in requiẽ meam. In quo ſignificatur per cõtrarium ſenſum,veros fideles in hanc requiem ſuſcipiendos. b Quoniã ergo hoc reſtat vt ingrediãtur nõnulli in illã requiem, & in illis prioribus, quibus prius fuerat nunciatũ non vt videt̃ impletum,qui non introierunt propter ſuam incredulitatem. c iterum poſt tantũ temporis interuallum,qđ ab illo exacerbationis die vſque ad Dauid protenditur:Poſt tantùm,inquam,temporis,iterum definit ſcriptura alium quendam diem & aliud hodie per Dauid, dicendo(ſicut iam ſæpe præallegatũ eſt) d Hodie ſi vocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra. Neque verò dici valet per Ioſue fuiſſe ingreſſũ illũ perfectè impletum. e Nã ſi Ioſue filius Nun, ſuis illis quos in terrã ꝓmiſsionis introduxit perfectã & verã requiem

a Et in iſto rurſum:ſi introibunt in requiem meã.

b Quoniam ergo ſupereſt introire quoſdã in illã, & hi quibus prioribus annunciatum eſt:nõ introierunt propter incredulitatem.

c Iterũ terminat diem quẽdam,hodie, in Dauid dicendo,poſt tãtùm temporis,ſicut ſupra dictum eſt.

d Hodie ſi vocem eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra.

e Nam ſi eis Ieſus requiẽ præſtitiſſet nunquàm de alia loqueret̃ poſt hæc die.

dediſſet, nullo modo ſcriptura propoſita de alia loquereť poſt ipſam dię, & alia requie, quę poſtmodum in tępore gratiæ eſſet propalāda. Nunc aūt (illo nihil obſtante) adhuc aliam quandam diem definit, per Dauid. a Ergo ſabbatiſmus perfectus, in prioribus ſcripture locis vtcunque deſignatus (id eſt, requies æterna, & cœleſtis illa iugiſque ab omni labore feriatio) adhuc reſtat, per Chriſtum donādus ſuis fidelibus. b Quiſquis enim ingreſſus fuerit in requię illā Dei, ſic ab omnibus operibus laborioſis, quibus ad meritū ſolet vacare, ceſſabit, & perpetuò velut feriabitur, c quomodo ſupra de Deo dictum fuerat, quòd poſt ſex dies laboris accepiſſet in ſabbato requię ab oībus operibus ſuis. d Omni itaque ſtudio contendamus in illā tam beatā quæ nos manet, introire requiem: e ne fortè quis ex nobis, incidat in ſimilem incredulitatem quæ nobis debet eſſe in exemplum, ne quęadmodū illi propter ſuam infidelitatę nō ſunt ingreſsi in re-

Itaque reliquitur ſabbatiſmus populo Dei.

b Qui enim ingreſſus eſt ĩ requię eius, etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis,

c ſicut & à ſuis Deus.

d Feſtinemus ergo ingredi in illā requiem:

e vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplū.

in requiem terræ promiſsionis,ita nos ꝓmiſſa requie cœleſti,fruſtremur,cuius illa tantùm ſignũ erat, & figura. a Sermo enim Dei(id eſt,ſentẽtia cõminationis, ſiue iudicij eius) viuus eſt, vigorémque habens,& in agẽdo ſiue exequẽdo plurimum efficax, cuius poteſtati nihil reſiſtit,ſed peruia ſunt ei omnia. b Cùm ſit omni gladio, etiã ex vtraque parte ſcindẽte, ad penetrandũ valentior:ita vt penetrare,poſsit etiã intima,nẽpè animam & ſpiritũ,ſuper illa poteſtatem omnimodã habẽs. c Neque obſiſtit illi compagũ nodoſitas, neque medullarũ intra oſſa fortiſsima incluſio,quin omnia facillimè poſsit penetrare omnipotens ſermo Dei. d Inſuper & diſcernit cogitationes humani cordis, bonas à malis,& ipſas mentis intẽtiones acutiſsimè dijudicat, e & nulla prorſus creatura eſt eius ſubtracta cognitioni: f quoniã oĩa quãtũuis hoĩbus tecta aut occulta, nuda,detecta & aperta ſunt eius conſpectui, g corã quo nunc etiã loquimur,

a Viuus eſt enim ſermo Dei & efficax,

b & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus,

c compagũ quoq; ac medullarum,

d & diſcretor cogitationum et intentionum cordis.

e Et nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius,

f omnia autẽ nuda & aperta ſunt oculis eius,

g ad quem nobis ſermo,

quimur,& corã quo nobis erit ſin gulorũ dictorũ ac factorũ ſuo tem pore reddẽda ratio. a Cùm ergo habeamus põtificẽ magnum,nẽpe IeſumDei filiũ,qui cœlũ nobis ſuo ingreſſu patefecit,viámque para- uit:nõ recedamus à ſemel iam con cepta ſpe noſtra,ſed firmiter in cõ feſsione rectæ fidei,in qua eſt ſpes noſtra,perſtemus. b Pontifex e- nim iſte quẽ à Deo datũ habemus nõ talis eſt vt neſciat cõpati,miſe- reri,& condeſcẽdere noſtris miſe- rijs atque imperfectionib': c Imò verò expertus eſt in ſeſe oĩa quæ ipſum cõueniebat ad noſtrã ſalu- tem ſuſcipere,ſecũdùm ſimilitudi nem noſtri,excepta peccati miſe- ria,à qua illum decuit ſemper eſſe alienißimũ. d Adeamus ergo cũ plena cõfidentia,nihil hæſitantes, & corde fideli accedamus ad illũ, (in quo nũc reſidet in dextera pa- tris) gloriæ thronũ,vnde peccato rum remiſsio fluit & gratia omni- bus petẽtibus, e vt cõſoquamur miſericordiam eius in peccatorũ noſtrorum dimiſsionẽ, f & gra- tiam

a habentes ergo pontificẽ magnũ, qui penetrabit cœlos,Ieſum filiũ dei teneamus ſpei noſtræ confeſſionẽ.

b Non enim habemus pontificem qui non poßit cõpati infirmitatibus noſtris,

c tentatũ autem per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato.

d Adeamus ergo cũ fiducia ad thronum gratiæ eius,

e vt miſericordiã conſequamur,

f & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

tiam ad bene operandum adiutricem,ad auxilium, commodum, & opportunũ dũ tẽpus eſt miſericordiã cõſequẽdi & bene operãdi.

Elucidatio CAP. V.

O a Mnis enim põtifex à medio populi quaſi vnus ex eis, ſimilis eiuſdémque naturæ exiſtẽs aſſumit,& pro cæteris hoĩbꝰ (quorũ eſt ſacerdos)in diuinis peragẽdis ordinat,atque deputatur, b videlicet vt ex delegato & cõmiſſo ſibi officio offerat oblatiões & ſacrificia,pro repropiciãdis apud dñm populi peccatis. c Talis,inquã,aſſumit & cõſtituit,qui ſciat & velit cõpati,& miſericordiã pœnitẽtiæ nõ negaret ijs q ſiue ex ignorãtia, ſiue ex errore & lapſu fragiliatis humanę,ꝓpter infirmitatẽ à cõcupiſcẽtia ſeducti peccauerit: d quoniã& ipe ijſdẽ eſt ĩfirmitatibꝰ,etiã q̃ peccatũ cõcernũt,ex oĩ pte ſubiectus,ſimiléſque in ſe pugnãs peccatorũ,quales illi experit. e Atque ideò neceſſe habet,qũo ꝓ populo orat,ita etiã ꝓ ſemetipſo orare,& offerre hoſtias aliáſque oblatiões

TEXTVS

Cap.V.

a Omnis nanq; pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus cõſtituitur, in ijs quæ ſunt ad Deum,

b vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.

c qui condolere poſſit, ijs qui ignorãt & errant.

d quoniã & ipſe circũdatus eſt infirmitate:

e & propterea debet quemadmodũ pro populo, ita etiam et pro ſemetipſo offerre pro peccatis.

pro peccatorũ remiſsionibus perficere. a Neque quiſquàm ſibi debet huiuſmodi honorificum ſacerdotij munus,ſua authoritate vſurpare,neque ſemetipſum ingerere: b ſed qui à Deo vocatur & ordinatur,quẽadmodum exemplũ habemus in Aaron,quẽ per Moyſen dominus ad ſacerdotiũ deputauit. c Sit ſanè & noſter iſte Pontifex Chriſtus,nõ ſemetipſum glorificauit à ſemetipſo ſibi ſuũ pontificatum vendicans,aut ſibijpſi de ſui põtificatus veritate teſtimonium perhibẽs,vt ſuus põtificatus & dignitas quã habebat,hominib⁹ innoteſceret, d ſed pater cœleſtis qui in principio libri Pſalmorum ipſum teſtať eſſe cõſubſtãtialem filium ſuum dicẽdo ad illũ: e Filius meus es tu,ego in ęternitate te mihi conſubſtantialẽ & coæqualẽ filium genui,idẽ ipſe verũ pontificẽ & ſacerdotẽ eundem in ſcripturis clarificat,& manifeſtat, f quẽadmodũ alio in loco ad filiũ loquiť, dicẽs: g Sacerdos es tu mihi pro populo electorũ,eiſque in ſempiternũ,

a Nec quiſquã ſumit ſibi honorem,
b ſed qui vocatur à Deo, tanquàm Aaron.
c Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret,
d ſed qui loquutus eſt ad eum:
e Filius meus es tu, ego hodie genui te.
f Quẽadmodum & in alio loco dicit:
g Tu es ſacerdos in æternum,

ternũ,ita vt ſempiternũ tibi perpetuúmque maneat ſacerdotiũ non habiturus aliũ poſt te ſucceſſorē: eritque ſacerdotiũ tuũ, non iuxta veteris legis ritũ,id eſt,nō Aaronicum,aut Leuiticũ, a ſed iuxta ordinem,atque figuram & ſimilitudinem Melchiſedech, cuius præuium ſacerdotiũ,tui ſubſequuturi tantùm erat figura,quēadmodum poſterius latius explicabit̄. b Qui ſacerdos Chriſtus in dieb⁹ quibus verſabat̄ in carne paſsibili,ad patrē ſuum omnipotentē(qui potēs erat illum & omnē populũ eius à morte ſaluare,ipſum ſuo tēpore reſuſcitãdo) deprecationes pro ſalute humani generis,& humiles ſupplicationes,idque cũ lachrymis & forti clamore,in teſtimoniũ ſummæ affectionis atque dilectionis, effudit, patríque has acceptiſsimas offerēs hoſtias ſuper crucis altario, c exauditus eſt(vt dignum erat)à patre,propter ſuã reuerentiam,qua vt filius conſubſtantialis & coæqualis, patri erat acceptus. d Et quidē cũ eſſet filius Dei, natura

a ſecundùm ordinē Melchiſedech.

b Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum qui poßit illum ſaluum facere à morte,

cum clamore valido & lachrymis offerens,

c exauditus eſt pro ſua reuerētia:

d Et quidem cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt:

Chriſtianæ,ita vt etiam alijs in ea erudiēdis ſufficeretis: a tum quia vobis primū prędicatū eſt,tū quia ab ipſius Chriſti ore ſermonem au diſtis, tum quia legē & Prophetas optima fidei præparamēta habuiſtis: b veſtro tamen vitio,& cordis duritia,& obſtinatione ceruicis duræ fit, neſcio quo modo, vt quaſi de integro indigeatis informari,& inſtrui,de ipſisfidei primis rudimētis,à quibus initiū ſumi debet Chriſtianæ prędicatiōis, c & tales facti eſtis veſtro vitio, qb⁹ ſit opus lacte, & nō congruat ſolidus cibus.Propter veſtrā enim duritiē, cogor nūc ex vmbris veteris legis & figuris diuerſis,ꝑ allegoriā oſtēdere veritatē, & ꝓcellētiā ſacerdotij Chriſti, & euacuationē legaliū ſacrificiorū,& ceſſationē legis veteris(quę ego lac appello & minu tiora quædā) ꝓpter veſtrā in fide paruitatē vobis iſta exhibēs, quæ ego op⁹ nō haberē tā latè ꝓſequi, & copiosè diſſerere ſermonibus, ſi ſimplicis veritatis ſolidū cibū, ex ore noſtro velletis accipe,citra cōmixtio-

a propter tempus,

b rurſum indigetis vt vos doceami ni, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei,

c & facti eſtis, quibus lacte opus ſit non ſolido cibo.

mixtionē lactis: id eſt, allegoriā veterū figurarū, quibus à principio educati eſtis. a Omnis enim qui adhuc lacte in pabulum vtitur, & infirmioribus paſcitur legis vmbris, nolēs quicquā accipere, quòd non illis ſit conditū, capax nō eſt, vt perfectionis verbum, & Euāgelicæ libertatis prædicationē nude accipiat. b In fide enim Euangelica paruulus eſt, qui adhuc in figuris hæret. c At perfectorum, qui ſecundùm ſpiritum omnia diiudicant, ſolidus eſt cibus: & ſine vmbris atque figuris illis ſunt cœleſtis ſapientiæ proponenda myſteria: d qui pro ipſo habitu & aſsidua exercitatione diuinæ contemplationis, & frequenti ſenſu illuminationū atque affectionum cœleſtiū, diſcretionis iudicium habent perfectum: e vt queant cœleſti ſpiritus luce irradiari, vera à falſis, & credenda à non credendis, ſimplici iudicio diſcernere.

a omnis enim qui lactis eſt particeps expers eſt ſermonis iuſtitiæ,

b paruulus enim eſt,

c perfectorū autē eſt ſolidus cibus.

d eorum, qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habēt ſenſus,

e ad diſcretionem boni ac mali.

TEXTVS Cap. VI.

a Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem,

Elucidatio CAP. VI.

Ia Taque nūc ſeponētes ſiue omittentes, de ijs loqui quæ ſunt fidei

ſidei Chriſtianæ principia, quæque edocti eſtis cũ primo in Chriſtum inciperetis credere, a prius ea diſſeramus quæ vobis ſunt potiora, neceſſariora, & difficiliora ad capiendum. Cuiuſmodi ſunt ea quæ poſtmodũ ſequentur de ęternitate ſacerdotij Chriſti, & euacuatione legalis ſacerdotij, vnà cum cæteris legis cæremonijs, & veteribus offerẽdi ritibus. Neque iam de integro volumus quaſi à fundamẽtis vobis illa proponere, quæ ſunt fidei initia: quaſi modò primùm cœperitis eſſe Chriſtiani, qui iam in Chriſtianiſsimo multũ tẽpus habetis. b Nõ inquam, rurſum latè diſſeremus de ijs quę ſunt fidei prima principia, & fundamenta vitæ Chriſtianæ. Quæ (vt ſummatim pſtringã) ſex precipua ſunt: c Nẽpe agere pœnitẽtiã à pręteritis, peccatis quæ occidũt animam, & vita ante malè acta. d Deinde ad Deũ per fidem accedere. e Deinde baptiſmatis ſiue baptizationũ doctrina, qua docti eſtis nõ ſufficere pœnitẽtiã, neque fidem, niſi adſit baptiſma-

a ad perfectionẽ feramur.

b Non rurſum facientes fundamentum,

c pœnitentiæ ab operibus mortuis,

d et fidei ad Deũ,

e baptiſmatũ doctrinæ,

a impoſitiōis quoque manuum, ptiſmalis ablutio. a Poſt quæ eſt ĩpoſitio manuũ ꝑ quã credimus iã baptizatis gratiã cõferri, in bono cõfirmantem. b Quinto loco eſt mortuorũ reſurrectio, c quã cõſequit(id quod eſt ſextũ fidei principiũ)iudiciũ venturũ ſup bonos & malos:Idqúe nõ ad tẽp9,ſed vt fuerit ſemel definitũ ſine fine duraturũ. De his(inquam)nõ intẽdimus iterũ copioſè ſic diſſerere, quaſi à fundamẽtis eſſetis in fide ædificãdi.Spero enim vos iam in his ſatis inſtructos. d Nihilominus tñ vbi de Chriſti ſacerdotio ſermonẽ abſoluerimus,tũ ſi ſic Deus donabit, & opportunũ erit, de his quoque nõ nihil dicturi ſumus. Interim tamẽ breuiter pauca perſtringamus, Hæc enim ſuper his eſt veræ & catholicę fidei ſumma. e Quoniam vix fieri poteſt, & ſanè per quam difficile eſt,atque rariſsimũ,vt qui ſemel à Deo ſunt vocati, & per fidẽ illuminati, f & perceperũt guſtum ſuauitatis gratiæ cœleſtis,;& charitatis quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris, g & ſpiritũ ſanctum accepe-

b ac reſurrectiōis mortuorum,

c & iudicij æterni.

d Et hoc faciemus ſiquidem permiſerit Deus.

e Impoſsibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati,

f guſtauerũt etiã donum cœleſte,

g & participes facti ſunt ſpiritusſancti,

acceperũt,qui eis gratiã, ſiue gratũ facientẽ,ſiue etiã alia dona ſua fuerit elargitus: a & guſtauerunt inſuper,& mẽte perceperũt eloqa domini,& verbi eius bonitatẽ, atque ſuper omnia ſuauitatẽ: b ſunt etiam ſæpius ardentiori afflati ſpiritus calore,virtute induti ex alto, & quaſi ſuperuenturæ beatæ vitæ experti in ſe virtutem: c & poſteaquàm hæc omnia beneficia perceperunt(nihil his obſtãtibus)denuò prolapſi ſunt,corde incredulitatis à Deo viuo Chriſto(cui ſic fuerãt familiares effecti)voluntariè ſe ſeparantes,poſt acceptam rectæ fidei notitiam. d Vix,inquã, poſsibile eſt,& per quam rarũ, vt tales rurſum reuerti contingat ad integram & verã pœnitentiã.Qui enim ſemel à Deo voluntariè apoſtatauerit,quo maiora prius dona percepit gratiarũ, eo magis in errore relinquitur: vt pœnitentia ei nõ cõcedatur, & in ingratitudine ſua pereat. e Cùm crucifigant hi rurſum(quãtum in ſe eſt) Chriſtũ Dei filium,non credentes verum

a guſtauerũt nihilominus bonum Dei verbum,

b virtutesq; ſæculi venturi.

c & prolapſi sũt,

d rurſus renouari ad pœnitẽtiam,

e rurſum crucifigẽtes ſibimetipſis filium Dei.

eſſe,

eſſe,quòd per mortem Chriſti ſint deleta mundi ſcelera: quod ſi ita eſſet rurſum oporteret mori Chriſtum,ad perficiendũ quod illi perfectum negant: a & oſtentui eũ habent,cuius ſanguinẽ nihilo reputant amplius quàm hominũ cæterorum,nec ſufficere credunt ad hominum ſalutem .Sumi poteſt ex terris & agris comparatio: quæ noſtro huic deſeruiat inſtituto. b Cordis enim humani ager qui multis ſacris & cœleſtibus fuerit viſitationibus à Deo miſericorditer ſæpius cõplutus, bonorúmque operũ pluuia ſic irrigatus,fructum cõdignũ & cõgruũ in vitã æternã ꝓgignit ſuis cultoribus, c accipit à Deo benedictionẽ:vt in bono cõfirmetur & mereatur ampliora in futurum accipere,& beneplacitum eſt Deo in huiuſmodi terra. d Si cuius autem cor acceptas diuinas viſitationes & imbrẽ cœleſtis gratiæ frequentius ſuperfuſum, nihil proferat præter errores & opera mala,quæ nõ cõgregari valeãt in horreum æternæ vitæ, cuiuſmodi ſunt in

a & oſtentui habentes.

b Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur,

c accipit benedictionem à Deo:

d proferens autẽ ſpinas & tribulos reproba eſt.

ſunt in herbis ſpinæ & tribuli, illius cor Deus odio habet & reprobat: & niſi reſipiſcat dignũ facien do fructũ pœnitẽtiæ, veniet ſuper illũ maledictio, a & tandẽ finis illi erit cõbuſtio ignis ſẽpiterni. Hęc autẽ quæ vident durius dicta, nolim ſic accipiatis, quaſi in vos torſerim, aut quenquã veſtrũ deſignauerim. b Quanquã enim ita durius loquamur, nõ tamen id facimus quaſi de vobis malè ſuſpicantes. Cõfidentes enim in dño, ſpem de vobis meliorẽ & exiſtimationẽ habemus, quòd ſaluti æternę vicini eſtis, & in Dei gratia ſtatis: id quod mihi ex veſtris operibus meritò venit exiſtimandũ. c Dominus enim qui iuſtus eſt & fidelis remunerator, nõ obliuiſcetur (ſed ad remunerationẽ memor erit) operũ veſtrorũ quæ in charitate fraterna exhibuiſtis: d & nõ ſolùm affectu aut lingua, ſed etiã re ipſa oſtendiſtis pro amore Dei, in eo quòd miniſtratis ſanctis iuxta veſtrã poſsibilitatẽ eis in neceſſarijs ſuccurrẽdo, & etiã nũc miniſtrare

a & maledicto proxima, cuius cõſummatio in combuſtionem.

b Confidimus autem de vobis dilectiſsimi meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur.

c Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis,

d quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis.

a Cupimus autē vnūquenq; veſtrū eandē oſtentare ſolicitudinem,

non ceſsitatis. a Cæterùm illud vobis omnibus optamus atque deſyderamus, in bonis veſtris initijs vt perſeueretis, vt eandē in exhibenda charitate ſolicitudinem ſinguli, pro ſe quiſque pergatis exhibere,

b ad expletionem ſpei vſq; in finem,

b vt plena fiat ſpes veſtra, perſeuerādo vſque in finē.

c vt non ſegnes efficiamini,

c Ne fortè remiſsi & tardi efficiamini, vel perſequutionibus fracti, vel lōga expectatione defatigati.

d verum imitatores eorum qui fide & patientia, hereditabant promiſsiones.

d Verùm imitatores ſtudete eſſe patrū veſtrorū, qui per fidē & patientiā eo quòd nullis aduerſis nullâque expectationis mora frāgerentur, meruerūt accipere promiſsiones diuinas: nō ſolùm ſibi, ſed in omnes etiā ſuos ſequuturos hæredes. Quorū fuit præcipuus & præclarior pater Abraham.

e Abrahæ nanq; promittens Deus, quoniam neminē habuit per quem iuraret maiorem iurauit per ſemet ipſum dicens,

e Cui Deus, nō ſolùm promiſit repromiſsionē, verumetiā iuramento firmauit iurans per ſemetipſum, quādoquidē maius aliquid ſeipſo Deus nō habet, quod poſſet in ſui promiſsi cōfirmationē adducere.

f Niſi benedicens benedicam te,

f Nihil dubites Abrahā (inquit dominus) verè vtique ego benedicēs copioſè bene-

ſe benefaciã tibi & mirabiliter te tuúmque ſemẽ multiplicabo. a At que in his Dei promiſsis ſuſtinẽs patientérque etiã in multa tẽpora expectãs: b promiſsionis ſuæ cõſequutus eſt effectũ, partim quidẽ inſeipſo, partim in ſua poſteritate. In ſeipſo quantum ad filiũ: in poſteris ſecundùm carnẽ quantùm ad terrã promiſsionis: In ſeipſo autẽ & in veris ſecundùm ſpiritũ filijs, quãtùm ad patriæ cœleſtis ingreſſum. Abrahæ (inqua) iurauit Deus per ſemetipſum. c Nam homines cũ iurãt, per maiorẽ aliquẽ ſolent iurare, vt homines per deũ, populus p ſalutẽ regis: aut vt minimũ per aliqd qđ maximi repũtãt, vt rex ipſe p ſalutẽ ſuã, aut p vitã aut p regnũ ſuũ. d Et quoties cõtrouerſia aliqua, ſiue lis, aut cõtentio p cõpoſitionẽ terminat̃ vt ſit cõpoſitio firma & valida, iuramẽtũ adhibetur, quo quęcunque acta ſunt velut obſignant̃. e quemadmodũ De⁹ volẽs veris Abrahę filijs (heredib⁹ pollicitationis illius quę facta fuit ad Abrahã patrẽ eorũ)

& multiplicans multiplicabo te.

a Et ſi longanimiter ferens,

b adeptus eſt repromiſsionem,

c homines per maiorem ſe iurant,

d & omnis controuerſiæ eorum finis ad cõfirmationẽ, eſt iuramentũ.

e in quo abundãtius volens Deus oſtendère pollicitationis hæredibus,

abundantius, firmius, certiúsque oſtendere huius conſilij & propoſiti immobilitaté (quòd ſcilicet illud promiſsionis decretũ in æternũ non eſſet reuocaturus) a iureiurando interpoſito, atque ad promiſsionẽ adiecto nos ſecuros reddidit: b vt per duas illas res (nempe promiſsionẽ, & iuramenti confirmationem) quæ Dei verbum firmũ & irreuocabile faciũt, c poſt quas impoſsibile eſt Deum mentiri, non implendo quod pollicitus fuerat, aut reuocando quod ante propoſuerat, firmũ omnino & indubitatum habeamus ſpei noſtræ ſolatiũ. d Nos, inquam, qui propter animarum noſtrarum ſaluté relictis quæ in mundo ſunt erroribus & vanitatibus, diligéter cõfugimus ad appræhendendã atque retinẽdã ſpem iſtã, in cõmune omnibus qui credere volunt propoſitam, quæ hoc nobis eſt fidelibus, quòd anchora naui. e Anchora, inquam, animæ noſtræ tuta, quæ eã & ab omnibus periculis ſecurã facit, & inter fluctuantes procella huius

immobilitatem conſilij ſui:

a interpoſuit iuſiurandum,

b vt per duas res immobiles,

c quibus impoſsibile eſt Deum mẽtiri, fortiſsimum ſolatium habeamus,

d qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem,

e quam ſicut anchoram habeamus animæ tutã ac firmam,

huius ſæculi, firmam tenet, vt non mergatur in mortē peccati: a quę ſpes nos introducit atque introire facit in Sancta ſanctorū, quæ ſunt intra velamē: id eſt in cœlis, b in quos introiuit pro nobis tāquàm præcurſor noſter ad parādam nobis viā & manſiones ęternas Ieſus dominus noſter, c iuxta ordinē Melchiſedech cōſtitutus & declaratus à Deo pontifex in æternum.

a & incendentē vſq; ad interiora velaminis,

b vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus,

c ſecundùm ordinē Melchiſedech, pontifex factus in æternum.

Elucidatio CAP. VII.

DIco autē Chriſtū pontificem nominari & exiſtere, ſecundùm ordinem Melchiſedech, potius quàm ſecūdùm ordinem Aaron aut Leui: quoniam in plurimis Chriſtum ille præſignauit, & ſecūdùm hyſtoriam quæ in ſcriptura de eo texitur, nil niſi Chriſti præcurrens figura fuiſſe videtur. a Hic enim Melchiſedech Rex Salem legitur fuiſſe & Dei ſummi ſacerdos: b Qui Abrahę deuictis & cæſis regibus qui fratrē ſuū Loth captiuum abduxerant, cum victoria domū redeūti obuiā proceſsit, eique benedixit in nomine altiſsimi,

TEXTVS Cap. VII.

a Hic enim Melchiſedech rex Salem ſacerdos Dei ſummi,

b qui obuiauit Abrahæ regreſſo a cæde regum & benedixit ei,

a cui & decimas omnium diuiſit Abraham,

mi, cuius erat ſacerdos. a Cui Abraham ob ſacerdotalis dignitatis reuerentiam, decimas dedit ex omnibus. Quæ omnia ad Chriſtũ optimè quadrãt.

b primùm quidẽ qui interpretatur rex iuſtitiæ.

b Primùm quidem quòd appellatur Melchiſedech:id eſt, iuxta nominis interpretationem,rex iuſtitiæ.

c Deinde autem & rex Salẽ,quod eſt rex pacis.

c Deinde quòd rex Salẽ dictus eſt,quod interpretatur, rex pacis. Chriſtus enim rex eſt,& pacis & iuſtitiæ.

d ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neq; initiũ dierũ, neq; finem vitæ habens,

d Inuenitur quoque ille in ſcripturis ſine patre,ſine matre,ſine genealogia, ſine vitæ principio, & ſine termino:quatenus videlicet in ſcripturis,de nullo horũ fit vlla mẽtio, atque ita quodã modo vt de figura dicitur,quòd patre caruerit, & matre,vitæqúe fine, & principio.

e aſſimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.

e Aſsimilatus autẽ per hoc filio Dei,vt figura & imago veritati,manet in ęternũ ſacerdos,ita vt in ſcripturis nec de ſacerdotij eius principio,nec de finè nec de ſucceſsione cuiuſquã vlla mẽtio habeatur, verè enim Chriſtus ſecũdùm æternã à patre generationẽ,caret matre ſecũdùm humanã ex virgine natiui-

natiuitatē, caret patre ſecundùm æternā generationē genealogia illi nō texitur, itémque ſecūdùm generationē humanā ex parte patris genealogiā nō habet, q patrē non habet. a Cōſyderate autē præcellentiam ſacerdotis huius cui decimas dedit de optimis eximia quæque ipſe vniuerſalis Iudæorū omniū pater Abrahā. b Et ſanè filij Leui ad quos ſpectat ſacerdotij miniſteriū, mandatū habent ex lege, vt à reliquo populo aliarū tribuū ſumāt decimas, propter honorē & officiū miniſterij ſacerdotalis. c Verū hi tātū à reliquo populo, id eſt, à fratribus ſuis, d cùm & ipſi exierint de lūbis Abrahæ, & ad eandē genealogiā pertineāt, reſpectu Abrahę. e At iſte Melchiſedech, cuius natiuitas inter illorū generationes nō cōputatur, quique extra illorū eſt genealogiā, decimauit Abraham patrem omniū veſtrum, atque omniū ſacerdotū & leuitarū, f atque ita velut maior, ipſum Abraham, qui habebat à Deo ſibi factas promiſsiones, benedixit.

a Intuemini autem quantus ſit hic, cui decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.

b Et quidem de filijs Leui ſacerdotium accipientes, mandatū habent decimas ſumere à populo ſecūdùm legem,

c id eſt fratribus ſuis,

d quanquàm & ipſi exierit de lūbis Abrahæ.

e Cuius autē generatio nō annumeratur in eis, decimas ſumpſit ab Abraham,

f & hūc qui habebat repromiſſiones benedixit.

a Sine vlla autẽ contradictione, quod minus eſt à meliore benedicitur.

b Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt,

c ibi autem cõteſtatur quia viuit.

d Et (vt ita dictũ ſit) per Abraham, & Leui qui decimas accipit,

decimatus eſt:

e Adhuc enim in lumbis patris erat quãdo obuiauit ei Melchiſedech.

f Si ergo cõſummatio per ſacerdotiũ Leuiticum erat,

a Palàm autẽ eſt contradici non poteſt, quin benedicẽs (ſecundùm rationẽ officij & miniſterij huius, in quo ei benedictio iure cõpetit) præemineat, ſitq́ue pręcellẽtior eo qui benedicitur. b Et in hac decimatione quæ dicta eſt filijs Leui lege cõpetere, homines moriẽtes decimas accipiũt: Ita vt per ſucceſsionẽ, mortuis prioribus, ad alios ſecundùm ius ſuũ deriuetur. c In noſtro autẽ propoſito teſtimoniũ dat ſcriptura, quòd ſacerdos ille viuit, & nec de morte, neque de deuolutione iuris eius ád alios quicquàm loquitur. d Et (vt ita quadã loquẽdi figura dicã honeſtius) in hac Abrahæ decimatione, etiã ipſe Leui, & per cõſequẽs vniuerſa poſteritas eius in Abrahã & ſimul cùm Abrahã decimatus eſt. e Nã adhuc in Abrahæ lumbis latebat Leui (per generationẽ) poſtmodũ ex eius ſemine mediatè ſuſcitandus, tũc cùm Abrahã ſic decimaretur, occurrente ſibi Melchiſedech ad benedictionẽ. f Nunc itaque ſi finis erat & perfectio in Leuitico

& legali

& legali ſacerdotio, ita vt perfe-ctius aliud nõ debuiſſet expectari, cui ipſum crederet tãquàm imperfectius, a (ita enim videri poſſet, ex eo quod popul⁹ Iſraëliticus ſub ipſo legẽ accepit) b ſuperfluè & vanè in ſcriptura de alio ſacerdotio fieret mentio, quòd ſecundùm ordinẽ Melchiſedech diceretur nõ ſecundùm ordinẽ Aarõ. c Quòd ſi ſacerdotium transferatur, neceſſario ſimul legis item trãſlatio atque immutatio conſequenter fieri debet. Lex enim vetus permanere nõ poteſt ſtabilis, ſi auferatur ſacerdotiũ Leuiticũ, quoniã & illis cõpetit ſacerdotium. d At verò ille ſacerdos, de quo in Pſalmis hæc dicũtur, alterius tribus exiſtit ex qua ſacerdotes nõ ordinantur, nec ſecũdùm legem ordinari poſſunt, ad miniſtrandũ altario. e Nã apertum eſt Chriſtum ex tribu Iuda ortũ eſſe: f & quantùm ad hãc tribum nihil legitur apud Moyſen, de ſacerdotij officio. g Atque illa ipſa ſacerdotij tranſlatio, apertius demõſtratur in eo quod ſcri-ptura

a (populus enim ſub ipſo legem accepit)
b quid adhuc neceſſariũ fuit ſecũdùm ordinẽ Melchiſedech aliũ ſurgere ſacerdotẽ, & nõ ſecundùm ordinẽ Aaron dici?
c Tranſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt, vt et legis trãſlatio ſiat.
d In quo enim hæc dicuntur de alia tribu eſt, de qua nullus altario præſto fuit.
e Manifeſtũ eſt enim quòd ex Iuda ortus ſit dñs nr̃:
f in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes loquutus eſt.
g Et amplius adhuc manifeſtũ eſt, ſi ſecundùm ſimilitudinẽ Melchiſe

dech exurgat alius ſacerdos, a qui non ſecundùm legem mandati carnalis factus eſt: b ſed ſecundùm virtutem vitæ inſolubilis. c Conteſtatur enim: Quoniam tu es ſacerdos in æternũ ſecundùm ordinẽ Melchiſedech. d Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatẽ eius & vtilitatẽ: e (nihil enim ad perfectum adduxit, lex) f introductio verò melioris ſpei, g per quam proximamus ad Deum.

ptura dicit, alium ſacerdotẽ exurgere debere, qui dicatur & ſit ſecũdùm ordinẽ Melchiſedech, nõ ſecundùm ordinẽ legalis ſacerdotij: a qui ſacerdotiũ accipiat, non ex vi legis veteris, quæ eſt mandatũ carnale, de corporalibꝰ obſeruãtijs & cæremonijs potiſsimùm præſcribens, & corporalia promittens, b ſed ex vi æterni Dei, cuius eſt vita inſolubilis & ex virtute decreti eius. c Sic enim ſcripturę teſtimoniũ aſſerit quòd ſit ſacerdos in æternum ſecũdùm ordinẽ Melchiſedech. d Et quidem abrogatio fit atque euacuatio prioris mãdati legalis, propter infirmitatẽ & inſufficientẽ vtilitatem: e quia lex illa nõ potuit quenquã perfectè iuſtificare corã Deo. f Introducitur autem pro lege abrogata, ſpes melior excellentioris teſtamenti, ſecũdùm quũ ſperamus & verè expectamus æterna bona gloriæ non autẽ tẽporalia: g per quã ſpem tanquã amici & familiares Deo effecti, appropinquamus ad Deũ perfectam iuſtitiã ex ea conſecuti apud Deũ.

Et pro

a Et pro quãto hoc Chriſti ſacerdotium iuramenti additione eſt confirmatum. b Nam de alijs qui dem ſecundum legẽ ſacerdotibus, nihil tale legitur, quod cũ iuramento acceperint ad perpetuitatẽ ſuũ ſacerdotium. c Chriſtus autem noſter ſacerdos cum iuſiurandi interpoſitione, ad perpetuitatem acce pit ſuum ſacerdotium à patre, qui iurando & irreuocabiliter ſtatuendo dixit ad eũ: d Tu mihi es ſacerdos in perpetuũ ſecundùm ordinẽ Melchiſedech, cuius ſacerdotij aut vitæ finis nullus legitur. e Pro quanto, inquam, Chriſti ſacerdotium ſic nõ ſine iureiurando fuit: in tantum & eatenus melioris teſtamẽti (nẽpe noui, quód ipſe nouus ſacerdos adduxit) ſponſor eſt Ieſus, id eſt, mediator. f Et in lege quidem plures facti ſunt ſecundum ſucceſsionẽ ſacerdotes, dũ patribus mortuis, effecti ſunt filij. g Hic verò eo quòd viuat in ęternũ, habet ſacerdotium ęternum nunquàm deficiens. h Qua de cauſa, ipſe ſemetipſum abſque vlla alia hoſtia

a Et quãtum eſt, non ſine iureiurando.
b Alij quidem, ſine iureiurando ſacerdotes facti sũt:
c His autem cum iureiurando, per eum qui dixit ad illum:
d Iurauit dominus & nõ pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternum,
e in tantũ melioris teſtamenti, ſponſor factus eſt Ieſus.
f Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcircò quòd morte prohiberentur permanere:
g Hic aũt eo quòd maneat in æternũ ſempiternũ habet ſacerdotium.
h Vnde & ſal-

uare in perpetuũ poteſt accedentes p ipſum ad Deũ, a ſemper viuens ad interpellandũ pro nobis.
b Talis enim decebat vt nobis eſſet põtifex ſanctus, innocẽs, impollutus, c ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus: d Qui nõ habet neceſſitatẽ quotidie (quẽadmodũ ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi.
e Hoc enim fecit ſemel ſe offerẽdo.
f Lex enim homines cõſtituit ſacerdotes infirmitatẽ habentes:
g ſermo iuriſiurãdi, qui poſt legem eſt,

hoſtia ſemper exhibens patri, ſaluare poteſt in perpetuum eos qui per ipſum ad patrem accedunt. a ſemper viuens & permanens apud patrem, ad orãdũ pro nobis. b Talem enim decẽs erat nos habere pontificem ſcilicet innocentẽ, immaculatũ, c ẽ peccatorũ numero & conſortio ſemotum, & ſupra cœlos omnémque cœlorũ gloriã ad patris déxteram eleuatum. d Qui nõ habet neceſſe quotidie offerre nouas hoſtias, neque etiam prius pro ſeipſo q̃ pro alijs, quemadmodum ſacerdotes veteris legis quotidie innouabãt hoſtias & neceſſe habebãt, prius pro ſe, poſtmodum pro alijs orare. e Chriſtus enim, ſufficiẽter pro omnibus peccatis ſemper expiãdis, ſemel obtulit ſemetipſum in hoſtiam, pro peccatis noſtris. f Nam lex quidẽ ſacerdotes inſtituit puros homines, infirmitatibus & peccatis ſubiectos. g Verbũ autẽ illud Pſalmi, in quo cum iuramento indicatur Chriſti ſacerdotiũ, quòd poſt legis dationem per multũ tẽpus Dauid protulit:

ptotulit. a nō hominē purū & infirmū, ſed filium Dei modis omnibus perfectū aſsignat & conſtituit futurum ſacerdotem in æternum.

a Filium in æternum perfectum.

Elucidatio CAP. VIII.

TEXTVS Cap. VIII.

SVmma autem eorū quæ dicta ſunt, & eorum quæ intendimus dicere præcipuū & caput, hoc eſt, b quòd talem habemus pontificem magnū & glorioſum, qui reſidet ad dextram Dei patris, qui eſt ſedes & requies maieſtatis eius in excelſis, c qui eſt adminiſtrator & pontifex verorum ſanctorū: hoc eſt, tabernaculi veri & æterni, quod per illud vetus tabernaculū & vetera ſancta erat adumbratū quod Deus fecit, & non manus hominis. d Omnis ſiquidem pontifex, ad offerendū oblatiōes quaſlibet, vndecunque factas, & immolatas hoſtias cōſtituitur. e Quapropter neceſſe eſt, ſi ſacerdos, vt eſt, dici debeat, debere illū habere aliquid etiam quod tanquàm ſacerdos offerat. f Et quidē ſi eſſet ſuper terram, nō haberetur ſacerdos, nec eſſet ſicut cæteri, ſacerdo

a Capitulum autem ſuper eu quæ dicuntur.

b Talē habemus pontificem qui cōſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis.

c ſanctorū miniſter & tabernaculi veri, quod Deus fixit & nō homo.

d Omnis enim pōtifex ad offerendū munera & hoſtias conſtituitur.

e Vnde neceſſe eſt & hūc habere aliquid quod offerat.

f Si ergo eſſet ſup terrā, nec eſſet ſacerdos, cùm eſſent qui offerrent ſecūdùm legē munera.

legalis.

legalis. Cùm ſint alij de tribu Leui quibus id ſecũdùm legẽ cõpetit, de quorũ numero non eſt ille: a qui miniſteria peragũt ſacerdotalia in tabernaculo veteri, quòd eſt tantũ figura quædã imò craſſa figura & vix aliud quàm vmbra illius cœleſtis tabernaculi, & cœleſtiũ ſanctorũ: b iuxta quod Moyſi per diuinã admonitionem de tabernaculi ædificatione dictũ eſt: c Attende (inquit dñs) & cura diligenter, vt quæ tibi iniunxi, omnia facias ad ſimilitudinẽ exẽplaris, quod in mõte me tibi demonſtrãte vidiſti. In quo myſticè ſignificatur quæcunque in corporali tabernaculo facta ſunt ad figurandũ & exprimẽdum vtcũque æterni tabernaculi (quod hic in eccleſia militante accipit initiũ, & finẽ in triũphante) ſimilitudinẽ, ſic à Deo eſſe ordinata. Itaque licet ſuper terram ſecundùm legẽ Chriſtus ſacerdos nõ eſſet in tabernaculo Moyſi, d Reuera tamẽ melius à Deo patre ſuo accepit ſacerdotiũ, e cuius miniſteriũ tãtò eſt præſtantius quantò nouum

a qui exemplari & vmbræ deſeruiunt cœleſtium,

b ſicut reſponſum eſt Moyſi, cum cõſummaret tabernaculum:

c Vide, inquit, omnia, facito ſecundùm exẽplar quod tibi oſtẽſum eſt in monte.

d Nunc autẽ melius ſortitus eſt miniſterium:

e quanto eſt melioris teſtamẽti mediator eſt,

nouū teſtamētū(cuius ipſe adminiſtrator,lator,& doctor eſt)præſtat veteri cuius Moyſes lator,& ſacerdotes legis doctores fuerunt: a ęo quòd nouū meliora promiſſa habeat, & in præſtantioribus (nēpe cœleſtibus)eſt confirmatū. b Nā ſi illud prius perfectū fuiſſet & cōſummatū nullū habēs imperfectū, ita vt perfectè potuiſſet iuſtificare,vanè ſcriptura de altero mētionē faceret. c Et tamen quodā in lôco Propheta illos qui ſub veteri agebant,arguit quaſi impotēs ſub illo iuſtificari,dicens: d Ecce tempus veniet(dicit dominus) & finiēdo vetus, faciā teſtamentum nouum, e populo meo fideli qui in me credet & confitebitur mihi: f quòd nō erit ſimile illi priori qđ patribus Iſraëlitici populi diſpoſui in mōte Sina,circa tempus illud quo eduxi eos de terra Aegypti,appręhendendo manum eorū, hoc eſt,educendo illos in fortitudine brachij mei, & ſub cuſtodia mea deducēdo.Quoniā ipſi nō obſeruauerunt præcepta mea,quę in teſta-

a quòd in melioribus repromiſſionibus ſancitū eſt.
b Nā ſi illud prius culpa vacaſſet, nō vtiq; ſecundi locus inquireretur.
c Vituperās enim eos dicit:
d Ecce dies veniēt dicit dominus, & conſummabo:
e ſuper domum Iſraël & ſuper domum Iudà teſtamentum nouum,
f non ſecūdùm teſtamentū, quod feci patribus eorum in die qua appræhendi manum eorum vt educerem illos de terra Aegypti,
quoniam ipſi non permanſerūt in teſtamento meo & ego neglexi,eos dicit dominus:

a Quia hoc eſt teſtamētū quod diſponā domui Iſraël poſt dies illos, dicit dominus:
b Dabo leges meas in mētem eorū & in corde eorum ſuperſcribam eas, c & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, d & non docebit vnuſquiſq; proximū ſuū & vnuſquiſq; fratrē ſuū, dicens, Cognoſce dominum:
e quoniam omnes ſcient me, à minore vſq; ad maiorē f quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorū iam nō memorabor.
g Dicendo autem nouum, veterauit prius.

teſtamento prçceperam eis, & ego abieci eos à cura mea faciēs mihi nouam eccleſiam, dicit dominus. a Quoniam hoc eſt teſtamentum nouum, quòd diſponā veris Iſraëlitis eccleſiæ ſanctæ, poſt illa prioris legis tempora, dicit dominus: b Dabo, inquā, leges meas per ſpiritusſancti illuminationem, in mētibus eorū, & inſcribam eas in cordibus eorum. c Et ero illis Deus, & ipſi erunt meus peculiaris & acceptabilis populus. d Et non erit tunc opus, vt prolixè doceantur quantū ad ea quæ erit neceſſariū credere & ſcire ad ſalutem, quēadmodū in veteri lege opus erat, in qua obſeruāda erant prçcepta plurima: e ſed vnctiōe ſpiritusſancti edocti, omnes cognoſcent me, tam plebeus quàm ſacerdos, paruus & magnus. (Facilè enim vnuſquiſque ea capit & intelligit, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria) f quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccata eorum in ſanguine filij mei delebo, vt non recorder amplius. g Ecçe autem dum dicit ſe diſpoſi-

diſpoſiturum nouum,prioris indicat vetuſtatem,& nouo adueniente,illud vetus defecturũ vigorémque perditurũ,ſignificat. a Quod autem antiquitate & ſenio ad defectionem pergit,propè eſt vt ceſſet atque intereat.

a Quod aũt antiquatur & ſeneſcit,prope interitũ eſt.

TEXTVS *Cap.* IX.

Elucidatio CAP. IX.

Ha Abuit quidẽ prius illud & vetus teſtamentũ legitimos ſuos ritus,quibus Deũ ex præſcripto coli oportebat, b & quandã vim corporaliter atque ſæculariter ſanctificãdi,nẽpe emũdãdi corpus à legis irregularitatibus,à quibus emũdabatur per cæremonias corpus coinquinatum. c Factũ enim fuit tabernaculũ prius in quo ardẽtes lucernæ ſeptẽ erãt,ex vno candelabro in modum ramorum prodeũtes, itẽmque mẽſa aurea,& panes propoſitionis,qui ſuper mẽſam coram domino apponebãtur. d Atque hoc tabernaculũ,vocatũ eſt ſancta. e At verò retro velamẽ altera erat pars tabernaculi,a priore per velũ intermediũ diuiſa: qđ vocatũ eſt duplicato noĩe ſancta

a H*abuit quidẽ, & prius iuſtificationes culturæ,*
b & ſanctum ſæculare.
c Tabernaculũ enim factũ eſt primum,in quo erãt cãdelabra, & mẽſa,& propoſitio panum,
d quæ dicitur ſancta,
e poſt velamentũ autem ſecundùm tabernaculum quod dicitur ſancta ſanctorum,

a aureum habẽs, thuribulum, et arcam teſtamẽti circuntectã ex omni parte auro, b in qua vrna aurea habẽs mãna, c & virga Aaron, quæ fronduerat, d & tabulæ teſtamenti: e ſuper quæ erant Cherubin gloriæ, f obumbrãtia ꝓpiciatoriũ, de quibus non eſt modo dicendum per ſingula. g His verò ita cõpoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemper introibãt ſacerdotes ſacrificiorum ſacrificia conſummãtes.

ſanctorũ. a In quo ſeruabat̃ thuribulũ aureũ, quo ſacerdos ingrediens fumigabat incẽſo corã ꝓpiciatorio, & arca teſtamẽti facta ex lignis cethim vndequaque circũtecta auro puriſsimo: b in qua erat repoſita vrna aurea, mãna cuſtodiẽs, in teſtimoniũ diuinorũ bñficiorũ exhibitorũ filijs Iſraël, c & virga Aaron quæ per miraculum frõduerat, in teſtimoniũ ſacerdotij Aaronitarũ, d & tabulæ teſtamenti, in quib⁹ erat lex Dei deſcripta. e Super quã arcã, & quæ in ea continentur, ſtabant ſimilitudines quædã Cherubin, quę facta erant ad Dei gloriã repræſentãdũ, & eius præſentiam glorificandã, f quæ Cherubin alis ſuis operiebant propiciatorium, id eſt, partẽ arcæ ſuperiorẽ, ſiue eius ſupremũ operimẽtum, quod Deus ſibi in ſedem cõſtituit: vt ſignificaret inter Cherubin Deus habere manſionẽ ſuam: de quibus nõ eſt hîc ſigillatim nũc explicãdum. g Cùm itaque fuiſſent hæc ita, ſuo quæque ordine, ſub teſtamẽto priori diſpoſita

ſita atque aptata, in illã anteriorẽ tabernaculi partem, ſiue in ſancta, introibant quotidie ſacerdotes, ad ſacrificiorũ peragẽda miniſteria. a In altera autem, & poſteriori, ſemel tãtùm per tẽpus anni, ſummus ſacerdos ſolus & inferior nemo introibat, idque cũ ſanguine, quẽ ꝓ ſuis populique delictis offerret, coram Domino. Atque hæc quidẽ, figura erant eorum quæ per Chriſtum ſunt cõpleta. b Significare enim per voluit ſpiritus ſanctus (cuius inſtinctu compoſita ſunt omnia) donec prius tabernaculum veteris teſtamenti in ſuo vigore perſtaret, non propalandam eſſe neque aperiendã viam ad ſancta ſanctorum, ad cœlos in vitã æternam: ſed debere prius illud Moyſi tabernaculũ ceſſare, eiúſque cultũ euacuari, quã patefieret per mortẽ Chriſti via cœli. c Quæ figura tẽpus reſpicit modò præſens in quo ſecũdùm veritatem figura illa cõpleta eſt: d iuxta quã vmbræ figurã, oblationes quælibet etiã ex nõ viuẽtibus, aut immolatitię hoſtiæ

a In ſecundo aũt ſemel in anno, ſolus pontifex, non ſine ſanguine, quẽ offerret ꝓ ſua & populi ignorãtia:

b hoc ſignificãte ſpiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorũ viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum:

c Quæ parabola eſt temporis inſtãtia:

d iuxta quã munera & hoſtiæ offeruntur,

a quæ nõ poſſunt iuxta cõſcientiam perfectum facere.

b ſeruientẽ ſolum modò in cibis, & in potibus, et in varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis,

c vſq; ad tempus correctionis impoſitis.

d Chriſtus autem aßiſtens pontifex futurorũ bonorũ,

e per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, nõ huius creationis.

f Neq; per ſanguinem hircorũ aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta,

g æterna redemptione inuenta.

offerebãtur, a quæ non poſſunt perfectè ſecũdùm cõſcientiã iuſtificare, b eos qui vt ſerui ex præſcripto legis & timore pœnę tãtùm vacabãt obſeruãdis cibis ac potibus, & varijs ac multiplicib⁹ adulationibus, alíiſque cõſimilib⁹ corporalibus iuſtificationib⁹, qb⁹ corpus à ſuis irregularitatibus, nõ cõſciẽtia emundabat, c quæ fuerũt Iudæis ad tẽpus iniuncta, donec melius perficerẽtur, per oblationẽ hoſtiæ corporis Chriſti, cuius illæ erant præeuntes tantùm figuræ. d Chriſtus autẽ ſe exhibens patri, & patri aſsiſtens ad iuterpellandũ pro nobis, tanq̃ põtifex, vt per eũ ventura bona cõſequamur: e per maius atque etiã perfectius tabernaculum, nõ conſtructum artificis manu, neque arte humana cõditũ ſemel introiuit in ſancta ſanctorũ, id eſt, per cœlos ad gloriã ſiue dexterã patris. f Introiuit autem & patri aſsiſtit tanquàm põtifex, nõ ſanguinem hircorũ aut vitulorum offerendo: ſed per oblationem proprij ſanguinis, g per quem non

vnius

vnius tantùm anni delictorũ fecit remiſsionem, ſed æternam, & quæ omnium ſæculorũ peccatis ſufficiat expiandis. a Si enim ſanguis animalium mortuorũ (nempe hircorum ſiue taurorũ) & cinis vitulæ rufæ combuſtæ, ſuper corpora hominũ aſperſus, inquinatos corporalibus irregularitatibus mũdat ſecũdùm carnem, atque purificat ab eiuſmodi, b multò magis videtur ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſecundùm plenitudinem in ſe habitantem: c obtulit voluntariè ſeipſum Deo patri, in hoſtiam immaculatã, potẽs eſſe & efficax, ad emundãdum corda, non corpora tantùm, d à peccatis quæ mortificant animã, ad ſeruiendum in nouitate vitæ Deo viuenti. Sanguis enim Chriſti ꝓpter coniunctionem cum verbo in vno ſuppoſito, infinitam habet virtutẽ emundandi, non modò corpora, ſed etiam animas & conſcientias hominum: quam vim, animalium cæterorum ſanguis non habet. e Atque ob hæc, ipſe mediator eſt

a Si enim ſanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emũdationem carnis,

b quantò magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritũ ſanctum

c ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, emundabit cõſcientiã noſtrã,

d ab operibus mortuis ad ſeruiẽdum Deo viuenti?

e Et ideò noui teſtamenti mediator eſt,

noui teſtamẽti,per quem videlicet
ipſum ſit nobis collatũ atque diſ-
poſitum, a vt interueniẽte morte
eius ad expiandũ peccata illa prio
ra quæ à ſæculo,& ſub lege erant
commiſſa,& expiari per legis ſa-
crificia non poterãt, b accipiant
firmam & tutã deinceps promiſ-
ſionẽ æternæ iam parte hæredi-
tatis,qui fuerint ex vocatione dei
in Chriſtũ credẽtes.Dixi autẽ mor
tem debuiſſe interuenire. c Nam
vbi teſtamẽtum eſt,ſi ratũ eſſe de-
beat,neceſſe eſt ĩteruenire mortẽ
eius qui cõdidit. d Nam tũc pri-
mùm confirmationem ſuam acci-
pit teſtamẽtum, cùm is morit̃ qui
illud condidit. e Alioqui donec
viuit teſtator,nõdum firmã habet
atque ſtabilem vim quin mutari,
quoties illi videbit̃ poſsit. f Vnde
in ſignũ cõfirmationis noui teſta-
mẽti,per ſanguinẽ Chriſti fiendæ
prius teſtamentũ etiã cũ ſanguine
conſecratũ,initiatũ,& ſuo quodã
modo cõfirmatum fuit. g Moy-
ſes enim poſtquàm oĩa legis man-
data recitaſſet in aures populi,ac-
cipiens

a vt morte intercedente,in redemptionem earũ præuaricationũ quæ erant ſub priori teſtamento,

b repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.

c Vbi enim teſtamentum, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.

d Teſtamentum enim in mortuis cõfirmatum eſt,

e Alioquin nõdũ valet, dum viuit qui teſtatus eſt,

f Vnde nec primũ quidẽ ſine ſanguine dedicatum eſt.

g Lecto enĩ oĩ mãdato legis à Moyſe vniuerſo populo accipiens ſanguinem vitulorũ &

cipiens deinde ſanguinē vitulorū & hircorum cum aqua mixtū, faciénſque aſpergillū ſibi ex hyſſopi ligno,& coccinea lana rubri coloris, a aſperſit librum ex quo recitauerat, & vniuerſum populum qui ſe iam ad obſeruationē māda torum aſtrinxerat,& dixit: b Hic eſt ſanguis teſtamēti cóſirmatiuus quod vobis Deus obſeruādum diſpoſuit,cóſcripſit & tradidit. Hæc autē omnia, figura ſunt paſsionis Chriſti.Nā ſanguis animaliū mortuorū & aqua,ſignificant ſanguinem & aquam in cruce à Chriſto pro nobis effuſa.Hyſſopus quoque & lana coccinea, agnum ſignificant cruentum ligno crucis affixum, cuius aſperſione omnes ſumus mundati. c Ipſum quoque tabernaculum illud vetus, & omnia vaſa atque vtenſilia quæ erāt deputata in miniſterio Domini, ſimiliter ſanguine aſperſit. d Et ſecundùm legem penè omnia per ſanguinem purificantur, & omnis irregularitas per aſperſionem ſanguinis tollitur. e Remiſsio

hircorum cum aqua lana coccinea & hyſſopo,

a ipſum quoq; librum & omnem populum aſpercit, dicens:

b Hic ſanguis teſtamēti quod mādauit ad vos deus.

c Etiam tabernaculū & omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit.

d Et omnia penè in ſanguine ſecundùm legem mundantur,

e & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

aũt peccatorũ fieri ſecundùm legẽ, neqꝫ niſi per interfectionẽ hoſtiæ, & ſanguinis effuſi oblationẽ. a Et ſic quidẽ neceſſe fuit, vt vetera illa, quæ tantùm erant figuræ quædã eorũ in noua eccleſia & in cœlis ſunt, talibus rebus, hoc eſt figuratiuis purificationibus, mũdarentur. b Ipſa autẽ quæ modò in eccleſia ſunt ſpiritualia, & ipſa cœleſtia melioribus hoſtijs q̃ ſint hæc corporalia, neceſſe fuit cõſeruari, id eſt, ſanguine Chriſti. Nã ſanguine Chriſti, & eccleſia ſanctificata eſt, & cœlũ mundatũ noſtri gratia, ſiue potius cõſecratũ, atque initiatum, nobis ad introitum. c Chriſtus enim nõ introiuit in ſancta artificis manu cõſtructa, ſed in ipſum cœlũ, qđ verbo firmatũ eſt: vt nũc ſe exhibeat tanq̃ pontificẽ, pariter & hoſtiã, cõſpectui patris, pro noſtra vtilitate & ſalute. d Neque verò propter hoc, vt ſeipſum pluribus offerat vicibus, frequẽter moriendo, e ſecũdùm ritum veteris pontificis, qui per ſingulos annos, in alieno & nouo ſemper ſangui-

a Neceſſe eſt ergo exẽplaria quidem cœleſtiũ his mundari:

b Ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtijs quàm iſtis.

c Nõ enim in manu facta ſancta Ieſus introiuit exẽplaria verorũ, ſed in ipſum cœlũ, vt appareat nũc vultui Dei pro nobis.

d Neq; vt ſæpe offerat ſemetipſum, e quemadmodũ pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno.

ne,ingrediť in ſancta. a Alioqui neceſſe fuiſſet,ab initio mūdi ſæpius morte iteraret, cùm ab initio ſemper delicta prçceſſerint. b Nūc autē,iuxta qđ veritas habet,in plenitudine temporū ſemel ipſe tanq̄ hoſtia apparuit,quādo ſuo tēpore mortis paſsionē ſuſcepit, c ad deſtruendū regnū peccati atque diaboli,hoc eſt,ad tollendum peccata mundi. d Et quēadmodū omnib⁹ hoībus ex dei iniūctione,definitione, atque ſtatuto incūbit moriēdi ſemel neceſsitas,& poſt mortē ſuū cuique iudicium. e Sic etiā Chriſtus in forma peccatoris apparēs, ſēque exhibēs tanq̄ hoſtiā pro peccato,ſemel quidē oblatus eſt,quia voluit, f ad tollendū peccata multorum,omniū(inquam)qui crediderint in eum. g Poſt hoc autem, cum ſecundo manifeſtatus fuerit, in die vniuerſalis iudicij,tūc apparebit ſanctus ſanctorū,nō habens formā peccatoris,ſed claritatē patris. h Apparebit,inquā,ſaluator omnibus qui modò cū fide & deſyderio expectant aduentum illius.

a (Alioquin oportebat eum frequēter pati ab origine mundi)

b Nunc autem ſemel in cōſummatione ſæculorum, c ad deſtitutionē peccati per hoſtiā ſuam apparuit.

d Et quēadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori,poſt hoc aūt iudicium:

e ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt,

f ad multorū exhauriēda peccata: g ſecundo ſine peccato apparebit,

h omnibus expectantibus ſe in ſalutem.

Eluci-

TEXTVS Cap. X.

a Vmbram enim habens lex futurorum bonorum: b non ipſam imaginem rerum, c per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtijs quas offerunt indeſinenter, nunquàm poteſt accedentes perfectos facere,

d Alioquin ceſſaſſent offerri,

e ideo quòd nullã haberet vltra conſcientiam peccati, cultores ſemel mũdati:

Elucidatio CAP. X.

La Ex enim vetus imperfectã admodũ habens tantùm repræſentationẽ bonorũ quæ in eccleſia Chriſti, tempore nouæ legis futura erant, b non ipſam expreſſam veritatis ſimilitudinem, (hoc eſt, non ipſam earum rerum veritatem) c per ſuas hoſtias & victimas quæ per ſingulos annos ſine intermiſsione ſemper conſimiles offeruntur nunquàm poteſt accedentes cultores atque offerentes, perfectè iuſtificare, operando ſcilicet remiſsionem peccatorum. d Nam ſi vllo vnquàm anno per oblationem vllius hoſtiæ fuiſſet ſemel plenè perfecta peccatorum remiſsiò, iam ceſſaſſent ab oblationibus iterandis per annos ſequentes, e eo quod non haberent vltra conſcientiam vllius peccati obſeruatores illi legis ſemel perfectè iuſtificari, quod non virtute illius prioris hoſtię poſſet deleri. Si enim per vllam hoſtiam fieret peccati vnius expiatio, eadem ratione omniũ peccatorũ efficax

eſſet

eſſet operari remiſsionem, quãdoquidem infinitę eſt virtutis, facere peccati purgationẽ. a Modò autẽ in ſacrificijs legalibus conſpicimus, quod per ſingulos annos iteretur peccatorũ confeſsio, in die expiatiõis: per quod ſignificatur, nõdum eſſe ablata peccata mũdi donec illa ceſſet confeſsio, & veniat vnica illa perfecta oblatio, quam illorum figurales oblationes prætendebãt. b Prorſus enim impoſſibile eſt, vt ſanguis mortuorũ animalium operetur peccatorũ remiſſionem. Peccatorũ enim remiſsionem efficere ad infinitam ſpectat virtutem cuius nõ eſt vllius viuentium ſanguis, pręterquàm Chriſti, qui ex verbi coniunctione infinitatem participat huiuſcemodi virtutis. c Ideóque in Pſalmis, vbi Chriſtus deſcribitur tanquàm in mundũ ingrediẽs ſic introducitur ad patrẽ loquens: d Victimas & oblationes non requiſiſti propter ſeipſa tanquã ibi finem cõſtituẽs, aut quaſi per ſe tibi eſſent placita (quæ non requirebantur etiam in tem-

a ſed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit:

b impoßibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

c Ideo ingrediẽs mundum dicit:

d Hoſtiã & oblationem noluiſti.

in tempore veteris legis niſi quatenus erant figuræ quædã paſsionis & oblationis Chriſti.) a At in ſuo tẽpore, qñ voluiſti cõplere illa corporalia ſacrificia, eiſque finẽ imponere, corpore me circundediſti paſsibili, in quo vſque ad mortem obediens factus, eſſem tibi placita pro peccatis hoſtia. b Oblationes ille corporales, ſiue pro peccato offerentur, ſiue pro holocauſto, non tibi per ſe placuerũt. c Tũc in tẽpore quod à te fuerat vt homo fierem conſtitutũ, dixi: d Ecce ego pater venio in carne, vt offeram tibi placitũ ſacrificiũ, nẽpe vt faciam voluntatẽ tuam, & obediens ſim etiã vſque ad mortem. e In libro enim vitę & diuinę prędeſtinationis, de me prædeſtinatũ eſt & præordinatũ, tanq̃ de primo genito præcipuo inter omnes homines, tanquã in capite libri illius, f vt tuam voluntatẽ faciendo atque implẽdo etiã vſque ad mortẽ, ſic debeã in gloriã tuam introire, qui es ſecũdũm humanitatẽ Deus meus. g Ecce in his verbis, dum vete-

a corpus autem aptaſti mihi.

b Holocauſtomata, & pro peccato nõ tibi placuerũt.

c Tunc dixi,
d Ecce venio.
e In capite libri ſcriptũ eſt de me,
f vt faciam Deus volũtatem tuam.
g Superius dicẽs, quia hoſtias & oblationes & holocauſtomata, et pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi quæ ſecundùm legem offeruntur, tunc dixi,
g Ecce venio, vt faciam Deus volũtatem tuam:

vetera illa legalia ſacrificia velut abijciuntur,& noua hoſtia Chriſtus in mundum veniens;introducitur, a ſatis manifeſtè prius illud vetus teſtamētum cum ſuis ſacrificijs euacuat,vt cōfirmetur ſequens nouū quod de ſola mandat impletione voluntatis diuinæ, nō de legalium oblatione. b De qua & ſecundùm quam patris voluntatem,ſemel ſanctificati ſumus, c in virtute oblationis corporis Chriſti,qui ſemel pro noſtra redēptione mori voluit:ita vt denuo p ſingulos annos,hanc ſanctificationē iterare non ſit opus. d Et quidē ſacerdos ille veteris legis, per ſingulos dies accedit ad altare miniſtrādi gratia ſæpiúsque offerendi cōſimiles ſemper hoſtias. e Quæ quotieſcunque offerantur,nō poſſunt efficere peccatorum expiationem. f Hic verò pro peccatis omniū,poſtquàm ſemel vnā obtulit hoſtiā ſui corporis,deuicta iā mortem,in æternū requieſcit,in æqualitate glorię patris,poteſtate iudicādi à patre accepta. g Et adhuc vēturum

a aufert primum, vt ſequēs ſtatuat.

b In qua voluntate ſanctificati ſumus,

c per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.

d Et omnis quidē ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrās & eaſdē ſæpe offerens hoſtias,

e quæ nō poſſunt auferre peccata:

f Hic autē vnam pro peccatis offerens hoſtiā in ſempiternum ſedet in dextera Dei,

g de cætero expectans donec ponātur inimici eiusſcabellū pedum eius.

turum expectatur, vt ſubigantur perfecta ſubiectione omnes aduerſarijs eius diaboli & eorum miniſtri, tanquàm ſcabellum ſub pedes eius. a Vnica enim ſui corporis oblatione, electos ſuos ita perfectè cõſummauit, eiſque tam perfectè prouidit: vt in ſempiternũ reſumi opus nõ eſſet eandẽ vel aliam, pro expiandis mundi peccatis oblationem. b Teſtimonium autẽ perhibet modo in ſcripturis de his etiã ſpirituſſanctus. c Nam poſt illud quod in propheta dicitur de nouo teſtamento: hoc eſt teſtamentum quod diſponam illis poſt tempus legis veteris, dãdo leges meas in cordibus eorũ & in mentibus eorum inſcribendo eas: d poſtea ſubiungit ſpirituſſanctus. Et peccatorum & iniquitatum eorum non recordabor vltra, ita vt de nouo aliquã hoſtiam velim exigere, pro expiatione eorũ facienda. e Porrò vbi remiſsio facta fuerit, nõ erit vltra locus hoſtijs illis legalibus, quæ in figuram offerebantur huius oblationis, per quam facta eſt remiſsio. Fruſtra.

a Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternũ ſanctificatos.
b Cõteſtatur autem nos & ſpirituſſanctus.
c Poſtquàm enim dixit, Hoc autem teſtamentũ quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum, ſcribam eas,
d et peccatorũ & iniquitatum eorũ iam non recordabor amplius.
e Vbi autem horum remiſsio iam non eſt oblatio pro peccato.

Fruſtra enim tenet̄ figura, vbi impleta eſt veritas. a Proinde fratres qui habemus talem confidētiā & tā liberam, támque certā fiduciā ingrediendi in cœleſtia ſancta, in virtute ſanguinis Chriſti: b p eā quā nobis parauit viā, & cōſecrauit atque dedicauit nouā, & ad vitā perducētē, c & per velamētū, id eſt, p corpus ſuū quo velata fuit diuinitas, in quo & mortē ſuſcepit, d pōtificêmque verè magnū apud patrē, pro tota eccleſia ſancta Dei, & pro oībus qui p fidē ſunt de familia Dei, e nihil hæſitātes accedamus in ſpiritu & veritate potius quàm corporeis greſsibus, cū puro erga Deū affectu, plenáque & ſyncera fide: f ſecūdū animā p aſperſionē pérque virtutem ſanguinis Chriſti emūdati à maculis cōſciētiæ: g & ſecundùm corpus, aqua mūda (ideſt, lauachro baptiſmali) abluti, h perſeueremus fortiter in ſpe illa quā cōfitemur, ſecūdùm fidē noſtrā: ita vt nullo pacto ab ea deflectamus, propter quālibet vel perſecutionē, vel malā pſuaſionē.

Nihil

a Habentes itaq; fratres fiduciā in introitu ſanctorū in ſanguine Chriſti:

b quam initiauit nobis viam nouā & viuentem,

c per velamen, id eſt carnem ſuam,

d & ſacerdotem magnum ſup domum Dei,

e accedamus cùm verò corde in plenitudine fidei,

f aſperſi corda à conſcientia mala,

g & abluti corpus aqua munda;

h teneamus ſpei noſtræ confeſſionē indeclinabilem:

aliam pro peccatorum expiatione hoſtiã, ſi ipſam quæ à patre nobis data eſt ſic abiecerimus. a Sed expectandũ eſt & veniet ijs qui tales ſunt, terribile illud iudiciũ, & ignis ille æternus, exardeſcens ad vindictam faciendã, contra aduerſarios Dei, b qui infideles eſt cõbuſtione ſempiterna excruciaturus. Neque id mirũ. c Nam quiſquis legem Moyſi tranſgreditur, ſi duobus fuerit aut tribus idoneis teſtibus conuictus, ſine vlla miſeratione irreuocabiliter occiditur, vbi mortis pœna eſt trãſgreſsioni deputata. d Quãtò exiſtimatis maioribus illũ & peioribus ſupplicijs dignũ fore, qui filiũ Dei ſic turpiter contẽpſerit? e & ſanguinẽ in quo teſtamentũ nouũ confirmatũ eſt, pollutũ duxerit cõmunẽ illum reputans, & nihil amplius valere ad peccatorũ expiationẽ, & animarũ ſanctificationẽ, quàm ſanguinem aliorũ animaliũ? f (in quo tamẽ ſanguine ſanctificatus fuit per baptiſmũ) g & qui ſpiritui ſancto per quẽ fuit gratia in corde illius diffuſa, fece-

a terribilis autẽ quadã expectatio iudicij & ignis æmulatio, b quæ conſumptura eſt aduerſarios.

c Irritam quis faciens legẽ Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus, moritur:

d quãtò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit?

e & ſanguinẽ teſtamenti pollutũ duxerit,

f in quo ſanctificatus eſt,

g & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit.

ſa,fecerit contumeliã,illum per infidelitatem à ſe repellendo? Vtique vindicabit acrius de eiuſmodi, iuſtus iudex. a Scimus enim quis ſit qui dixit: Mea eſt vltio & ego ſum qui retribuã pro omnibus malis. b Et alibi iudicabit dominus pro populo ſuo in æquitate, aduerſus omnes malignos perſequentes eos. c Et quidẽ meritò horrere debẽt omnes atque ſummè cauere, ne in vindictã iræ diuinæ,atque potẽtis vltionis eius,deueniãt,imparati,& inſufficientes ad reddendũ de ſuis operibus rationẽ. Quo verò efficia mini,ad toleranda quecũque occurrãt vel immineãt vobis aduerſa animo conſtãtes,perſeuerantes, atque patiẽtes: d obſecro reducite ad memoriã bona veſtra initia, e quomodo prioribus elapſis dieb9, Dei gratia illuminati,pro eius nomine magnũ perſecutionũ inſultũ ſuſtinueritis. f Partim quidem in eo quòd opprobrijs & cõtumelijs plurimis affecti, ſpectaculum facti fuiſtis hominibus: ita vt omnes præ admiratione in vos haberent oculos

a Scimus enim qui dixit: Mihi vindictã, & ego retribuam.
b Et iterũ iudicabit dominus populum ſuum.
c Horrendum eſt incidere in man9 Dei viuentis.
d Rememoramini aũt priſtinos dies, e in quibus illuminati magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſsionum,
f & in altero quidem opprobrijs et tribulationibus ſpectaculũ facti,

oculos intentos. a Partim quidẽ in eo quòd taliter patientiũ ſocij facti eſtis dum proximorũ veſtrorum mala nõ ſecus atque propria, cordi vobis fuerũt. b Nã & vinctis ex cõpaſsione miniſtraſtis, eorúmque neceſsitatibus pro veſtra facultate ſubueniſtis, c & ipſi direptionẽ ſubſtantiæ veſtræ in gaudio ſpiritus ſuſtinuiſtis, d intelligentes & cõſyderãtes vos habere in ſpe certa meliorẽ ſubſtantiã, per paſsiones huiuſmodi præſentis tẽporis comparandã quæ permanſura eſt in cœlis, & nunquàm auferetur à vobis. e Ne itaque abijciatis iſtam veſtram confidentiam, quæ magnam habitura eſt, ſi in ea permanſeritis, remunerationem, nempe infinitã & æternã in cœlis. f Vobis enim qui tãtis agitamini perſequutionibus, ante omnia patiẽtia neceſſaria eſt, g vt volũtatẽ Dei ſic permanẽter & perſeuerãter implentes, recipiatis hæreditatem vitæ æternæ, repromiſſam perſeuerantibus. Non erit diu tẽpus patiendi. h Adhuc enim modicum

a in altero autẽ ſocij taliter conuerſantiũ effecti.
b Nam & vinctis compaſsi eſtis:
c & rapinã bonorum veſtrorum cũ gaudio ſuſcepiſtis,
d cognoſcẽtes vos habere meliorẽ & manentem ſubſtãtiam.
e Nolite itaque amittere cõfidentiã veſtrã quæ magnam habet remunerationem,
f patientia enim vobis neceſſaria eſt,
g vt voluntatem Dei facientes reportetis promiſsionem.
h Adhuc enim modicum aliquantulunq; qui vẽturus eſt veniet, & non tardabit.

& aliquantulū reſtat tēporis, quando veniet manifeſtè qui venturus expectatur & non longè eſt aduentus eius. a Interim autē iuſtus per fidē vitā habet ſpiritus, & donec in illa manet, vita gratiæ nūc viuit, poſt ad vitā deducendus ſempiternā. b Quòd ſi à fide receſſerit aut apoſtatauerit, nō amplius placebit volūtati meę, neque mihi vltra erit beneplacitū in eo. c Nos autē chariſsimi qui ſemel Chriſti fidē prōptè ſuſcepimus, nō efficiamur filij infideles, ſubtrahētes nos à Chriſto, cui ſemel noſipſos dedimus, qđ nobis foret in damnationē: d ſed ſimus fideles filij, in fide recta perſeuerātes, vt ſic lucremur & ſaluas faciam' animas noſtras.

a Iuſtus aūt meus ex ſide viuit:

b Quod ſi ſubtraxerit ſe, nō placebit animæ meæ.

c Nos autē nō ſumus ſubtractionis ſilij in perditionē,

d ſed ſidei in acquiſitionem animæ.

TEXTVS Cap. XI.

a Eſt autem ſides, ſperandū ſubſtantia rerum,

b argumētū non apparentium.

Elucidatio CAP. XI.

QVoniam autē fidei tanta tribuimus, volumus de eius virtute plura quædā latius pertractare, habetur autē fides de rebus futuris quæ ſperantur, illiſque ſubſtat, ea velut pro obiectis habens, b & ipſa eſt quaſi mediū per quod illis aſſentimur, quæ per ſe veritatis nul-

tis nullã habẽt euidentiam. a Per hanc verò laudabile teſtimonium cõſequuti ſunt patres noſtri,& dignã ſui reliquerũt memoriã. b Per fidẽ illi aſſentimur quod ſenſus nõ capit, & ratio minimè perſuadet: c Nẽpe per verbum Dei vniuerſum mundũ creatũ,atque ad perfectionem perductũ eſſe: d ita vt ex nihilo,cùm nuſquàm adhuc quicquàm videri poſſet creatũ, fierent cuncta, hæc quæ nunc ſunt oculis ſubiecta,atque ex incorporeis quę in mente artificis Dei erant idæis, corporea iſta procederent. e Fecit in Abel primo iuſto,fidei deuotio, vt ampliorẽ atque potiorẽ de optimis ſuis offerret præ Cayn fratre ſuo oblationẽ: f ex qua etiã teſtimoniũ à Deo(qui falſus teſtis eſſe nõ poteſt)accepit, quòd iuſtus eſſet in eo qùòd dñs ꝑ ignis abſumptionẽ, qui ſacrificiũ Abel cõſumpſit, g demõſtrauit ſibi grata eſſe munera eius: cùm econtrario ad Cayn munera non reſpiceret. h Atque per hãc fidem dũ innocẽter propter deuotionẽ ſacrificicij ſui

a In hac enim teſtimonium cõſecuti ſunt ſenes.

b Fide,intelligimus

c aptata eſſe ſæcula verbo Dei,

d vt ex inuiſibilibus inuiſibilia fierent.

e Fide,plurimam hoſtiã Abel quàm Cayn obtulit Deo,

f per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus,

g teſtimoniũ perhibente muneribus eius Deo,

h & per illam defunctus adhuc loquitur.

fuit occiſus, etiam poſt mortē clamare perhibetur in ſcriptura ſanguis eius. Clamare, inquam, & loqui, ſiue ad Deum pro vindicta, ſiue ad poſteros in exēplū, vt ſciant, ab initio innocentes à malis perſecutionem ſuſtinuiſſe, atque ita in ſuis aduerſitatibus cōſolent. a Per fidem, Enoch transferri meruit: vt mortē ſuo tēpore iuxta conſuetum hominum terminum nō guſtaret, ſeruatus in vita: b & poſt raptum non eſt inuentus, ne ſecūdùm corpus quidē, quoniā hinc viuum illum tranſtulerat dominus. Illud autem ex fide huic obtigiſſet patet: c quoniam ante tranſlationē ſcriptura teſtificatur ipſum cum Deo ambulaſſe, Deóque placuiſſe. Atqui, ſine fidē impſsibile eſt Deo placere. d Vnde cōſtat illum fidē habuiſſe, per quam Deo placēs factus fuit. Dico autem ſine fide neminē Deo poſſe placere, e quoniā neceſſe eſt omni qui vult accedere ad gratā Dei ſeruitutē, vt primum credat de Deo, qđ vnus ſit verus Deus q reſpectū habeat humanorum actuum.

a Fide, Enoch trāſlatus eſt ne videret mortem,

b & non inueniebatur quia tranſtulit illum Deus.

c Ante tranſlationem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo:

d Sine fide autem impoſsibile eſt placere Deo.

e Credere enim oportet accedentem ad Deū quia eſt,

actuū. a Deinde quod iuxta opera ijs qui ſibi placere ſtudent redditurus ſit optimæ mercedis retributionē in tempore ſuo iuxta ſecretum conſilium ſapientiæ & prouidentiæ ſuæ, curā gerens ſeruorū ſuorum. b Per fidem, Noë admonitus de ijs quorū adhuc nec inſcia nec indicia videbantur quæ poſt multa annorum ſpatia erant futura, credēs verbo domini, metuēnſque venturum diluuij periculum, c aptè compoſuit, iuxta præſcriptam formam à domino arcam illam per quam ſaluaretur domus eius, d per quam fidem ipſe mūdi condēnauit perfidam infidelitatē, dum illis nolētibus credere atque proinde diluuio perditis ſolus ipſe credidit, atque ſuperſtes permāſit: e & per eandē fidem, hæreditariā etiā accepit promiſſionem iuſtitiæ fidei, quæ per Chriſtū erat ventura. Cùm enim omne tunc ſemen alienum perijſſet, certificatus eſt de ſuo ſemine naſci debere Chriſtū, qui in ſuo aduentu mundum per fidem erat iuſtificaturus.

a & inquirentibus ſe remunerator ſit.

b Fide, Noë reſpōſo accepto de ijs quæ adhuc nō videbantur metuēs,

c aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ,

d per quam damnauit mundum,

e & iuſtitiæ, quæ per fidē eſt, hæres eſt inſtitutus.

a Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire,

a Fide, is quē dominus aucto nomine Abrahā vocauit, vocatus à Deo ad egrediēdū de domo patris ſui, obediētē ſe præſtitit voci Dei, exiens de cognatione ſua in locū peregrinū,

b quem accepturus erat in hæreditatem,

b quem in hæreditatē erat recepturus, ipſe in promiſsionem, & ſemē eius in poſſeſsionem,

c & exijt neſciēs quo iret.

c & quòd magis mirandū eſt, cùm exiret terrā ſuā, neſciebat prorſus quo eū dominus erat perducturus.

d Fide, demoratus eſt in terra repromiſsionis tanquàm in aliena,

d Propter fidē inhabitauit multo tēpore in terra ſibi, ſuóque ſemini repromiſſa, tāquàm peregrinus & aduena in terra aliena. Cùm illic, neque paſſum pedis in ꝓpriā poſſeſsionem haberet.

e in caſulis habitando,

e Morabatur, inquam, in mobilibus tabernaculis atque tentorijs:

f cum Iſaac & Iacob, cohæredibus repromiſsionis eiuſdem.

f queādmodū & Iſaac poſtmodum & Iacob, ad quos eadē hæreditatis huius repromiſsio facta fuit.

g Expectabat enim fundamenta habentē ciuitatē,

g Spe enim firma cœleſtiū bonorum, expectabat ciuitatem illam ſupernā, in fundamētis perpetuo conſtabilitam, (id eſt, manſionem immobilem & ſempiternā)

h cuius artifex et conditor Deus.

h quam ciuitatē condidit, viuis ex lapidibus, ſapientiſsi-

mus

mus artifex Deus. a Per fidē idē ipſe Abraham promeruit,vt acciperet Sara (quæ ante ſterilis fuerat)virtutem ad concepti ſeminis retentionem,atque ita ad fœtus in vtero generationem,etiā cùm iam eſſet vetula, & tempus ætatis minimè aptum conceptioni: b quoniam fidelem credidit eſſe Deum qui hoc repromiſerat, daturū videlicet ſe illi filium etiam in tanta ætate, c propter quam fidei magnitudinem, diuino operante miraculo,ab vno Abrahā,& ipſo quidem iam præ vetuſtate viribus (ſecundùm naturæ curſum) ad generandum penè defecto, d orti ſunt filij plurimi & innumerabiles velut ſtellæ cœli,aut arenæ granula quę ſunt in littore maris. e In hac fide mortui ſunt patriarchæ iſti, cùm nihil tamē in poſſeſsionē fuiſſent adhuc cōſecuti,ex omnib⁹ quę eis Deus promiſerat: f ſed tātùm per fidē credētes, velut longè poſt implenda,aſpiciebāt & reuerebantur ventura Dei bona,pro eis tanquàm pro pręſentibus Deo gratias

a Fide,& ipſa Sara ſterilis virtutē in cōceptione ſeminis accepit, etiam præter tempus ætatis:

b quoniam fidelē credidit eſſe eum qui repromiſerat.

c Propter quod & ab vno orti ſunt(& hoc emortuo)

d tanquàm ſydera cœli in multitudinē & ſicut arenā quæ eſt ad orā maris innumerabilis.

e iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſsionibus,

f ſed à longè eas aſpicientes & ſalutantes,

a & conſitentes quia peregrini et hoſpites ſunt ſuper terram.

agentes, a aſſerentes ſuper terrã ſe non niſi peregrinos & aduenas exiſtere, ad aliã meliorẽ patriã tendentes.

b Qui enim hæc dicunt, ſignificãt ſe patriam inquirere.

b Dum enim ſe peregrinos fatentur ſuper terrã & aduenas, ipſo ſermone patẽter indicãt, ſe ad aliã (hoc eſt, futurã cœleſtem patriam ſuam) tendere.

c Et ſi quidẽ ipſius meminiſſent de qua exierunt,

c Neque verò putandũ eſt ad hoc illos reſpexiſſe, cùm hęc dicerent quòd à ſuorum parentum patria fuiſſent egreſsi. Nã ſi illud exilium, aut peregrinationẽ talem deploraſſent,

d habebant vtiq; tẽpus reuertendi.

d potuiſſent ſanè nullo negotio in ſuam terrã facilimè reuerti vnde venerant.

e Nunc autem meliorem appetunt, id eſt cœleſtem.

e Sed non iſtud erat, quòd peregrinos ſe profitebãtur, ſed ad meliorem terrã reſpiciebãt, nempe cœleſtem, ad quam ſe feſtinare indicabant. Et quia tãta erga Deum fidei eorũ deuotio fuit, dũ in hoc mundo viuerent:

f Ideo non cõfunditur Deus, vocari Deus eorum.

f Idcircò nos eos apud poſteros tali dignatur honore vt ſe voluerit nominari Deum eorũ (quemadmodũ in ſcripturis frequẽtiſsimè legimus,) Deum Abraham, Iſaac, & Iacob.

g Parauit enim illis ciuitatem.

g Ipſe enim cœleſtem paruit eis, & immo-

& immobilem manſionem in qua cum eo inhabitent, imperpetuum.

a Fides erat, quæ Abraham cùm à Deo tẽtaretur, pro vnigeniti immolatiõe, promptũ fecit animo & voluntate, ad offerendũ (iuxta prę ceptum domini) filiũ ſuum vnigenitum Iſaac. b Illum, inquam, filiũ in quo ei fuerat à domino promiſſa ſeminis ſui multiplicatio, & omnium promiſſorum impletio, c de quo dixerat dñs: Semẽ quod ex Iſaac procedet, illud reputabis tuum, in quo omnia mea promiſſa ſuo tempore ſum impleturus. d Nihil tamen hæſitauit, ſciens quòd etiã à mortuis potens eſſet eum excitare, ſi ſic fuiſſet ſibi placitum. e Propter quod, Iſaac filium ſuũ recepit Abraham (quem ſe prodidiſſe ratus fuerat) in ſimilitudinẽ & figuram Chriſti. Nam oblatio illa Iſaac filij Abrahæ, figura erat immolatiõis chriſti filij patris Dei. f Per fidẽ, Iſaac ipſe poſtmodum vir factus & ſenex benedicendo & imprecãdo filijs ſuis Iacob & Eſau bona, de futuris p̃dixit, quæ nõdũ

a Fide, obtulit Abrahã Iſaac, cùm tentaretur, & vnigenitũ offerebat,

b in quo ſuſcepat repromiſſiones,

c ad quẽ dictum eſt: In Iſaac vocabitur tibi ſemen.

d arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potẽs eſt Deus:

e vnde eum & in parabolã accepit.

f Fide, & de futuris benedixit Iſaac, Iacob et Eſau.

vide-

videbat, credens quoniam eſſent implenda, quæ ei dominus reuelauerat. a Cõſimili fide, Iacob cùm morti appropinquaret, vtrunque filium Ioſeph (maiorẽ ſcilicet atque minorem) tanquàm filios ſui fœmoris, benedixit, b & adorauit ad faſtigium ſceptri eius: intelligens venturũ Chriſti in hoc mundo pauperis regnum, quòd Ioſeph vẽditi & incarcerati, illud ſceptrũ prætendebat. c Per fidẽ, credens Ioſeph implẽda eſſe, quæ illi à Deo fuerant reuelata cùm moreretur, filijs Iſraël congregatis, de exitu ipſorũ poſt annos multos prædixit: d & vt oſſa eius tunc ſecum deferrent pręcepit, dicens: Viſitabit vos dominus, deferte oſſa mea vobiſcum. e Per fidẽ, parentes Moyſi, ipſum natum puerum occultauerunt mẽſibus tribus, donec diutius cælare ſe poſſe deſperarent: f eo quòd vidiſſent infantẽ aptum & idoneum ad ſalutem populi, à dño præparatũ: Deo ſic illis in cor immittente: g & non timuerunt regis imperiũ, donec cælare ſe poſſe ſpera-

a Fide, Iacob moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedixit,

b & adorauit faſtigiũ virgæ eius.

c Fide, Ioſeph moriens de profectione filiorum Iſraël memoratus eſt.

d & de oſsibus mandauit.

e Fide, Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus à parentibus ſuis,

f eo qđ vidiſſent elegãtem infantẽ,

g & non timuerunt regis edictũ.

ſperarent, quem poſtmodũ vbi res latere vltra non potuit diuinę prouidentiæ in ciſtula incluſum, & aquis expoſitum, cõmiſerunt, & id quidem rurſum per fidẽ. a Ob fidẽ ſimiliter vnius veri Dei (qui inhabitabat in populo Iſraël) Moyſes poſtquàm adoleuiſſet, propter zelum quem erga Deũ & populum Dei habebat Aegyptium trucidãs Hebræum opprimentẽ, b renuit eſſe & haberi filius filiæ Pharaõis. c Ipſo nimirũ hoc facto magis eligens cum populo Dei humiliter viuere, & in afflictionibus quàm voluptatibus ſæcularibus in peccatis frui, quod in aula Pharaonis vtique potuiſſet: d maiores diuitias reputans, pro Dei honore & zelo improperia & miſeriam ſuſtinere, quàm oẽs theſauros Aegypti poſſidere. e Aſpiciebat enim in vẽturam æternitatis retributionem, cuius reſpectus præſentia illum fecit fortiter contemnere. f Fide poſtmodũ dux fact⁹ populi Iſraël, poſt cæſa primogenita, Aegypto egreſſus eſt cũ omni turba filiorũ Iſraël, nihil

a Fide, Moyſes grãdis factus,

b negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis:

c magis eligens affligi cum populo Dei quàm temporalis peccati habere iocunditatẽ,

d maiores diuitias eſtimans theſauro Aegyptiorũ, improperiũ Chriſti.

e Aſpiciebat enim in remunerationẽ.

f Fide, reliquit Aegyptum,

a non veritus animoſitatem regis:

a nihil veritus regis pertinacem iracundiã, quãtoties fuerat expertus: ne videlicet poſtmodũ egreſſos ipſe (vt fecit) perſequeretur. Nihil, inquam, metuit regis illam pertinaciam,

b inuiſibilẽ enim tanquàm videns ſuſtinuit:

b quoniã Deum inuiſibilem protectorem, vſqueadeò certa fide & ſpe expectauit, acſi viſibiliter eũ præſentem conſpexiſſet, nihil dubitans de eius protectiõe ad futura.

c Fide, celebrauit paſcha,

c Per fidẽ, ipſe ex Dei mãdato, ſecundùm ritus præſcriptos & traditos à Deo, immolationem agni Paſchalis celebrauit cum populo,

d & ſanguinis effuſionem,

e ne qui vaſtabat primitiua, tangeret eos.

d & ſanguinẽ effuſum agni ſupliniuit in ſuperliminaribus domus, e ne angelus domini trãſiẽs per Aegyptum occidendo omnia primogenita, eis noceret. Erat enim ſanguis ille in ſuperliminaribus, in teſtimoniũ ſecuritatis: quod vbicunque inuenit angelus percutiens, non illic quenquàm percuſſit.

f Fide, trãſierunt mare rubrum, tanquàm per aridam terram;

g quod experti Aegyptij deuorati ſunt.

f Fide factũ eſt, vt mare diuideret, aquis ex vtraque parte pro muro ſtantibus, quo diuiſo trãſierũt filij Iſraël ſine nocumẽto, quaſi per ſiccam terram: g quòd ipſum

cùm

cùm tẽtare vellẽt Aegyptij,redeũtibus aquis oẽs operti ſunt, & demerſi in profundo màris. a Fides erat,quæ muros Hierico illos fortiſsimos fecit ſine humana manu concidere, poſtquàm diebus ſeptẽ cũ tubis & clamore circuiſſent ſacerdotes dñi. b Fides ſaluã fecit Raab meretricem cæteris infidelibus pereũtibus gladio,eo quòd excepiſſet exploratores populi Iſraël à Ioſue miſſos pacificè, & credens verbis dñi in pace eos dimiſit,nec prodidit etiã quærẽtibus. c Quorſum autem attinet fidei virtutẽ in ſingulis cõmemorare? d Nã ſi id tentare voluero p ſingula fidei exẽpla,prolixũ foret nimis, & Epiſtolæ modũ excederet oratio: vtpote ſi ſigillatim enarrare vellẽ,quę per fidẽ geſſerũt iudices Iſraël,Gedeõ, Baruch,Sãpſon, Iephthæ,rex Dauid,Samuel Propheta & iudex populi,cęteríque ſancti & Prophetę. e Qui oẽs per fidẽ reges,duces,& regna,in virtute dñi deuicerunt, f operati ſunt iuſtitiam, liberando oppreſſum populum domini,

a Fide,muri Hierico corruerũt,circuitu dierũ ſeptẽ.

b Fide,Raab meretrix non perÿt cum incredulis,excipiens exploratores cum pace.

c Et quid adhuc dicam?

d Deficiet enim me tempus enarrantem.

de Gedeõ, Baruch Sampſon,Iephthæ David,Samuel,et Prophetis:

e qui per fidẽ vicerunt regna,

f operati ſunt iuſtitiam,

de manibus inimicorum ſuorum, a & per eandem conſequuti ſunt varias & peculiares à Deo promiſſiones: quemadmodũ Phinees, ſacerdotij ſempiterni, Dauid regni nunquàm auferendi. Ezechias de infirmitate conualeſcendi, atque ita in alijs. b Per fidem, leonibus clauſa ſunt ora vt nihil ſanctis nocerent: quemadmodum Danieli in medio leonum datum eſt, vt à nullo contingeretur. c Virtus igniũ diuina virtute compreſſa eſt atque cohibita, ita vt comburendi nullã haberet poteſtatẽ, quod tribus pueris in camino ignis datũ refert hyſtoria. d Euaſerunt diuina protectione periculum gladij, quod humana ſubinde via non erat ſperãdum: quomodo & Dauid gladium Saulis, & Machabæi frequẽter Gẽtilium gladios diuina virtute ſola euaſerũt. e Conualuerũt miraculo nonnulli de infirmitate mortali, vt Ezechias. f In bello diuinitus cõfortati ſunt, cuiuſmodi erãt Machabæi, g qui etiã alienigenarum Gentium caſtra & exercitus (diuino

a adepti ſunt repromiſſiones,

b obturauerunt ora leonum,

c extinxerũt impetum ignis,

d effugerũt aciem gladij,

e conualuerũt de infirmitate,

f fortes facti ſunt in bello,

g caſtra verterũt exterorum,

(diuino auxilio innixi,& fide magis q̃ pugnantes) debellauerũt,vſque ad exterminium. a Fuerunt etiã qui per fidem mortuos filios reſuſcitatos,ſuis matribus reddiderunt,quod de Helia legimus atque Helizeo. b Fuerũt autem qui propter fidem & cultum verum vnius Dei,eiúſque cæremonias & legitima, eo quòd nollẽt ritibus inquinari Gentiliũ,extẽti ſunt velut pelles in tympano, & verberibus cõtinuis vſque dum deficerẽt pulſati, c non ſuſcipientes liberationem: quam habere potuiſſent, ſi voluiſſent in illicita cõſentire: d eo quòd reſurrectionem ſperabãt ad vitam immortalem, pro tẽporalibus afflictionibus accipere,quę lõgè melior eſt atque optabilior,quàm breuis vitę tẽporalis redẽptio. e Alij verò opprobrijs irriſionibúſque varijs,inſuper & verberibus affecti ſunt, vincula quoque & carceres horridiſsimos perpeſsi. f Fuerunt nonnulli lapidibus obruti,vt Zacharias propheta.Nonnulli ſecti per medium,vt Eſaias.Tentati

Z ſunt

a acceperunt mulieres de reſurrectiõe mortuos ſuos.

b Alij autem diſtenti ſunt,

c non ſuſcipientes redemptionem:

d vt meliorem inuenirent reſurrectionem.

e Alij verò ludibria & verbera experti,inſuper et vincula & carceres,

f lapidati ſunt, ſecti ſunt,

tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt.

a Circumierũt in melotis, ĩ pellibus caprinis, agentes, anguſtiati, afflicti:

b quibus, dignus non erat mundus:

c in ſolitudinibus errante,,

d in montibus & ſpeluncis & in cauernis terræ.

e Et hi omnes in teſtimonio fidei ꝓbati non accepeperunt repromiſſionem.

f Deo ꝓ nobis melius aliquid prouidente,

g vt non ſine nobis cõſummarent.

ſunt atque vexati exquiſitis modis. Complures gladio occiſi ſunt. a Circumierunt, incertis vagantes ſedibus & profugi, in ouilis; pellibus, atque etiam caprinis, in magna egeſtate, anguſtia, & afflictione conſtituti. b tales viri qualibus mũdus nõ erat dignus, quibus cœlum magis congruebat, quàm terrena habitatio. c Errabãt in deſertis locis, profugi à facie perſequẽtium eos propter iuſtitiã: d In montibus quoque, ad quos confugiebant, & in ſpelũcis atque cauernis terræ, intra quas deliteſcebant, ad effugiendũ rabiem grauiſsimæ perſecutionis. e Et hi omnes, licet per fidem laudabile teſtimonium conſequuti & probati inuenti, nõ ſunt tamen cõſequuti (donec adueniret Chriſtus) æternę vitæ promiſſam poſſeſsionẽ. f Deo per hoc ſecũdùm ſuã prouidẽtiã melius aliquid pro nobis, hoc eſt, pro nouæ legis fidelibus hoĩbus proſpiciẽte atque intendẽte: g ne videlicet ſine patribus tẽporis gratię, priores illi patres legis ad perfectã æternæ vitæ

vitæ coronam perducerentur

Elucidatio CAP.XII.

CVm itaque tam copioſam habeamus fidei noſtræ teſtiũ multitudinẽ, nobis in exẽplũ velut impoſitam, vt quos imitari debeamus, qui nobis meritò ad fidem & patientiam ſufficiant illuminandis, & animandis, b æquum eſt vt abiecto omni concupiſcentiarum malarum pondere, omníque peccato quod vndequaque nobis, quaſi de proximo imminet ſemel abdicato, c curramus deinde viriliter & fortiter agentes, ad certamen fidei quod nobis pro nomine Chriſti modò proponitur, per patientiam à ſemel ſuſcepta fide nũquàm diſcedentes. d mentis oculos fixos tenẽtes in Ieſum Chriſtũ, qui eſt noſtræ fidei author & conſummator: id eſt, prĩcipiũ, & finis, dator & remunerator, qui dat velle & perficere. e Qui chriſtus cùm potuiſſet vtiquè gaudio ſolo frui, nec neceſſe haberet vllam perpeti miſeriã, volũtariè tñ magis elegit crucẽ ſuſtinere in exemplũ nobis,

TEXTVS Cap. XII.

a *Ideò & nos tã tam habentes impoſitam nubem teſtium,*

b *deponentes omne pondus & circunſtans nos peccatum,*

c *per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen,*

d *aſpicientes in authorem fidei, et conſummatorem Ieſum,*

e *qui propoſito ſibi gaudio:*

ſuſtinuit crucem:

a confuſione contempta, a neque propter tantam confuſionem talis ſupplicij, mortem omittens ſuſcipere: b atque ob hoc

b atque in dextera ſedis Dei ſedet. nunc, propter inſignẽ illã obedientiam, patri aſsidet ad dexteram, eidẽ in gloria & maieſtate æqualis.

c Recogitare enĩ eſt eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum cõtradictionem, c Omnino enim hoc vos hortor ac moneo, vt huius exẽplũ frequẽter reuoluatis in cogitationibus, & in memoriã reuocetis eum qui talem ſuſtinuit, támque inſignẽ perſequutionẽ, aduerſus ſemetipſum, à peccatoribus Scribis & Phariſæis: idque non pro ſe, ſed pro nobis.

d vt non fatigemini, animis veſtris deficientes. d Ad hoc, inquam, recogitate, vt eius exẽplo animati: nõ defatigemini in certaminibus perſecutionũ, quas ꝓ eo ſuſtinetis animo deficiẽtes. Nondum enim tãta pro eo paſsi eſtis, quãta pro vobis ipſe paſſus eſt. Ille enim ſanguinẽ effudit pro nobis.

e Nondum enim vſq; ad ſanguinẽ reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes, e Veſtra autem lucta & pugna contra infidelitatem nondum ad ſanguinẽ vſque peruenit, neque mortis tormẽta adhuc pro eo ſubijſtis, ſed tãtùm exteriorum bonorũ rapinam, & ſimilia.

f & obliti eſtis cõſolationis, f Et quomodo fieri poſſet vt tam

facilè

facilè támque leui cauſa obliuiſce
remini illius paternæ cõſolationis
atque exhórtatiõis: a qua in ſcri
pturis paterna voce admonētur ſi
lij, qui in tribulationibus probanť
hoc modo: b Fili mi (inquit Sa-
piens) accepta libēter diſciplinam
domini, cū patientia & gratiarum
actione, neque deficias animo ad
impatientiā aut murmurationem,
dum ab eo per aduerſitates corri-
pieris. Non enim quia te odit, ideò
hoc facit. c Caſtigat enim & ad-
uerſitatibꝰ exercet, quos diligit ex
vero amore. d Imò verò flagellis
grauioribꝰ exercet, quos ſibi in pe
culiares filios ſuſcipit. e Perſeuera
te itaque cū patiētia in correptio-
nibus dñi, quibus vos ex amore ad
veſtrum profectū exerceri permit
tit. f Videtis hoc ex loco, quomo
do vobis filijs Deus ſe patrē exhi-
bet, quos ſeueritatis ſuę diſciplina
caſtigat. Nam etiā inter homines,
nō eſt pater verus, nec patris offi-
cium rectè agit, qui nō filium ſuū
(cum expedire nouerit) verbo, at-
que etiā verberibꝰ erudit. g Alio-

a quæ vobis tanquàm filijs loquitur, dicens:

b Fili mi, noli negligere diſciplinā domini, neque fatigeris,

dū ab eo argueris.

c Quem enim diligit dñs caſtigat:

d flagellat enim omnem filiū quē recipit.

e In diſciplina p̄ſeuerate,

f Tanquàm filijs vobis offert ſe Deus:

g Quis enim filius, quem nō corripit pater?

a Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulterini & non filij eſtis.

b Deinde, *patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus,*

c et reuerebamur eos.

d Num *multò magis obtemperabimus patri ſpirituum & viuemus?*

e Et *illi quidẽ in tempore paucorũ dierum,*

f ſecundum volũtatem ſuam erudiebant nos:

g Hic *autẽ ad id qđ vtile eſt, in recipiendo ſanctificationem eius.*

qui ſi filiũ nõ corripit, pater verè nõ eſt, ſed perditor. a Itaque vos ſi abſque patris veſtri Dei diſciplina eſſetis, quam omnes verè filios diximus experiri, adulterini certè & nothi eſſetis, de quibus non ſit ipſi cura, non veri filij & dilecti. b Pręterea, carnales patres noſtros pro tẽpore adoleſcẽtiæ noſtræ habuimus eruditores, & caſtigatores morũ noſtrorũ, c & nõ remurmurabamus eis, etiã caſtigãtibus nos & verberãtibus, neque inobedientes eramus illis, imò multò eos afficiebamus honore & reuerentia. d Multò ergo magis decens eſt, vt obtẽperemus ſpirituum patri Deo quo ſic per eius eruditionẽ ad vitã ęternã introducamus. Multò enim magis hoc q̃ illud eſt rationi conſentaneum. e Illi enim ad modicũ tẽpus, donec adoleſceremus erudiebant nos, f ad ea potius quę volũtati ſuę erãt placita, q̃ noſtræ ſaluti vtilia. g Deus aũt nunq̃ niſi ad id quod nobis verè eſt vtiliſsimũ. Nempe ad hoc, vt aptiſsimus ad ſuſcipiendum ſanctificationẽ eius, à qua

à qua nos proſpera ſubinde auertunt. a Sanè quidem omnis diſciplinaris per aduerſa correptio, ipſo quidẽ tẽpore, donec infligitur triſtitiam infert nõ gaudium quantũ ad ſenſum attinet. b At ſi in ea patiẽter quis manſerit fructũ poſtea beatiſsimũ verę pacis proferet, atque iuſtitiæ: ijs qui per eam fuerint exercitati. c Propter qđ fratres mei, hortor vos manus veſtras à bene operando per inertiam nõ remittere, ſed magis confortare, itémque nõ genibus diſſolui, hoc eſt, non deficere per impatientiam nec corruere ſub pondere tribulationũ: ſed potius ſi fortè cœperit diſſolui, per faſtidium vt erigãtur ad reſumendum aduerſa ſuſtinendi fortitudinem. d Et ſemitas rectas (non declinãdo, neque ad dexterã neque ad ſiniſtrã) velim pedes veſtros percurrere, e vt prorſus nemo ex vobis à recto tramite deflectẽs errando pereat. f Quin potius volo, vt ſi quis errare cœperit, reſumpto ſpiritu ac viribus, ad priſtinam rectæ ſanæqúe

a Omnis autẽ diſciplina in præſenti quidem videtur nõ eſſe gaudij, ſed mœroris:

b poſtea autẽ fructum pacatiſsimũ exercitatis per eã reddit iuſtitiæ.

c Propter quos remiſſas manus, & ſoluta genua erigite:

d & egreſſus rectos facite pedibus veſtris,

e vt non claudicans quis erret,

f magis autem ſanetur,

a Pacem ſequimini cũ omnibus, & ſanctimoniã: ſine qua nemo videbit Deum,

fidei curet redire ſanitatem. a Studete (quãtùm eſt in vobis) pacem habere cum omnibus hominibus, & puritatis ſanctam mundiciã, ſine qua Deum nemo poteſt, neque modò per fidem, neque in futuro per ſpeciẽ videre, qui à ſolis corde mundis conſpicitur.

b contẽplantes ne quis deſit gratia Dei,

b Hæc (inquã) agite, nõ tantùm pro ſe quiſque, verumetiã diligenter inuicem attendentes & conſyderãtes, ſi forte aliquis omnino ex vobis, in hoc curſu deficiat, deſtituatúrque gratia Dei, ad ſuam infidelitatem rediens: Ne ſic communem Eccleſiæ veſtræ curſum & bonũ profectum cõmunitatis veſtræ contingat per aliquẽ impediri.

c ne qua radix amaritudinis ſurſũ germinans impediat,

c Ne qua alicubi radix amaritudinem infidelitatis ſuæ ſurſum germinans, in alios quoque eam trãſfundat,

d & per illã inquinentur multi,

d atque ita per illius forſitan vnius malitiam inficiãtur plurimi, quemadmodum modicum fermenti vniuerſam maſſam ſua corruptione inficit.

e Ne quis fornicator aut ꝓphanus,

e Conſyderantes, ne fortè ſit in vobis fornicator vllus aut prophanus, propter temporalem fœlici-

fœlicitatē à Chriſto ſponſo & ſanctiſsimis eius pollicitationibus diſcedēs, quorum figurā tenet Eſau, qui primogenituræ dignitatem, vnius eſcæ breui delectatione vendidit rem multò digniſsimā & priuilegium à Deo donatū ſingulare, tam vili ac tam temporario precio indigne cōmutans. a Illud enim cōſyderandū quod habet ſcriptura Geneſis, quoniam poſtmodum requirens accipere à patre benedictionem, quaſi ſibi debitā hæreditatē, Deo ita diſponente, quoniam ſe indignum fecerat, b meritò ab illa præcipua primogeniti benedictione fraudatus eſt. c Non enim potuit peruenire ad talē pœnitentiam quæ illi ſemel venditū ius reſtituiſſet, quanquàm etiā cum eiulatu valido requiſiſſet eam. Ita timēdum eſt & vobis, ſi oblatā modò tam ſacroſanctam Dei gratiā, ob temporales proſperitates auerſati fueritis: ne ſimiliter ab æterna dignitate irrecuperabiliter repellamini, ad quā tamen (quātum ex patribus, cùm ſitis filij Abrahæ) quaſi

vt Eſau qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua:

a Scitote enī quoniam et poſtea cupiens hæreditare benedictionem,

b reprobratus eſt.

c Nō enī inuenit pœnitentiæ locū, quāquàm cum lachrymis inquiſiſſet eam.

quaſi primogeniti prçcipuè ius benedictionis obtinuiſtis, niſi voſipſos Dei gratias, reddatis indignos. Longè autẽ alia eſt hæc noua nouæ legis gratia, quã modò accepiſtis, q̃ illa prior vetus veteris legiſlatio. a Nõ enim modò acceſsiſtis ad ignem ac montẽ corporalẽ & palpabilẽ, ad quẽ poſsit corporali acceſſu appropinquari, & ad caliginoſum turbinẽ, atque ꝓcellã ventorũ, & ſonitum tubarum, quç oĩa erant in veteris legiſlatione, & ad vocẽ terrificã verbis horribilibus reſonentẽ in terrorem populi audientis, b ita vt audiẽtes præ timore refugerẽt auditũ eius, dicẽtes Moyſi: Loquere tu nobis, & nõ loquatur nobis dñs, ne fortè pereamus. c Nõ enim poterãt ferre terrificum ſonitũ verborũ dñi: d & ad terrorem ex præcepto dñi, etiã beſtia ſi tetigiſſet montẽ, lapidibꝰ erat obruenda: e & ita erant illi oĩa terribilia quç videbãt, f adeò vt ipſe quoque Moyſes in timore, & tremore ſe geſſerit coram domino, exterritum cõturbatum & tremebun-

a Non enĩ acceſsiſtis ad tractabilẽ mõtẽ et acceſsibilẽ ignem, & turbinem & caliginẽ, & procellam, & tubæ ſonum & vocem verborum,

b quam qui audierunt excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbum.

c Non enim portabant quod dicebatur,

d & ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur.

e Et ita terribile erat qđ videbãt.

f Moyſes dixit exterritus ſum et tremebundus,

mebundũ ſe in tanta tam terribilium rerum nouitate demonſtrãs.

a Vos autẽ nouæ legis ſuſceptores, per fidẽ acceſsiſtis ad montem ſanctũ Sion, qui eſt Chriſtus dñs, b & ad ſanctã ciuitatẽ ſupernam Dei viui, Hieruſalem cœleſtẽ, cuius eſtis ciues inſcripti, c & ad exercitus angelorum qui ſunt innumerabiles, quibus iam coniuncti eſtis vt conſerui mereamini dici illorũ, d & ad eccleſiam ſanctam à fidei primoribus ſanctis Apoſtolis fundatam, & ex cæteris ad fidei gratiam electis conſtitutã, qui ſuſceperũt intra ſe ſpiritus primitias, quorum nomina ſcripta ſunt in cœlis ad quos ſunt ab initio prædeſtinati, e & ad Deum per iudicem omnium, cui per fidẽ facti eſtis propè qui eratis longè: f & ad ſpiritus eorũ qui in iuſtitia perfectã duxerunt vitã, cum quibus eadem expectatis gloriam: g & ad ipſum Dei filiũ dominum Ieſum, per quẽ nouũ teſtamẽtũ accepim⁹: h atque ad ſanguinẽ eius, vt eo aſpergamini, eiúſque efficiamini participes: qui

a Sed acceſſiſtis ad Sion montẽ,

b & ciuitatẽ dei viuentis Hieruſalem cæleſtem,

c & multorum millium angelorũ frequentiam,

d et eccleſiam primitiuorum qui cõſcripti ſunt in cælis,

e & iudicem omnium Deum,

f & ſpiritus iuſtorum perfectorum,

g & teſtamenti noui mediatorem Ieſum,

h & ſanguinis aſperſionem,

a melius loquentem quàm Abel. a qui ſanguis multò melius loquitur ad Deum, quàm ſanguis Abel, quoniam hic vindictam clamare legitur, ille autem miſericordiã & propiciationem pro omnibus qui fuerint eo aſperſi. *b Videte ne recuſetis loquentem.* b Videte fratres ne Deum loquẽtem vobis per filium ſuum de cœlo miſſum repellatis, per infidelitatis inobediẽtiã. *c Si enim illi non effugerũt recuſantes eum qui ſuper terrã loquebatur,* c Si enim in veteri lege non euaſerunt impuniti, qui inobedientes extiterunt Moyſi, ſuper terram eis loquenti & pręcipienti ex ore dñi, aut qui inobediẽtes extiterũt Deo aut angelis ſup terrã corporalibus vocibus & ſignis legem ferẽtibus, *d multò magis nos de cœlis loquẽtem nobis, auertimus:* d multò magis non euademus impuniti nos Chriſti fideles, ſi Deum patrem qui nobis modo per filium ſuum de cœlis demiſſum. atque ipſum etiã Chriſtum, qui nobis poſt aſcenſionẽ permiſſum cœlitus ſpiritum ſanctũ ſuum eſt loquutus, auerſati fuerimus per infidelitatem noſtram. *e cuius vox mouit terram tunc,* e Cuius Dei vox, tunc quidem cùm legem ferret veterem ſemel commouit terram, & fecit eam tremere, cõturbauitque eam. Quan-

a Quātū verò ad hoc tēpus ventu rū, ꝓmittit apud Prophetā dicēs: Veniet tempus quod à me ordinatum eſt, quando nō ſolùm terram ſed etiam cœlum ipſum commouebo. Quod ſine dubio impletū eſt, nouæ legis tempore quando cœli aperti ſunt,& omnia tam cœleſtia quàm terreſtria in ſanguine Chriſti reſtaurata. b Quod autem dicitur adhuc ſemel: videtur aliud tēpus deſignare, quo trāſferēda erūt mobilia omnia tanquā temporaria & ſuo tempore mutāda, c vt his ſublatis, ſuccedāt quæ ſunt immobilia permanſura,& nō ad vllā mutationem facta. Quemadmodū (verbi gratia) nouæ legis tempore, cuncta veteris legis temporalia ſacramenta, cæremoniæ, atque iudicia, in perpetuo manſura nouæ gratiæ myſteria commutata ſunt: & ſuo tempore omnium generabilium & corruptibilium fiet abſumptio, vt ſola illa permaneant quæ ſunt in æternū permāſura. d Nos itaque iuxta quod offertur nobis, immutabile illud & æternū regnū cū omni

a nunc autem rero promittit dicens: Adhuc ſemel & ego mouebo nō ſolùm terram ſed et cœlum.

b Quod autē adhuc ſemel dicit declarat mobilium tranſlationē tanquàm factorum.

c vt maneant ea quæ ſunt immobilia.

d itaq; regnū immobile ſuſcipiētes,

cũ omni gratiarũ actione per fidẽ ſuſcipientes, cõtendamus Deo grã tam ducere vitam, a vt illi ſimus grati, eiúſque gratiã accipiamus ampliorẽ, per quam ita ſeruiamus, vt placere valeamus Deo, cũ filiali metu & reuerentia. b Scientes quoniã Deus noſter cui ſeruimus, ipſe terribilis eſt, & velut ignis conſumens aduerſarios potens ad vltionem omnium qui modò non timent nomen eius.

a habemus gratiam: per quã ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia.

b & enim Deus noſter ignis conſumens eſt,

TEXTVS Cap. XIII.

a Charitas fraternitatis maneat in vobis,

b & hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci:

c Per hanc enim placuerunt quidã angelis hoſpitio receptis.

d Memẽtote vinctorum, tanquàm ſimul vincti:

e & laborantiũ, tãquàm & ipſi in corpore morantes.

Elucidatio CAP. XIII.

In a Ncharitate fraterna perſeuerãte, b & hoſpitalitatis, ac miſericordiæ cætera opera ne intermittatis. c Per hanc enim veteris teſtamẽti patres nõnulli Deo placuerunt, hoſpitio recipientes angelos, quos homines eſſe exiſtimabant, d memores eſtote, ad exhibẽdam miſericordiam, eorũ qui pro Chriſti nomine vincti ſunt, quaſi & ipſi cum eis pariter vincti eſſetis, e & eorũ q pro Chriſti noĩe mala patiũtur, tanq̃ cui ſimul etiã in corpore adhuc miſero cõmoramini: ſciẽtes etiã vobis eadẽ poſſe obtingere, in

re,in quibus illi affligũtur. a Per oĩa prorſus honorabile & ſanctũ eſt coniugiũ legitimũ:& thorus eorum qui verò ſunt adinuicẽ cõiugio copulati eſt ſine macula peccati,vbi cõiugali modò ſibiinuicem fuerint ſociati. b Fornicatores verò qui extra cõiugiũ legitimum ſibi inuicẽ copulãtur, & adulteros q̃ ſuis cõiugibus abiectis alijs cõmiſcẽtur,Deus ſupplicijs æternis condẽnabit. c Vita veſtra,oĩs auaritiæ ſit expers:& contenti eſtote ijs quę dñs dederit,ſine ſupflua accumulandi ſolicitudine.Nec enim eſt quòd ſupfluis curis diſtringamur: d quoniam Deus ipſe eſt qui dixit ad Ioſue & ad ſingulos iuſtorum. Nõ,inquit,te deſerã neque aliquã do derelinquã,ſed adero tibi ſemper in omnibus neceſsitatibus tuis bonus prouiſor: e Ita vt audacter nobis liceat dicere, qđ in Pſalmo loquitur Dauid: f Dominũ ſi habuero adiutorẽ,nõ timeo quid poſſit mihi inferre aduerſi,quæcũque virtus inferior. g Præfectos vobis ad memoriã ſedulo reuocate,

a Honorabile connubiũ in omnibus & thorus immaculatus.

b Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

c Sint mores ſine auaritia: contenti præſentibus.

d Ipſe enim dixit, Nõ te deſerã neq; derelinquam.

e Ita vt confidenter dicamus.

f Dominus mihi adiutor:non timebo quid faciat mihi homo.

g Meminetote præpoſitorũ veſtrorũ, quæ vobis loquuti ſunt verbũ Dei:

qui prædicauerunt vobis Euange
a quorum intuentes exitum cõuerſationis, imitamini fidem. liũ Chriſti: a quorũ ego vos hor
tor imitari fidẽ, diligenter conſy-
derato exitu conuerſationis eorũ,
vt illorũ quam in finẽ vſque tenue
b Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſæcula. rũt perſeuerantiã imitemini. b Ie
ſus Chriſtus ab initio erat qui mo-
dò eſt, & erit quoque in ſęcula. Ec-
ce hoc eſt fundamentum ſynceræ
omnis fidelíſque doctrinæ: c Do
c Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. ctrinis autẽ varijs quæ pro diuer-
ſitate authorum diuerſæ confin-
guntur non conſentientibus cum
vnitate catholicę fidei, & quę à ve
ritate ſunt extraneæ, nolite abduci
d Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor. à fidei ſemel ſuſceptæ rectitudinę.
d Multò enim præſtãtius eſt & ſa
lubrius, vt cordis noſtri fiduciã cõ
firmemus & cõſtabiliamus in gra-
e Nõ eſcis quæ nõ profuerunt ambulantibus in eis. tia Dei, per quã verã iuſtificationẽ
& redẽptionem cõſequuti ſumus,
e quã in eſcarũ legalibus obſeruã
f habemus altare, tijs, quæ non potuerunt ſuos obſer
uatores iuſtos facere apud Deum.
g de quo ædere nõ habẽt poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. f Nos Chriſtiani altare habemus
ſpirituale & verũ (cuius vetus alta
re figura erat) Chriſtũ dñm, g de
quo mãducãdi ius nõ habẽt, id eſt,
in quo

in quo partem non habent Leuitę veteris tabernaculi miniſtri: ſed qui in Chriſtũ credunt quilibet fideles. a Cõſyderate autẽ, quòd veteri obſeruatione, illorũ animaliũ carnes extra caſtra cremabantur, quorũ ſanguis erat per pontificẽ inferẽdus in feſto expiatiõis intra ſancta ſanctorũ, pro peccatis populi. b Secũdùm quã figurã, ad eius impletionẽ, Chriſtus omniũ figurarũ finis & veritas, vt per ſuum ſanguinem patri oblatum ſanctificaret populum ſuum à peccatis, extra portam pati voluit. c Quę res (ſi ad mores eam trahamus) hortatur nos poſt Chriſtum extra huius mũdi caſtra exire, ad ignominiam & paupertatẽ crucis voluntariè amplexandã. d Nõ enim hoc in mundo permanſurã manſionẽ quiſquã hominum habet, ſed ſtabilem manſionẽ in futuro ſęculo expectamus. e Per ipſum ergo Chriſtũ per quẽ nobis proceſſerunt omnia gratię bona, de qbus hactenus diximus, f Deo patri laudem offeramus pro acceptiſsimis hoſtijs, vi-

a Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem horum corpora cremantur extra caſtra.

b Propter quod et Ieſus vt ſanctificaret per ſuũ ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.

c Exeamus igitur ad eum extra caſtra improperium eius portantes.

d Non enim habemus hic manentẽ ciuitatem, ſed futurã inquirimus.

e Per ipſum ergo f offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorũ confitentium nomini eius.

delicet ſidei fructū bonū Deo confitendo & gratias agēdo per labia noſtra. a A benefaciēdo verò indigentibus, & miſericordiæ operibus miſeris cōmunicando ne deſiſtatis. b Neque enim vllis hoſtijs ita Deū nobis ꝓmereri poſſumus, vt ꝑ huiuſmodi miſericordiæ opera, neque ſacrificium aliud ei gratius poteſt offerri. c Obedite ijs ꝗ vobis ſunt prępoſiti, & voluntariè ſubiecti eſtote illis, ex animo: quoniam ipſi attentiſsimè vobis inuigilant, pro veſtra ſalute tanquàm qui ſint corā iuſto iudice pro animabus veſtris rationē reddituri. d Idcircò iuſtum eſt vos illis benignè ſubiectos eſſe, vt tantū ſibi impoſitū onus gaudenter ferāt, cùm vos viderint ad obediendū animo promptus & nō cum doloribus atque ſuſpirijs: quod ſolet fieri, cùm recta ſibi præcipientibus viderint nō obtemperari. e Nequaꝙ enim vobis hoc expedit, vt illorū onus per ſe alioqui grauiſsimum veſtra inobediētia amplius aggrauetis. f Fratres orate pro nobis. Speramus

a Beneſicentiæ autem & communicationis nolite obliuiſci.

b Talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

c Obedite præpoſitis veſtris, et ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationē pro animabus veſtris reddituri,

d vt cum gaudio hoc faciāt & nō gementes.

e Hoc enim non expedit vobis.

f Orate pro nobis: Confidimus enim quia bonam conſcientiā habemus in omnibus bene volentes conuerſari.

mus enim corã Deo nos bona eſſe voluntate, cupiẽtes in omnibus recté ſecundùm veritatẽ Euãgelij ſine offenſione conuerſari, quanq̃ ſunt q forſitã mihi detrahẽtes, falſo me vt legis inimicũ apud vos deferant. a Atque eo magis hoc obſecro, vt quãtotius ſecundùm Dei voluntatẽ, iuxta propoſitũ, paſsim venire ad vos. b Deus autẽ pacis qui ſuſcitauit ex morte Ieſum paſtorẽ ſummũ fidelium ouium, per ſanguinẽ teſtamenti noui & æterni, c vos perficiat in omni bono, vt ſemp eius impleatis in omnibus voluntatem: d faciens de vobis quicquid fuerit placitum ante cõſpectũ per ſuum IeſumChriſtũ, cui eſt gloria in ſecula ſeculorũ, Amẽ. e Rogo autẽ vos fratres, ne ægrè tuleritis epiſtolam hanc, quam ad ſolatium veſtrum conſcripſi: f & quidem breuibus, quantùm ad affectus mei erga vos magnitudinem, & materiæ multitudinem. g Scire vos volo Timotheum fratrem noſtrũ modò dimiſſum hactenus detentum ſiue impeditum,

a Ampli' autẽ deprecor vos hoc facere, quo celerius reſtituat vobis.

b Deus aũt pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnũ ouiũ in ſanguine teſtamenti æterni, dñm nrm Ieſum Chriſtum,

c aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem,

d faciens in vobis quod placeat coram ſe per Ieſum Chriſtũ, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

e Rogo autẽ vos fratres vt ſufferatis verbũ ſolatij.

f Etenim per paucis ſcripſi vobis.

g Cognoſcite fratrẽ noſtrũ Timotheum dimiſſum,

a cũ quo (ſi celerius venerit) videbo vos.
b Salutate omnes præpoſitos veſtros & oẽs ſanctos.
c Salutant vos de Italia fratres.
d Gratia cum omnibus vobis, Amẽ.
Finis.

quo minus venire potuerit. a Cũ quo, ſi celerius venerit vt expecto, ſpero me quantotius venturũ ad vos. b Salutate omnes præpoſitos veſtros, & vniuerſos fideles. c Salutant vos fratres qui ſunt de Italia nobiſcum. d Gratia cum omnibus vobis, Amen.

FINIS ELVCIDATIOnis in Epiſtolã ad Hebræos beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam Canonicam Beati Iacobi Apoſtoli.

ADEOS QVI EX IVdæis crediderãt, ob perſequutionis rabiẽ & Chriſti nominis prædicationem per diuerſa loca diſperſos, beatus Iacobus Apoſtolus, Hieroſolymitanæ eccleſiæ Epiſcopus, conſolatoriam & moralẽ hanc ſcribit Epiſtolam. In qua poſt ſalutationem,

nem, ſtatim eos ad gaudendũ in tribulationibus, patientiã exercitantibus & fidei probationem operantibus inducit. Dehinc *veræ ſapientiæ indignos, vnde & quomodo poſtulare debeant edocet: nimirũ à* Deo, *& confidenter abſque hæſitationis diffidentia.* Gloriari *quoq; & gaudere vult etiã abiectos* Chriſtianorum, *in ſuperuentura glorificatione ſua, diuitibus in ſæculari gloria (in modũ vaporis mox diſparitura) prohibens gloriari.* Patientes *autem in tribulationibus beatos prædicat, & coronandos pro ſua ſuſtinẽtia affirmat.* Deinde *ne quis in* Deum *(vt ferè ſolent carnales homines) peccatũ ſuum referat, quaſi ipſe quẽquàm peccare cogat aut inuitet, prohibet, diligẽter demonſtrãs, quomodo peccati tam initiũ quàm cõſummatio à noſtri eſt ſenſualis affectus corruptione, qui primo à bono nos abſtrahens, niſi mox fuerit ſuppreſſa eius mala ſuggeſtio vt non pariat, mortẽ continuo generat.* Omnis *autem boni quod in nobis eſt cauſam & primordialẽ originem eſſe,* Deũ *patrẽ luminũ, nulli mutationi ſubiectum: qui nos ſingulariſſimo beneficio, per verbũ ſuum voluntariè & creauit & recreauit, in gloriã ſuam.* Poſt *hoc moraliter loquens loquacitatẽ & irã deteſtatus, magis auditionẽ bonam ſuadet, & manſuetudinẽ, in qua ſancti* Euangelij *verbũ fructificet: & vt magis verbi factores quàm auditores ſeſe exhibere ſtudeant, eum qui tantũ audit & non operatur cõparãs cum eo qui ſe in ſpeculo tãtùm contẽplatur, nihil ad emundationẽ faciẽs macularũ.* Atq; *in fine ad religionẽ veram neceſſariã eſſe linguæ refrenationẽ docet, & in quo ſit vera religio demonſtrat.* Atq; *hæc quidem cap. primo.* In *ſecundo autem contra perſonarũ acceptionẽ, diui-*

túmque ſolorũ cum pauperum cõtemptu nimiã & ſecularem honorationem prolixius agit & feruenter: nolens in hoc mundo cõtemni pauperes, quos in ſua vocatione & ſalute Deus habet præcipuos cùm è cõtrario diuites & potentes potiſſimũ ſint, hi qui perſecutionẽ fidelibus inferunt, & ſimpliciores opprimunt. Docet autẽ vnius præcepti transgreſſione legis obſeruationẽ infringi, & cùm vnus ſit qui omnia ſimul dedit præcepta, qui in vno aliquo offendit modo quodã in omnibus reum fieri. Propter quod nũc eos monet, ſecundùm legem libertatis, ſecundùm quam erunt iudicandi, vitã inſtituere: & ante omnia miſericordiã facere, vt queant in iudicio nouiſſimo miſericordiã inuenire quæ illis tunc negabitur, qui nunc immiſericordes fuerint pauperũ cõtemptores. Et ne quis de mortua fide ſibi blãdiatur, declarat fidẽ ſine operibus ad ſalutẽ non proficere, idq; ſimilitudine ex pauperũ indigentia ſolo verbo nõ reuelata, ratione ex dæmonũ fide ad ſalutẽ inualida & exemplo Abrahæ filiũ ſuum ſecundùm animi promptitudinẽ offerentis ac Raab meretricis, propter fidẽ Dei exploratores Ioſue abſcõdentis. Capite verò tertio ambitionẽ ad magiſteria propter periculũ grauioris iudicij deteſtatus, ad id quod prius cœperat de lingua refrenanda reuertitur, & multa quidẽ de linguæ domatione, per varias rerũ naturaliũ cõparationes, tam in bonũ de benè domita, quàm in malum de malè domita, latè differit. In fine autẽ, verã ſapientiam ex bona & diſciplinata cõuerſatione à falſa diſcernit, duplicẽ ſapientiã cœleſtem & terrenã, ex aduerſo diſtinguẽs, & contrarijs conditionibus deſcribens. Quarto dehinc capitulo, poſt l tiũ & pugnarum radicem ex concupiſcentia

mala deſcriptã, à ſæculi huius amore & amicitia dehortatur. Magis autẽ *vt cum* Deo *amicitiam ineant ſuperbia ſæculi relicta, eos monet per humilitatẽ* Deo *ſubditos fieri, ac pœnitentiam agendo ei appropinquare, detractiones damnans, & vana iudicia: ſimul & prauam illã loquendi cõſuetudinẽ corrigens, qua plurimi de futuris loquũtur euentibus ſic definite, quaſi in manu ſua habeant temporũ momẽta, cùm ex* Dei *placito omnia pendeãt: propter quod in loquendo de ijs quæ in futurũ proponimus, adijciendã conſulit moderatiuã particulã, ſi dominus voluerit, aut ſimilẽ aliquam.* Vltimo *autem capitulo, aduerſus diuites ſæculi in auaritia detinẽtes vnde ſuſtentandi erant pauperes, & aduerſus iniuſtos mercenariorũ ſuorum fraudatores, cum terrore exclamat: eos verò qui patiuntur patientes eſſe monet vſq; in aduentum domini, agricolæ exemplo, & nõ aduerſus ſuos oppreſſores cum amaritudine & odio ingemiſcere: exempla* Prophetarum, *& nominatim beati* Iob, *eis ad conſolationem proponens.* Poſt *quæ, à iuramẽto fideles dehortans, infirmis ſanctam presbyterorum vnctionẽ ordinans, & mutuam peccatorum confeſſionem præſcribens, & ad orandum pro inuicem exhortans, orationiſq; virtutem & efficaciam per* Heliam *deſcribens, fructumq; reducentium errantes ad viam rectam aperiens, ita terminat plenam ſanctis eruditionibus* Catholicã *ſuam* Epiſtolam.

FINIS ARGVMENTI IN Epiſtolam canonicam beati Iacobi Apoſtoli.

TEXTVS Epiſtolæ Canonicæ beati Iacobi Apoſtoli.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM CAnonicam beati Iacobi Apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

Ia Acobus Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus duodecim tribubus quæ sūt, in diſperſione ſalutem.

b Omne gaudiū exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis,

c ſcientes, quòd probatio fidei veſtræ, patientiam operatur.

d Patientia autē opus perfectū habeat,

Elucidatio capitis Primi.

Ia Acobus ſeruus Dei patris & domini noſtri Ieſu Chriſti, ſcribit ſalutemque conuerſis ex duodecim tribubus Iſraël, qui ſunt ob perſequentium rabiem per varia loca diſperſi. b Pro ſummo & vero gaudio ducite fratres varijs affligi tribulationibus, quæ ad probationē Deo diſponēte ac permittente vobis aduenīunt. c Conſyderantes diligenter quòd iſta peraduerſa fidei veſtrę probatio, exercitat vos ad patientiam. d Patiētiam verò nemo parui æſtimet, quoniam ipſa perfectū habet virtutis

tutis opus, & totam virtutum ſtructuram, conſummat, perficit, atque conſeruat. a Ita vt per hanc perfecti ſitis futuri & integri, in nullo bono indigẽtiã paſſuri. b Quòd ſi quis eſt ex vobis, cui vt ſapientiæ indigo non ſapiunt iſta quæ Dei ſunt, poſtulet à Deo intelligentiã & ſapiẽtiã: c qui omnibus rectè petẽtibus, ſine auaritia dat copioſè & liberaliter, neque hominũ more poſt donationẽ improperat, & dabitur ei quantùm opus erit. d Vt autem ſuæ petitionis conſequatur effectum, illud videat vt fide poſtulet nihil addubitans. e Qui enim hęſitãs orat dominũ, propter inſtabilitatem ſpei ſuæ cõparandus venit fluctui maris, qui ab omni vento nunc huc nũc illuc ſine ordine agitat̃. f Talis igitur cùm ſit ille qui diffidenter petit, nõ eſt quod ſperet quicquàm à Deo tali poſtulatione cõſequi. g Quiſquis non eſt in vno fixus animi propoſito, cuiuſmodi eſt qui ſe duobus dominis putat poſſe ſeruire, inconſtans eſt & inſtabilis in omnibus

a vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.

b Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo,

c qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

d Poſtulet autem in fide nihil hæſitans:

e Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vẽto mouetur & circunfertur:

f Non ergo exiſtimet homo, ille q̃ accipiat aliquid à domino.

g Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.

bus

a Glorietur autē frater humilis in exaltatione ſua:

b Diues autem in humilitate ſua.

c Quoniam ſicut flos fœni trāſibit.

d Exortus eſt enim Sol cum ardore, & areſecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperÿt.

e ita & diues in itinerib⁹ ſuis marceſcet.

f Beatus vir qui ſuffert tentationem:

bus operibus ſuis. a Gaudeant verò & glorientur pauperes, & deſpectiores qui ſunt Chriſtiani, in conſyderatione ſublimitatis ſuæ, in qua exaltabuntur in futura vita æterna: vt non propter ſuæ humilitatis abiectionem deijciantur animo, ſed futurorū conſyderatione bonorum, magis in ſpe ventura erigant animum. b Diuites autem qui nunc florent quantùm ad ſæculum, ita glorientur & gaudeant, vt ſemper quæ ſunt humilitatis & infirmitatis ſuę magis conſyderēt, vt non nimiū exaltentur in ſemetipſis. c Verè enim vilis res eſt omnis gloria diuitum. Nam ſicut flos graminis nō diu ſubſiſtit, ita trāſibit diuitiarū iſta tēporalis gloria. d Statim vbi Sol cœperit ęſtuare, arefacit gramē & flos pariter marcidus decidet, & omnis decor aſpectus illius ſubitò deperibit, e ita & diuitis floridus qui videtur ornatus, breui deperibit. f Beatus eſt qui perſequutiones & aduerſitates quæ ad tentationem à Deo ſuper bonos permittuntur, ſuſtinet cum patien-

patientia: a quoniam per patientiã ſic bene probatus, accipiet mercedem æternę beatitudinis, quam promiſit Deus dãre ſuo tẽpore omnibus qui modò in veritate diligunt eum. b Nemo autẽ cùm ad malum ſolicitatur, dicat ſe à Deo ad malum inclinari aut ſolicitari: c Deus enim neſcit ad malum tentare, quemadmodum neque tentari. d Ipſe enim neminẽ ad malũ ſolicitat. e Vnuſquiſque enim inclinatur ad peccatũ à proprio corrupto ſenſuali appetitu, per quem abſtrahitur à recto animus, & allicitur ad illicita carnis deſyderia: Atque hoc quidem eſt peccati primũ ſeminariũ. f Deinde concupiſcentia iſta cùm ſic conceperit, ita vt incipiat immorari nimiũ & delectari in propoſito, producit iam peccatũ. g Qđ cùm fuerit per plenũ cõſenſum aut etiã opere cõſummatũ, mortis ęternæ inducit obligationẽ, & aĩam vera ſpũs vita priuat, etiã in hoc ſęculo. h Nolite itaque errare chariſsimi fratres mei, ne in Deum referatis peccatorum

a quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligẽtibus ſe.

b Nemo cùm tẽtatur, dicat quoniã à Deo tentatur.

c Deus enim intẽtator malorũ eſt:

d Ipſe enim neminem tentat.

e Vnuſquiſq; verò tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.

f Deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum.

g Peccatum verò cùm conſummatũ fuerit, generat mortem.

h Nolite itaque errare fratres mei, dilectiſsimi.

veſtro-

veſtrorũ malitiam: ſed tantum in voſipſos, q̃ eſtis totius malitiæ authores, per concupiſcentiam quæ in vobis habitat corrupta, a quẽadmodum econtrario Deus omnis boni author eſt, non homines. Omne enim datum verè bonũ, & omne perfectum donum nõ à vobis eſt, ſed deſuper venit à largitore omniũ, patre cœleſtiũ luminũ, ſiue incorporeorũ, ſiue corporaliũ: b Apud quẽ non eſt vlla de forma in formã tranſmutatio, neque viciſsitudinaria vlla ſecũdùm varia accidentia obũbratio. c Ipſe autẽ nos penitus liberè nullo coactus noſtrorũ operum meritò, neque vlla neceſsitate obſtrictus, nos regenerauit ꝑ ſemẽ incorruptibile verbũ veritatis, quos prius in natura per ſemẽ corporale fecerat. d Idcircò (inquam) voluntariè nos ſic genuit, vt eſſemus nos velut primitiæ & pręcipua aliqua pars totius creaturę ſuę, cùm angelica natura ſortẽ & locũ accipientes dignitatis gloriæ eius. e Iſta fratres mei vos ſatis ſcire arbitror & intelligere. Hortor

a Omne datũ optimum, & omne donũ perfectũ deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum,

b apud quem nõ eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio.

c Volũtariè enim genuit nos verbo veritatis,

d vt ſimus initiũ ãliquod creaturæ eius.

e Scitis fratres mei dilectiſsimi,

a Hortor autem charitatē veſtrā, vt ad audiendum ſanæ fidei conſonā doctrinā veloces ſemper parati ſitis: b nō faciles autem neque præcipites ad temere loquendum, etiā quæ bona videntur, neque prompti ad iraſcendū. c Ira enim viri præter aut contra rationis iudicium, iuſtitiā veram impedit atque perturbat. d Quapropter abiecta omni immunditia, tā in verbo quàm in cogitatione, & abundantia malitiæ cuiuſlibet, e ſuſcipite in manſuetudine ſpiritus, verbum ſancti Euāgelij, quod per prædicationē implantatur & inſeritur animabus veſtris, f qđ ipſas poteſt facere à peccato ſaluas, ad æternā vitam ſi diligenter auditum cuſtodieritis. g Illud verò poſt acceptam Euangelij prędicationem videndum eſt vt nō ſitis Euangelij tantum auditores, ſine operatiōe, ſed magis factores eius eſſe ſtudeatis in opere, ne fallatis voſmetipſos. h Decipiūt enim ſeipſos, qui de ſolo verbi auditu & mortua fide ſibi placētes, putāt hęc ad ſalu-

a Sit autē omnis homo velox ad audiendum,

b tardus autē ad loquēdum & tardus ad iram.

c Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur.

d Propter quod, abijcientes omnē immunditiam & abundantiā malitiæ:

e in manſuetudine ſuſcipite inſitū verbum.

f quod poteſt ſaluare animas veſtras.

g Eſtote autē factores verbi & nō auditores tātùm.

h fallētes voſmet ipſos.

a Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor, hic cõparatur viro cõſyderanti vultũ natiuitatis ſuæ in ſpeculo.

b Conſyderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

c Qui autẽ perſpexerit in lege pfectè libertatis, & permanſerit in ea, nõ auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit.

d Si quis autẽ putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuã, ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio.

ad ſalutẽ ſufficere, cùm requiratur etiã cũ fide bona opatio. a Quia quiſquis auditor tantùm eſt verbi nõ factor, meritò cõparãdus venit homini qui faciẽ ſuã naturalem in ſpeculo cõtẽplatur tãtũ, nihil agẽs amplius ad emundationẽ macularum quas in ſpeculo conſyderauerat. b Statim enim ille vt conſyderauit, abijt, nihil amplius agens: & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit, qualémque ſe viderit. Sic & homini q verbum audit, ſed ad cõponendos mores non accõmodat, nihil proficit verbum tantùm cõſpexiſſe vel audiſſe. c Qui autẽ diligenter inſpexerit in legẽ perfectã, perfectæ verẹqúe libertatis: ita vt opere ipſam impleat, nõ ſurda aure obliuioſus auditor prætereat, hic nõ auditu, ſed in ipſa præcepti obſeruatione per operationem bonã, beatus erit. d Quiſquis autẽ religioſum ſe arbitratur ac ſanctum Dei cultorẽ, ſi negligat lingnã ab otioſis atque malis frenare ſermonibꝰ: ſciat ille, nõ veram eſſe neque fructuoſam huiuſmodi religionẽ, quę

id quod

id quod primùm eſſe debet, negligit. a Verus autẽ Dei cultus, qui mundũ & immaculatũ efficit hominẽ corã Deo patre eſt, b in viſitãdo deſolatos, & eos qui ſunt ſine humano patrocinio (cuiuſmodi ſunt viduæ & pupilli) in tribulationibus, aut egeſtate cõſtitutos, & cæterorũ miſericordiæ operum exhibitione, c & à mundi cõcupiſcentijs ſemetipſum cuſtodiẽdo immaculatũ: Id eſt, & ſi proximo miſericorditer, quis ſubueniat, & ſeipſum à peccatis ſeruet immunẽ.

Elucidatio CAP. II.

Fa Ratres mei, nolite in vobis ſimul cum fide dñi noſtri Ieſu Chriſti, dñi, inquã, æternæ gloriæ admittere vitiũ acceptionis perſonarũ. Verbi gratia, ne diuitẽ propter diuitias ſolas plus iuſto honoretis, aut pauperẽ propter inopiã deſpiciatis. b Etenim ſi vobis cõgregatis ingrediat̃ vir aliqs annulos aureos geſtãs in manibus, veſtẽ indutus precioſam & ſplendidam: c introgrediat̃ etiã paup in veſte vili & minimè pcioſa. d Iſtis autẽ ſic in-

a Religio munda et immaculata apud Deum & patrem, hæc eſt,
b viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,
b & immaculatũ ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

TEXTVS
Cap. II.

a Fratres mei nolite in perſonarũ acceptione habere fidẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.
b Etenim ſi introierit in cõuentum veſtrum vir aureũ annulum habẽs in veſte candida:
c Introierit autẽ & pauper in ſordido habitu,
d & intẽdatis in eũ qui indutus eſt veſte præclara,

a *Quia ſi quis auditor eſt verbi,& non factor,hic cōparatur viro cōſyderanti vultū natiuitatis ſuæ in ſpeculo.*

b *Conſyderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.*

c *Qui autē perſpexerit in lege pfectè libertatis,& permanſerit in ea, nō auditor obliuioſus factus,ſed factor operis:hic beatus in facto ſuo erit.*

d *Si quis autē putat ſe religioſum eſſe,non refrenans linguam ſuā, ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio.*

ad ſalutē ſufficere,cùm requiratur etiā cū fide bona opatio. a Quia quiſquis auditor tantùm eſt verbi nō factor,meritò cōparādus venit homini qui faciē ſuā naturalem in ſpeculo cōtēplatur tātū,nihil agēs amplius ad emundationē maculaarum quas in ſpeculo conſyderauerat. b Statim enim ille vt conſyderauit,abijt,nihil amplius agens: & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit,qualémque ſe viderit. Sic & homini q verbum audit,ſed ad cōponendos mores non accōmodat,nihil proficit verbum tantùm cōſpexiſſe vel audiſſe. c Qui autē diligenter inſpexerit in legē perfectā, perfectæ verequé libertatis:ita vt opere ipſam impleat,nō ſurda aure obliuioſus auditor prætereat,hic nō auditu,ſed in ipſa præcepti obſeruatione per operationem bonā, beatus erit. d Quiſquis autē religioſum ſe arbitratur ac ſanctum Dei cultorē,ſi negligat lingnā ab otioſis atque malis frenare ſermonib⁹: ſciat ille, nō veram eſſe neque fructuoſam huiuſmodi religionē,quę

id quod

id quod primùm eſſe debet, negligit. a Verus autẽ Dei cultus, qui mundũ & immaculatũ efficit hominẽ corã Deo patre eſt, b in viſitãdo deſolatos, & eos qui ſunt ſine humano patrocinio (cuiuſmodi ſunt viduæ & pupilli) in tribulationibus, aut egeſtate cõſtitutos, & cæterorũ miſericordiæ operum exhibitione, c & à mundi cõcupiſcentijs ſemetipſum cuſtodiẽdo immaculatũ: Id eſt, & ſi proximo miſericorditer, quis ſubueniat, & ſeipſum à peccatis ſeruet immunẽ.

a Religio munda et immaculata apud Deum & patrem, hæc eſt,
b viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,
b & immaculatũ ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

Elucidatio CAP. II.

Fa Ratres mei, nolite in vobis ſimul cum fide dñi noſtri Ieſu Chriſti, dñi, inquã, æternæ gloriæ admittere vitiũ acceptionis perſonarũ. Verbi gratia, ne diuitẽ propter diuitias ſolas plus iuſto honoretis, aut pauperẽ propter inopiã deſpiciatis. b Etenim ſi vobis cõgregatis ingrediaṫ vir aliqs annulos aureos geſtãs in manibus, veſtẽ indutus precioſam & ſplendidam: c introgrediaṫ etiã paup in veſte vili & minimè ꝓcioſa. d Iſtis autẽ ſic in-

TEXTVS
Cap. II.

a Fratres mei nolite in perſonarũ acceptione habere fidẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.
b Etenim ſi introierit in cõuentum veſtrum vir aureũ annulum habẽs in veſte candida:
c Introierit autẽ & pauper in ſordido habitu,
d & intẽdatis in eũ qui indutus eſt veſte præclara,

ſic ingrediētibus, cœperitis oculos
coniicere in illum diuitem præcla
ra veſte indutũ, & pro ſolis diui-
tijs illi exhibētes indignum hono-
rē, a dixeritis ei: Tu ſede hic ho-
neſtiori loco. Pauperi autem dixe-
ritis: Tu ſta illic in abiecto loco, aut
ſede ſub ſcabello pedum noſtrorũ,
propter inopiam ſic pauperem de-
ſpicientes. b Hæc, inquam, ſi ege
ritis, nónne hoc ipſo iudicatis, ini
quas cogitationes & iniquum iu-
diciũ veſtro inſidere animo? c At-
tendite fratres mei chariſsimi dili
gentius, quoniam nō ita fieri cōue
nit, vt diuites diuitiarum ſuarum
& ſuperbiæ ſuę reſpectu ita nimiũ
honorentur, cōtemptis ob inopiã
pauperibus. Nequaquàm deſpiciē
di ſunt ab hominibus, quos Deus
adeò nō deſpicit, vt etiam ſuæ vo
cationis & electionis partes potio-
res eis concedat. d Nónne vide-
tis, quēadmodũ Deus maxima ex
parte pauperes elegit in hoc ſæcu-
lo: vt ſicut tēporalibus bonis ſunt
pauperes in hoc mũdo, ita ſpiritua
libus diuites fiant per fidem, & ſpe
hæredes,

a & dixeritis ei: Tu ſede hic bene. Pauperi autem dicatis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorũ: b Nónne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? c Audite fratres mei dilectiſsimi.

d Nónne Deus elegit paupes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod promiſit diligentibus ſe?

hæredes regni æterni, quod promiſitDeus omnibus diligẽtibus ſe? a Vos autem ẽ cõtrario ſi vt prędictũ eſt feceritis, pauperes ob ſuã paupertatem inhonoratis, quos tamen Deus diuitibns huius ſæculi videtur præponere, in ſua vocatione. Atque ita qui prædicto modo agerent, diuino conſilio videntur contra ire. b Rurſum, nónne videtis quotidiana experientia, qui opprimunt Chriſtianos per potentiam & vim inferunt eiſdẽ pertrahentes eos ad tribunalia, ſiue pro Chriſti confeſſione, ſiue per alias fraudes ſuas, diuites eſſe & potentes huius ſæculi? c Nõne ipſi ſunt qui maledicunt & perſequunt ſanctum nomen Chriſti, quod vos inuocatis, & in cuius inuocatiõe per baptiſmum ſanctificati eſtis? d Equidem non prohibeo iuxta mandatum domini illud vniuerſale & regium, quod ab omnibus oportet obſeruari: Diliges proximũ tuum ſicut teipſum, etiam diuites diligi huius ſæculi: imò ſi ſic eos per charitatem diligitis, in hoc bene facitis,

a Vos autem exhonoraſtis pauperem.

b Nónne diuites per potentiam opprimunt vos! & ipſi trahũt vos ad iudicia?

c Nónne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod inuocatũ eſt ſuper vos?

d Si tamen legem perficitis regalẽ ſecũdùm ſcripturas: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum, bene facitis.

a Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini, b redarguti à legē, quaſi trāſgreſſores.

tis,mandatū Dei implentes. a Si autem nō ſecundùm illius præcepti exigētiam agitis,ſed ſecūdùm perſonarū acceptionē propter diuitias:peccatū operamini, b coniuncti per legē quaſi trāſgreſſores, cùm hoc facitis quod illa prohibet.Et ne forſitan vobis blandiamini,parū eſſe in vno iſto deficere,modò non peccetis in cæteris,

c Quicunq; autē totam legē ſeruauerit, offendat aūt in vno, factus eſt omnium reus.

c conſyderandū vobis eſt ꝙ quicunque in vno aliquo peccato offendit in legē,vnica illa præuaricatione factus eſt omniū reus.Hoc eſt,ita pręmio obſeruātibus legem deputato priuatꝰ& indignus,quaſi nullū obſeruaſſet ex omnibus legis præceptis.Idem enim eſt Deus,

d Qui enim dixit: Non mœchaberis,

e dixit, & nō occides.

Quòd ſi non mœchaberis, occides autem factus es tranſgreſſor legis.

qui omnia & ſingula dedit pręcepta legis,& ſimul omnium exigit, atque ſingulorū obſeruationē,ab ijs qui mercedē vitæ quęrūt. d Idē eſt qui præcepit non mœchari,& nō occidere: e propter quod ſi occideris,etiam ſi mœchatus nō fueris,trāſgreſſor es totius legis,quæ in vno eſt cōcatenata:Ita vt ꝗſquis præuaricatus fuerit partē aliquā legis

legis,totã cenſeatur tranſgreſſus, nec ſtatutum præmium merebitur accipere. a Sic vos loqui conuenit & omnia agere tanquã qui per nouã Euangelij & verè libertatis legẽ,& modò in conſcientia, & in futuro ſitis in publico iudicio iudicandi. b Iudicium enim dãnationis ſine miſericordia ſaluante, aduerſus illum proferetur, qui dũ viueret, caruit erga miſeros affectu miſericordiæ,ſolos honorãdo diuites,pauperibus ob inopiã deſpectis. c In illis verò qui fecerũt miſericordiam dum viuerent ſuperuincit miſericordia iudicium, longéque ſuperat,& prçponderat, vt ſecundùm miſericordiam ſaluẽtur & non per iudicij ſeueritatem condẽnentur, quoniam & ipſi fecerunt miſericordiam. d Profectò ſaluare non poteſt quenquàm, quòd de ſolo vèrbo fidelem iactitat, niſi eandem fidem operibus efficaciter comprobet. e Nunquid ſola illa operibus vacua fides ſaluare poterit habentem? Nequaquam.quomodo enim neceſsitatẽ

a Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.

b Iudicium enim ſine miſericordia, illi qui non facit miſericordiam.

c Superexaltat autem miſericordia iudicium.

d Quid proderit, fratres mei, ſi fidẽ quis dicat ſe habere, opera autem non habeat?

e Nunquid poterit fides ſaluare eum?

a Si autē frater & ſoror nudi ſint & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, Calefacimini et ſaturamini, non dederitis autem eis quæ neceſſaria corpori, quid proderit?
b Sic & fides ſi non habeat opera mortua eſt in ſemetipſa.
c Sed dicet quis, tu fidem habes, et ego opera habeo, oſtende mihi fidē tuam ſine operibus, & ego oſtendam tbi ex operibus fidem meam:
d Tu credis quòd vnus eſt Deus? bene facis: & dæmones credunt & cō tremiſcunt.

patiētibꝰ nihil proſunt verba, niſi opere exhibeas charitatē. a Exēpli gratia, ſi pauperibꝰ Chriſtianis ſiue victu, ſiue veſtitu carentibus, dicat quis: Ite in pace, bene ſit vobis, Caleficiatis & reficiamini, & habeatis quæ ſunt neceſſaria non exhibendo in opere, qđ lingua dicitur. Ita etiam fides ſola, niſi adſint opera, ad ſalutē prodeſſe non valet, & mortua reputatur atque inualida. b Denique huiuſmodi ſola fide gloriāti, meritò dicere poteſt aliquis operū laudator. c Tu quidem fidē te habere dicis, cùm non adſint opera: Ego autē opera habeo, & ex ipſis quidē operibus ego tibi potens ſum demonſtrare etiam fidē meam. Tu autem cùm opera nō habeas, fidem tuam demonſtrare non potes. Neque fidē tibi iactanti fides habebitur, niſi per opera, fidei tuæ probaueris teſtimonium. Et profectò nihil eſt magnū mortua fide credere. d Nā tu credis, ꝙ vnus eſt omnipotens Deus, rectè quidē credis: ſed hoc tibi cum dæmonibus commune eſt, qui &

qui & ipſi non credunt modò, ſed etiam timent ac tremunt eius potẽtiam. a Vis autem apertè ex ſcripturarum exemplis diſcere, ô homo qui inaniter in mortua ſola fide gloriaris, quòd inſufficiens ſit ad ſalutem, fides abſque operibus? b Abraham ſumamus in exemplũ qui nõ ex ſola fide, ſed ex ea ſimul cum operibus iuſtus prędicatus eſt in ſcripturis, c in eo quòd promptа animi volũtate ſe dedit ad obediendũ & opere implendũ mandatum domini, vt immolaret filiũ ſuum Iſaac. Qui ſi vocem domini opere renuiſſet implere, nunquàm ex mortua ſua fide in ſcriptura iuſtus diceretur. d In hoc exemplo clarum eſt videre, quoniam fides ſimul cum operibus effecerunt, vt perfectè iuſtus nominaretur & eſſet, permaneretque in finẽ. e Et hoc ipſo quòd hic operibus iuſtificatio attribuit̃ ſuppleta eſt ſcriptura illa prior, quæ videtur de ſola fide mentionem facere, qua dicitur Abraham Deo credidiſſe, reputatũque fuiſſe illi ad iuſtitiam, ex hoc

a Vis autem ſcire ô homo ĩanis, quia fides ſine operibus otioſa eſt?

b Abraham pater noſter nõne ex operibus iuſtificatus eſt?

c offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare?

d Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt:

e Et ſuppleta eſt ſcriptura, dicens: credidit Abrahã Deo, *& reputatũ eſt illi ad iuſtitiã, & amicus* Dei *appellatus eſt.*

a videtis,quoniã ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm?
b Similiter et Raab meretrix nõne ex operibus iuſtificata eſt?
c ſuſcipiẽs nũcios & alia via eÿciens?
d Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt:
e ita fides ſine operibus mortua eſt.

fuiſſe Dei amicum appellatum. a Clarũ itaque relinquitur, quoniã non iuſtificatur homo ex mortua ſola fide ſine operibus, ſed ex fide cum operibus. b Quod etiã confirmat Raab illa meretrix,quę ex operibus tãquàm iuſta cõmendatur in ſcripturã, c in eo ꝙ per fidem quã erga Deum habebat exploratores à populo dei miſſos ſuſcepit hoſpitio,& protexit benignè,ac dimiſit per murum in propria. d Quemadmodũ enim ſine ſpiritu corpus non viuit,ſed cadauer tantùm eſt inutile: e Ita ſola fides cui deſunt opera,mortua eſt: quia vitam in ſe omnium virtutũ charitatem non habet. Charitas enim opera habere debet, oblata occaſiõe & tẽporis opportunitate aut excidit & perit,ſine qua oĩs alia virtus mortuũ tãtũ cadauer eſt.

TEXTVS
Cap. III.

a Nolite plures magiſtri fieri fratres mei,
b ſcientes,quoniã maius iudiciũ ſumitis.

Elucidatio CAP. III.

Na Olite fratres mei paſsim ad magiſteria aſpirare,neque docẽdi alios munus intempeſtiuè affectarę: b ſcientes quoniã maius vobijpſis iudicium ſuperinducitis,

ducitis, ſi in tali gradu altitudinis minus rectè vixeritis. Res enim grandis eſt, doctorem eſſe in populo Dei, & quę non cuilibet paſſim cōueniat, neque niſi à magnæ ſanctitatis & perfectionis hoībus adminiſtrari dignè poteſt. a Primùm enim nemo eſt oīm, etiā perfectorū, qui nō frequēter labat in plurimis. b Specialiter verò in verbo per linguā nō offendere, tantæ eſt artis, & res tā difficilis, vt perfectum illū pronūciare audeam, cui cōtigerit ita linguā ſuam domitā, frenatámque habere, vt nec in verbo quidē offendat aliqn̄. c Vtpote, qui domita lingua poſsit etiam cętera corporis vniuerſa membra facilè cōtinentiæ freno coërcere. Nam qui potuit quod eſt omnium difficilimū poterit etiā quę ſunt faciliora. Atque id experientia quoque in brutis videmus animātib⁹. d Quemadmodū equis, vt obediētes fiant ſuis ſeſſoribus, frena mittuntur nō niſi in os, atque ita totū deinde corp⁹ ꝓ ſuo arbitrio circūagitāt ceſſores. Sic & hoī qui velit

a In multis enim offendimus oēs.

b Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus eſt vir.

c Potēs etiam freno circūducere totum corpus.

d Si aūt equis frena ī in ora mittimus ad cōſentiēdū nobis omne corpus illorum circunferimus.

omnia corporis membra ſubiugata habere rationi, prima cura eſſe debet vt os & linguam refrenet. a Rurſum videmus naues magnas & amplißimas, validis ventis agitatas, à gubernaculo (quod paruulum eſt totius nauis cõparatione) circũferri & dirigi in curſib⁹ ſuis, quocũque director impetũ fecerit, & ſecũdùm quod ipſe diſponere, ac mouere voluerit. b Ita & lingua paruum quidem eſt quãtitate membrũ ſed magna iactat, & agit miranda. c Iterũ videre eſt, modicum & paruulũ ſubinde igniculum totã aliquam incẽdere ſyluã, & maximam inflãmare materiã. d Et huic igni meritò lingua cõparatur, quæ vniuerſum iniquitatis incẽdium potẽs eſt exſuſcitare, e quæ conſtituitur inter reliqua hominis mẽbra in corpore & maculare poteſt totũ corpus, f propterea ꝙ ex ipſa ſoleant oriri omnis generis mala, & totum vitæ naturalis curſum inflãmat, atque perire facit, ipſa à gehennæ inhabitatore dæmonio, aut peſsima cõcupi-

a Et ecce naues cùm magnæ ſint, & à ventis validis minẽtur, circũferuntur autem à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit,

b ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat,

c ecce quãtus ignis quàm magnã ſyluam incendit?

d Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis.

e Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus,

f & inflãmat rotã natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna,

cupiſcentia prior inflāmata. a Et quidem vniuerſæ penè ſpecies be ſtiarum,ferarū. & volucrum,& ſer pentum,& cæterorū aquatiliū do mantur,ſubiugātúrque quotidie, atque etiam olim ex multo tempo re domita extiterunt. b Linguam autem perpauci ſunt qui domare queant. c Malā eſt petulans & in- quietū quod coërceri minimè va- leat,plenum veneno detractionis, blaſphemiæ, & ſimilium, animæ plus quàm mortifero. d Per ipſam nos benedicimus Deum, orātes & pſallentes,& aliâs in ipſa maledi- cimus homines proximos noſtros ad imaginē Dei creatos: e & per os hominis procedit nunc benedi- ctio,nunc maledictū atque conui- tium, f quod nequaq̄ licet aut cō- gruum eſt. g Quemadmodum e- nim impoſsibile eſt,vt idem fons ex eodē foramine emittat dulcem aquam,ſimul & amarā.(Nam vbi cœperint cōmiſceri,tota erit ama- ra)ſic non debet ſimul ex eodem ore & benedictio & maledictio ꝓ- cedere.Nā maledictio,ſua amari-

tudine

a Omnis enim natura beſtiarum et volucrū & ſerpentum, & cæterorū domantur, & domita ſunt à natura humana:

b Linguam autē nullus hominū domare poteſt.

c Inquietum malum,plena veneno mortifero.

d In ipſa benedicimus Deum & patrem,& in ipſa maledicimus homines,qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt.

e Ex ipſo ore procedit benedictio et maledictio.

f Non oportet fratres mei hæc ita fieri.

g Nunquid fons de eodē foramine

tudine etiam benedictionẽ inficit, & inſipidam ingratámque reddit. a Neque ficus aliquãdo vuas gignit, neque vitis ficus, & non niſi vnius ſpeciei fructus ſingulæ ꝓducunt arborũ ſpecies. b Nullus itẽ fons ſalſus, aquã dulcẽ emittit. Ita etiã per os nõ debet niſi naturalis bonus fructus, hoc eſt, non niſi benedictio & ſermo bonus ꝓcedere. c Si qs ĩter vos eſt aut haberi vult ſapiens, & ſciẽtia ac iudicio valẽs, nõ ſtatim aſpiret ad cathedrã: ſed oſtendat primùm atque cõprobet ex bona conuerſatione, quid habeat virtutis in operãdo ea, quę ſe ſcire exiſtimat aut ꝓfiteť. d Idqúe præcipuè in manſuetudine & lenitate, quæ veræ ſapiẽtiæ efficacius eſt indicium. e Si autẽ amarum inuidiæ zelum habetis erga inuicem, aut ſuperbam & maliuolam æmulationem in cordibus veſtris pro honorum & cathedrarum, aſſecutione, f nolite falſo gloriari in vobijpſis & mendaces eſſe aduerſus veritatem, falſo iactantes veſtram ſapiẽtiam, aut vanè præſumen-

emanat dulcẽ & amaram aquam?

a Nunquid poteſt fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus?

b Sic neque ſalſa dulcem poteſt facere aquam.

c Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtẽdat ex bona conuerſatione, operationem ſuã,

d in manſuetudine ſapientiæ.

e Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris.

f Nolite gloriari: & mendaces eſſe aduerſus veritatẽ.

ſumentes de veſtra ſciẽtia. a Non enim eſt hæc vera cœleſtis ſapientia, quę à Deo per donationem ſpiritus ſancti infuſa eſt, b ſed mundana, ſenſualis, & diabolica: quoniã ea quæ mundi ſunt quærit, & quæ ſenſualis affectus, & ea quæ dæmonis inſtinctus ſuadent, ſectatur. c Quiſquis enim zelum malum, aut ambitioſam, rixosámque contentionẽ habet in corde, hunc cõſequitur in nullo bono firmum eſſe, & ad omne opus malum eſſe propenſum: quoniã ex his pullulare ſolẽt vniuerſa mala. d Cœleſtis autẽ & verè ſpiritualis ſapientia, ante omnia pura, caſta, ſiue pudica eſt, ab omni immunditia mẽtem præſeruans. e Eſt etiam pacem diligens, tam in ſe quàm in alijs, & contendere neſcia, modeſta, miniméque ſeuera, facilè ſuadibilis, miniméque pertinax, & bonis ſuaſionibus facilè cõſentiẽs, f plena miſericordiæ affectiõibus & operationibus bonis abũdãter intẽta, g ſynceriter abſque affectiõe et ſimulatiõe oĩa iudicãs, & in bonã partem

a Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens à patre luminum,
b ſed terrena, animalis, diabolica.

c Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauũ.

d Quæ autem deſurſum eſt ſapientia primùm quidẽ pudica eſt,
e deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis cõſentiẽs,

f plena miſericordia & fructibus bonis,
g iudicans ſine ſimulatione.

vobis deſunt poſtularetis à domino, acciperetis vtique quæ eſſent neceſſaria. a Nunc autẽ non habetis, quia à Deo omnium largitore non petitis, ſed per iniuſtitiam vultis veſtræ auaritiæ ſatiſfacere. b Atque etiam ſi ſint qui petant à domino, nõ merentur tamen accipere: eo quod malè petant, non ad ſatiſfaciendũ naturali neceſsitati, c ſed ad impendendũ carnalibus deſyderijs, eíſque ſatiſfaciendũ in voluptatibus. d O homines adulteri, qui à Deo vos ſeparatis & mũdo & carni ſociamini, quare nõ aduertitis amicitiam huius mũdi eorúmque quæ ſunt in mundo tẽporalem amorem, Deo eſſe deteſtabilẽ? e Itaque dico vobis quod verum eſt, quoniã quiſquis mundi amator eſſe vult & mundanis hominibus quærit placere, inimicus Dei hoc ipſo efficitur, quoniã cõtraria ſunt mundus & Deus. f An putatis in ſcripturis ſine cauſa toties interdictam eſſe mundi amicitiã, & toties cõuerſationem cum iniquis fruſtra damnatam? g An putatis ſpiritũ

a Propterea quòd non poſtulatis.

b Petitis & nõ accipitis, eo quòd malè petatis,

c vt in concupiſcẽtijs veſtris inſumatis.

d Adulteri neſcitis quia amicitia huius mundi, inimica eſt Deo?

e Quicunq; ergo voluerit amicus eſſe ſæculi huius inimicus Dei *conſtituitur.*

f An putatis quia inaniter ſcriptura dicat?

g ad inuidiã concupiſcit ſpũs qui habitat in vobis?

ſpiritũ ſanctũ qui in vobis inhabi
tat fidelibus, propter inuidiã mũdi
huius, & mũdanorũ hominũ aſper
nari & inhibere conſortia? a Nõ
ita ſanè quod inuidus ſit aut male
zelator, ſed vt maiorem det gratiã
ijs qui ſe ab hoc ſæculo puros & à
mundanorũ conſortio immacula-
tos, cuſtodierint. b Vnde in ſcri
ptura dicitur: Deus ſuperbis huius
mundi hominibus gratiæ ſuæ do-
na negat, humilibus autem (qui ſæ
culi faſtum fugiunt) eadem donat
copioſius. c Eſtote ergo ſubiecti
Deo in perfecta cordis humilitate,
& diabolo vos opponite, nihil illi
conſentientes, ſed deteſtantes pra
uum omne quod ſuggerit, & non
habebit locum in vobis, neque no
cumẽti quicquàm inferre poterit.
d Curate autem ad Deum per hu
militatem propius vos adiungere,
& ipſe in auxiliũ & gratiã & pro-
tectionem appropinquabit vobis.
e Emundate manus veſtras abij-
cientes opera mala, vos qui in pec
catis vixiſtis, & corda veſtra ab o-
mni macula peccati interioris mũ-
da faci-

a Maiorem autẽ dat gratiam.

b Propter quod dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã.

c Subditi ergo eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo & fugiet à vobis.

d Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.

e Emundate manus peccatores, & purificate corda veſtra duplices aĩo.

da facite qui duplices fuiſtis animo, ſecũdùm ſpeciem quidẽ Deo, ſecundùm veritatem tamẽ magna ex parte diabolo, aut mundo, aut carni propriæ hactenus ſeruiẽtes. a Agite pœnitentiam, vt præſcribã vobis, voluntarijs miſerijs propter peccata præterita, voſipſos affligite. b In triſtitia viuite, lachrymas fundite, pro riſus diſſolutione modò luctum & fletum aſſumite, & pro petulanti & vano gaudio, ſanctum pro peccatis dolorẽ. c Humiliate ante Deum corda veſtra, & proſternite voſmetipſos pedibus eius, & ipſe miſertus veſtri exaltabit vos peccatis omnibus dimiſsis gratia ſua ditatos, & ęternę vitę hæredes inſtitutos. d Cauete autem fratres chariſsimi, ne vobiſinuicem detrahatis alter alteri. e Qui enim fratri ſuo detrahit, aut fratrem ſuũ iudicat bene conuerſantem iuxta legẽ, propter inuidiam, tantùm ex odio cupiẽs fratrem calumniari, in legem videtur ille peccare, ſic iudicans aut detrahens, cùm fratrẽ omnia legis rectè

a Miſeri eſtote et lugete & plorate:

b riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudiũ in mœrorem.

c Humiliamini in cõſpectu domini, & exaltabit vos.

d Nolite detrahere alterutrum fratres mei.

e Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrẽ ſuum detrahit legi.

ſeruan-

a & iudicat legē.

ſeruātem, adhuc vituperat. a Quo ipſo, in legem vel inſufficientē vel malam videtur aſſerere, atque ita legem iudicare, & legi detrahere.

b Si autem iudicat legem, non eſt factor legis, ſed iudex.

b Porrò qui iudicat legem cōtrauenit legi. Atque is (cū obſeruator eſſe deberet ac ſubditus) iudicem tamen ſe potius exhibet.

c Vnus eſt enim legiſlator et iudex,

c Vnus eſt enim qui tulit legem & iniūxit hominibus obſeruādam, cuius eiuſdem officiū eſt ſecundùm eam homines iudicare,

d qui poteſt perdere & liberare.

d qui poteſtatem habet ſecūdùm ſuum iudiciū, & perdendi tranſgreſſores & ſaluandi innocētes obſeruatorêſque pręmiandi.

e Tu autem quis es, qui iudicas proximum tuum?

e Ad te autem ô homo mortalis nō ſpectat nec tibi licitum eſt, ante tēpus iudicare proximum tuum.

f Ecce nunc qui dicitis:

f Quàm verò ridiculi ſunt quibus eſt conſuetudo tā determinatè & aſſertiuè de futuris loquendi, quaſi in eorum ſint poteſtate ſita tempore, dicētes:

g Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annū & mercabimur, & lucrū faciemus qui ignoratis quid erit in craſtinum.

g Hodie aut cras proficiſcemur huc aut illuc, & ibi permanebimus annum vnū, & negotiatiōes exercebimus, & lucrū faciemus. Cū ignorent, qd vel craſtino die de ipſis acturus ſit domi-

dominus: a Verè enim nimia breuitas eſt vitæ veſtræ & incertitudo maxima (quemadmodum de vapore eſt, qui ad modicum tempus apparet, & ſtatim reſoluitur vt non vltra appareat) vt meritò eius conſyderatione debeamus cũcta quæ de futuris diſponimus, diuinæ diſpoſitioni ſubmittere, vt dicamus. b Faciemus hoc aut illud, ſi diuinæ voluntati ita fuerit placitum, & ſi vitã nobis ſeruabit Deus, aut per ſimilem aliquam diuinæ prouidentiæ expreſsiuã particulam. c Nunc autem gloriamini in pompoſis veſtris ſermonibus, ſic loquentes quaſi qui ſingula vitæ veſtræ momenta, & omnium venturorum diſpoſitionem in manu habeatis. d Omnis talis ſuperba iactabundáque exultatio, à malo eſt, & ſuperbiam ſapit: Verè enim humilis, diuinæ prouidétię ſua ſubmittit omnia. e Itaque ſcienti bonum, quod facere oportet, & nõ facienti, hoc in peccatum reputabitur, quòd id quod faciendum nouit, facere omiſit.

a Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad modicũ parens, & deinceps exterminabitur, pro eo vt dicatis.

b Si dominus voluerit, & ſi vixerimus faciemus hoc vel illud.

c Nunc autẽ exultatis in ſuperbijs veſtris.

d Omnis exultatio talis, maligna eſt.

e Sciẽti igitur bonũ facere, & non facienti, peccatũ eſt illi.

TEXTVS *Cap. V.*

a Agite nūc diuites, plorate, vlulātes in miſerijs veſtris quæ aduenięt vobis.

b Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt,

c & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt.

d Aurū & argentum veſtrū æruginauit,

e & ærugo eorum in teſtimoniū vobis erit,

f & manducabit carnes veſtras ſicut ignis.

g Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſsimis diebus.

Elucidatio **CAP. V.**

TAndē ad vos ſermonē vertens ô mundi diuites & potētes, denuncio vobis fletum & vlulatū ſuper miſerijs quę vos manēt, niſi per pœnitentiā Deum iudicē placaueritis. b Ecce veſtræ diuitiæ quas coaceruaſtis per auaritiā in horreis, præ abundantia putrefactæ ſunt, vt nullo vſui ſint aptæ, quas debueratis in pauperum ſuſtentationē, ex Dei præcepto, erogare. c Veſtimenta quę vobis per ſuperbiā & curioſitatē præparaſtis plurima, propter abundantiā, à tineis comeſta ſunt pauperibus nudis, & in egeſtate relictis d Aurū veſtrū & argentū quod immodicè compegiſtis, ærugine corroſum eſt, e & ęrugo eorū erit vobis velut teſtis ad condēnationem veſtram, f & igni æterno vos reddet obnoxios, quoniā ea maluiſtis ærugine fruſtra cōſumi, quàm in miſericordiæ opera expēdi vtiliter. g Theſaurizando comparaſtis vobis irā Dei, in nouiſsimo examinis die, quæ tunc ſuper vos reuelabitur.

Ecce

a Ecce vindictam expoſcet apud Deum merces detenta operariorũ veſtrorũ,qui maximos veſtros agros, & ampliſsima prædia coluerunt,quam per auaritiã detinuiſtis & imminuiſtis:b & dominus Deus exercituũ exaudiuit voces pauperũ clamantiũ ad ſe,propter ſibi factam iniuſtitiã, facturus vindictam acerrimã ſuo tempore. c In voluptatibus vitam duxiſtis ſuper terram & in laſciuijs & petulantijs luxuriæ enutriſtis viſcera veſtra, per omnia carnis curã diligẽtiſsimè perficere curãtes. d In die quãdo immolandę vobis erãt propter ſolẽnitatẽ Paſchæ legales victimæ iuſtũ Ieſum & innocentẽ vos Iudæi vinctum adduxiſtis morti, & mortis reũ cõdẽnaſtis ac denique iniuſtè occidiſtis,nihil illo vobis reſiſtente. Ecce qui nũc ſimilia patimini per iuſtitiã potentẽ Chriſtũ dominũ habetis eiuſdem rei exemplum. e Itaque hoc exemplo animati moneo,vt patientes ſitis, vſque ad aduentum domini quando & illorum nequitia vindictam,

a Ecce merces operariorũ qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat:

b & clamor eorũ in aures domini Sabaoth introiuit.

c Epulati eſtis ſuper terram,& in luxurijs enutriſtis corda veſtra.

d In die occiſionis adduxiſtis & occidiſtis iuſtum, & nõ reſtitit vobis.

e Patientes igitur eſtote fratres, vſque ad aduentum domini.

& veſtra patiẽtia recipiet coronã. a Ab agricola diſcite patientiam, qui poſtquàm ſeminis in terram iacti fecit diſpendium, patienter fructũ terræ precioſum (quem ſuo tempore ex ſemine illa eſt productura) expectat nihil murmurãs ſi non ſtatim iacto ſemine prodeat fructus: b ſed patienter ſuſtinet, donec in futuro accipiat fructum duplicẽ, priorẽ quidẽ, & qui adijcitur poſteriorem. c Sic & vos qui modò in lachrymis ſeminaſtis, patientes eſtote & perſeuerãtes, voſipſos per patientiã confirmantes, d quoniã in proximo eſt & nõ tardabit qui copioſiſsimè remuneraturus eſt vobis. e Nolite fratres cũ ab alijs oppreſsi perſecutionẽ ſuſtinetis, aduerſus inuicem, ex odio aut vindictæ amore aut murmuratione ingemiſcere, f vt non fructum patientiæ perdentes, etiã condemnationis æternæ iudicio efficiamini obnoxij. g Ecce qui iudicabit adeſt vbique videns omnia, vt eum latere nihil poſsit, & in proximo eſt vt coronet, quos comprobatos

a Ecce, agricola expectat precioſum fructũ terræ,

b patienter ferẽs, donec accipiat tẽporaneum & ſerotinum.

c Patiẽtes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra,

d quoniã aduentus domini appropinquabit.

e Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum,

f vt non iudicemini,

g Ecce, iudex ante ianuã aßiſtit.

batos conſpexerit. a Sint vobis pro exemplo Prophetarũ affectiones, etiam vſque ad ignominioſæ mortis exitũ, vna ex parte: & contra hæc illorũ longanimis patientia qui tamẽ tam inſigni erãt ſanctitate, vt etiã per ſpiritum domini futura prędicerẽt. b Scitis quod beati prædicantur, & memoria æterna cõmendati facti ſunt, quos probauit patientia. c Nemo veſtrũ eſt, qui nõ audierit de inſigni illa patientia beati viri Iob. d Cognoſcitis ſimiliter, quo fine dominus eius patientiã remunerauerit, etiam in præſenti vita reddens ei dupla omnia: e quoniam natura miſericors eſt, & miſereri ſemper ſolitus Deus noſter. f Diligentiſsimè autem abſtinete ab omni iuramẽto malo, vt nõ iuretis neque per cœlũ, neque per terrã, neque alio quocunque ſuperfluo iuramento. g Sit autẽ ſermo veſter ſimplici affirmatione, aut ſimplici negatione enunciatus, abſque iuramenti adiectione: vt non ex iuramẽti ſuperfluo vſu iudicium incurratis.

a Exemplũ accipite fratres, exitus mali laboris & patientiæ, prophetas qui loquuti ſunt in nomine domini.

b Ecce, beatificamus eos qui ſuſtinuerunt.

c Sufferentiam Iob audiſtis,

d & finem domini vidiſtis,

e quoniam miſericors dominus eſt & miſerator.

f Ante omnia autem fratres mei nolite iurare neq; per cœlũ, neq; per terrã, neq; aliud quodcunque iuramentum.

g Sit autem ſermo veſter, Eſt, Eſt, Non, Non, vt non ſub iudicio decidatis:

a Triſtatur autē aliquis veſtrū? oret æquo animo, & pſallat.

a Si quis veſtrū triſtitia aut grauitate ſpiritus vexatur, oratione & Pſalmodia ſtudeat illā depellere, vt non immoretur in eius animo, nec ad impatientiā deueniat.

b Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eū oleo in nomine domini.

b Si quis eſt corpore grauiter & cū periculo infirmus curet adduci preſbyteros eccleſiæ, qui ſuper eum & pro eo orationem facientes, vngēt eū oleo ſancto & cōſecrato ſanctę vnctionis, cū inuocatiōe nominis domini.

c Et oratio fidei ſaluabit infirmū,

c Et oratio illa cōmunis fideliū, per virtutē fidei tam inungentibus ad conferendū, quàm in vncto ad deuote ſuſcipiendū exiſtentis, ſaluum faciet infirmum.

d Et alleuiabit eū dominus:

d Ita vt melius habeat, aut etiam in totum conualeſcat, iuxta quod expedire nouerit Deus.

e Et ſi in peccatis ſit remittētur ei.

e Et ſi in peccatis exiſtat, per fidei & ſacramenti & orationis virtutem, dimittentur ei.

f Confitemini ergo alterutrū peccata veſtra,

f Denique cōfitemini peccata veſtra erga inuicem: maiora quidem ſacerdotibus ſolis minora etiā proximis familiaribus:

g & orate pro inuicem vt ſaluemini.

g & orate pro inuicem, vt pariter eandem ſalutem omnes conſequamini.

h Multùm ei valet deprecatio iuſti aſſidua.

h Multùm enim potens & valida

valida eſt oratio iuſti,ſi fuerit aſsidua,& efficaciter effuſa. a Id in Helia apertiſsimè patet, qui oratione ſua cœlum continuit,vt non daret pluuiam ſuper terram,& nō fuit pluuia vlla per totum triū annorum ſpatiū & ſex menſium. b Iterúmque orādo obtinuit, vt deſcenderet ſuper terrā pluuia,& dedit terra irrigata (vt ſolebat) fructum ſuum. c Fratres mei,ſi quis veſtrum errauerit à via veritatis, ſiue rectum fidei dogma deſerens, ſiue etiam vitæ ac morum rectitudinem: qui illū ab errore ad rectū iter reduxerit, d ſciat ille, quod quiſquis peccatorem ab errore in quo viuebat quomodocunque cōuerti fecerit,ſaluabit & eius & ſuā ipſius animam à morte æterna. e Plurima quoque per tantum miſericordiæ opus peccata delet coram domino, tam eius quem conuertit quàm propria quibus erat fortè venialiter maculatus.

Finis Elucidationis in Epiſtolā canonicam beati Iacobi Apoſtoli.

a Helias,homo erat ſimilis nobis paſsibilis,& oratione orauit vt nō plueret ſuper terram, & nō pluit annos tres & mēſes ſex.

b & rurſum orauit,& cœlum dedit pluuiā, & terra dedit fructum ſuum.

c Fratres mei,ſi quis ex vobis errauerit à veritate et cōuerterit quis eum,

d ſcire debet,quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ,ſaluabit animā eius à morte.

e Et operit multitudinem peccatorum.

Finis.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam canonicam priorem beati Petri Apoſtoli.

SIMON PETRVS, DISperſis per diuerſa loca fidelibus, ſui paſtoralis memor officij, hanc ſcribit exhortationibus & bonis inſtructionibus plenam Epiſtolam. In cuius principio, regeneratoris noſtri Dei miſericordiam benedicens, quæ à nobis per Chriſtũ ſperantur futura bona cõmemorans, monet propter horum expectationẽ, in tribulationibus (quæ ad exercitium & probationem fidei à Deo, electis aduenire permittuntur) eſſe patientes: eorum in hoc fidem collaudans, quòd in eum quem non vidiſſent crederent, per quam fidem, dicit eos peruẽturos ad veram ſalutem, de qua & olim à diebus antiquis prædixerũt Prophetæ, non quidem ſibi, nec ſuo tempore implenda, ſed pro tempore iſto gratiæ, in quo nos ſumus nouæ legis Chriſti fideles. Propter quod, tanta accepta gratia, monet eos ſuccinctos lumbis mentis, ſecundùm ſpem & vocationem ſuam dignè & ſanctè in omni cõuerſatione viuere, quomodo ſanctus eſt qui vocauit nos Deus: qui cùm ſine perſonarũ acceptiõe iudicet de omnibus, meritò nos oportet de noſtra bona conuerſatione eſſe ſolicitos: ſcientes quanto nos pretio agnus Dei immaculatus redemerit ad vitam: Conſcientias

noſtras caſtiſicando ac puras faciendo, potiſſimum charita te, tanquàm qui ſpirituali generatione per ſemen verbi Dei *ſimus regenerati, quam ſanè regenerationem ſpiritua lem ſancta decet & ſpiritualis conuerſatio.* Propter *quod, ſecundi capitis initio, tanquàm paruulos in* Chriſto *regene ratos, omni malitia & dolo abiectis, ſalutaris doctrinæ lac monet concupiſcere, &* Chriſti *dulcedinem guſtare eique tanquam lapidi viuo per ſidem aſſociari, in ſpiritualis ædificij, hoc eſt, eccleſiæ ſanctæ cōpoſitionem:* De *quo lapide cōſequenter narrat quemadmodū à quibuſdā ſit repulſus eiſq; petra offenſionis factus, alijs autem credētibus factus fuerit in honorem: ita vt propter ſidem eius, & regale ſacerdotium, & gens ſancta nominentur, populus quoque mirabiliter acquiſitus, ad laudem gloriæ* Dei. *Hortatur autem omnes, quaſi aduenas in hoc ſæculo, à carnis concupiſcētijs abſtinere, & inter gentes bene prudentérque conuerſari, vt omnem auferat eis occaſionem bonum nomen* Chriſti *maledicēdi, omnibus hominibus iubens eos eſſe ſubditos, præcipuè ſæcularibus poteſtatibus, eo quòd ſic ſit voluntas & ordinatio* Dei, *a quo eſt omnis poteſtas, nec prætextu libertatis* Chriſtianæ *aliud agant, quàm debent.* Ser*uos autem peculiariter, ad obedientiā dominis etiam difficilibus & moroſis præſtandam, inſtituit: in hoc dicens eſſe* Chriſtianæ *perfectionis gratiam, ſi quis etiam ſine cauſa ferat patienter, quæ non commeruit,* Chriſti *domini ad hoc exemplum inducens, qui ſine omni ſuo demerito peccata noſtra ipſe pertulit in ligno.* Cuius *exemplum, poſtquàm ad ipſum conuerſi ſumus paſtorem noſtrum & epiſcopum, omnimodis nos congruit imitari.* Dehinc *tertio capitulo*

mulieres

mulieres inſtituit, docens eas viris eſſe debere ſubditas & in timore erga viros ſanctè cõuerſari: ornatúmque ſuperfluũ & curioſum exterioris hominis interdicens, verum ornatum qui eſt in interiori homine, in ſpiritu pacato, modeſto, & humili, manifeſtat: exemplum Saræ, quæ Abrahæ vt domino obediuit, eis tanquàm bonis filiabus proponens. Viros autem docet ſuis vxoribus tanquàm vaſculis infirmioribus ſecundùm diſcretionẽ conti, eíſque pro ſua infirmitate deferre, non quaſi ſcortis abuti, aut quaſi ancillas contemnere. Poſt quod, ad generalem exhortationẽ tranſiens, omnes ad fidem vnanimitatem, fraternum amorem, & cæterarum virtutum ſtudia, adhortatur: præcipuè autem ad patientiam exhibendã, ne malum reddant pro malo, ſed in omnibus à malo declinantes, ſectentur quæ bona ſunt: & ne præter Chriſtum dominum quenquàm metuãt, aut ab vlla poteſtate terreantur, poſtquàm virtutis æmulatores ſe exhibuerint: parati ſemper ad rationabilem reſpõſionem, ijs qui de ſua fide & ſpe eos interrogauerint, vt ſic tam exemplo quàm verbo poſſint & alios lucrifacere. Bonum autem eſſe pro iuſtitia pati, Chriſti exemplo declarat qui pro nobis iniuſtis, iuſtus ipſe mori voluit. Quiquidem Chriſtus, non ſolùm nunc de noſtra liberatione eſt ſolicitus, pro noſtra ſalute veniens in carne viſibiliter, ſed etiã olim ſolicitus fuit pro conuerſione hominũ, in diebus Noë: quando ſpiritu veniens, per ſanctos viros ſancto ſpiritu inſpiratos, excæcatos illius temporis homines, ad pœnitentiam reuocare ſatagebat: vbi occaſione Noë de arca loquens, ipſam euaſionem per arcam cum baptiſmali regeneratione, tanquàm figuram cũ figurato, comparat. Quarto autem capitulo,

tulo, omnes monet fideles, recogitatione exempli huius quod in Chriſto præceſſit, contra omnes malas concupiſcẽtias carnis armari, & ſolius Dei *voluntati de cætero obtẽperare.* Iterúmque *ad orationis & charitatis cæterarumq́; virtutum ſtudia, eos adhortatur, & peculiariter ad adminiſtrandum acceptas gratias in inuicem.* Deinde *eos præmonet, ne eis mirum & nouum videatur, quod pro veritate perſequutionem patiantur: ſed magis gloriæ ſibi ducant, pro iuſtitia &* Chriſti *nomine, ſine cauſa mala pati.* Vltimo *deinde capitulo, presbyteros & præpoſitos monet ſacerdotes, gregi ſibi credito fideliter intendere, eíque ſe formam & exemplum exhibere, ex animo propter* Deum: Adoleſcẽ*tes ſenioribus ſubeſſe. Omnes verò erga inuicem humilitatem demonſtrare.* Sub *potenti quoque manu* Dei, *vt exaltentur venturo tempore, nunc eos docet humiliari omni ſolicitudine in* Deum *proiecta.* Sobrios *quoque ac vigilantes eſſe, contra aduerſariorum aſtutiam, importunitatem & crudelitatem.* Tandem *pro eorum conſummatione* Deum *deprecatus, familiaribus ſalutationibus adpoſitis, ita claudit* Epiſtolam.

FINIS ARGVMENTI IN Epiſtolam canonicam priorem beati Petri Apoſtoli.

Eluci-

TEXTVS Epiſtolæ canonicæ prioris beati Petri Apoſtoli.

ELVCIDÆTIO IN EPISTOLAM CAnonicam priorem beati Petri apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

P a Etrus Apoſtoius Ieſu Chriſti electus,

b aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, et Bithyniæ,

c ſecundùm præſciētiā Dei patris,

d in ſanctificatione ſpiritus,

e in obedientiam & aſperſionē ſanguinis Ieſu Chriſti:

f Gratia vobis et pax multiplicet.

Elucidatio capitis Primi.

P a ETRVS Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſcribit ſalutémque dicit fidelibus electis à Deo, b qui propter diſperſionem ex perſequutionis rabie quaſi aduenę & peregrini agunt apud Pontum, Galatiā, Cappadociam, Aſiā atque Bithyniam: c electis, inquam, ſecūdùm Dei patris æternam præſciētiam, d in ſanctificatione ſpiritus, quæ eſt iuſtificatio ex fide: e ad obediendum fidei, & participandū dę virtute & efficacia ſanguinis Ieſu Chriſti, quo aſperſi ſunt oēs fideles. f Gratia vobis & pax vera, à

Deo

Deo copioſa donetur,& creſcat de die in dié. a Benedictus ſit Deus qui eſt pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, b qui non ſecundùm noſtrorum operũ merita,ſed ſecundùm magnam miſericordiã ſuam renaſci nos fecit generationè ſpirituali(quæ eſt ſecunda hominis natiuitas)in ſpem vitæ ęternę: c per reſurrectionem à mortuis Ieſu Chriſti: d vt ſuo tempore accipiamus illam æternæ vitæ hęreditaté,quę eſt incorruptibilis atque indeficiēs nulla imperfectiōe aut defectu cō taminata,& in eodem ſemper flore gratiſsima permanens, e quæ ſuo tempore reddēda ſeruatur in cœlis,erga vos,& pro vobis omnibus: f quos nunc virtus ſpiritusſancti cuſtodit per fidé,vt ſitis apti & digni ad recipiendam ſalutem illam,quæ credentes manet,reuelãda in nouiſsimo die. g Ob quã rem,& in qua re exultare & gaudere plurimùm debetis: etiã ſi nunc in hoc tempore multa occurrēt aduerſa,& tentationes plurimæ,quæ triſtitiam adferunt corpori: quæ non niſi

a Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu chriſti,
b qui ſecundùm miſericordiam ſuã magnam regenerauit nos in ſpem viuam,
c per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis,
d in hæreditatem incorruptibilé, & incontaminatam, & immarceſsibilem,
e conſeruatam in cœlis,in vobis:
f qui in virtute Dei cuſtodimini p fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo:
g In quo exultabitis,modicũ nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus.

non niſi modicum aliquid videri poſſunt ſi ad illius futurę gloriæ retributionem, mens noſtra conſpiciat. a Hoc enim Deo ſic diſponente permittitur, vt fides veſtra ſic per patientiā probata fiat præclarior, quomodo aurum igne examinatū probatius habetur: b & ſic probata ac precioſa inueniatur, tam Deo quàm vobis, ad laudem, gloriam, & honorem, in die quando reuelabitur iuſtus ille iudex Chriſtus Ieſus. c Quem vos tametſi non videritis corporeis oculis, diligitis tamen, quemadmodum & creditis in eū, tametſi corporeis oculis nunc eum nō videatis, aſſumptū in cœlos, atque ex vobis plurimi nunquā illum corporis viſu conſpexerint. d Qui autem nunc ſic in eū quē nō videtis creditis, per fidem hāc perducemini ad exultationem & lętitiam futuram, ineffabilem, & pleniſsimè glorioſam, e recipiētes finalē retributionē & fructū vltimū fidei veſtræ, in qua hic ambulaſtis, ſalutē animarum veſtrarū: id eſt, vitam in Deo ſempi-

a vt probatio veſtræ fidei multò precioſior ſit auro quod per ignē probatur.

b Inueniatur in laudem et gloriā, & honorem in reuelatiōe Ieſu Chriſti,

c quem cum non videritis diligitis, in quem nūc quoque non videntes creditis:

d Credentes autem exultatis lætitia inenarrabili & glorificata,

e reportantes finē fidei veſtræ ſalutē animarum veſtrarum.

ſempiternã. a De qua ſalute diligenter atque vigilanter exquirentes, perſcrutati ſunt priores patres atque Prophetę, b qui multò ante de hac gratia nouæ legis (quæ tunc adhuc futura erat) prædixerant: c diligenter conſyderantes in quod tempus iſta reſpicerent, & quando eſſent implenda, quę ſignificabat aliquando implenda ſpiritus ſanctus, d pręnũcians & multò ante prædicẽs paſsiões Chriſti, quas pro humani generis ſalute erat paſſurus, & ſubſequuturã poſt hac perfectam gloriã qua à patre erat poſt paſsiones ſublimandus.

e Reuelatum eſt autem eis (ſpiritu ſancto eodẽ docente) quoniam nõ ſibimetipſis iſta prænunciarẽt, hoc eſt quod non pro ſuo tempore iſta dicerent, f ſed poſterioribus generationibus (hoc eſt, vobis qui nunc eſtis in mundo) prophetabãt & pręnũciabant tũc ea quaſi vẽtura quæ nũc vt præterita & impleta nunciata ſunt vobis, g per eos qui ſpũ ſancto de cœlo poſt Chriſti aſcẽſionẽ miſſo & in ſe accepto,

a De qua ſalute exquiſierunt atq; ſcrutati ſunt Prophetæ,

b qui de futura in vobis gratia prophetauerunt.

c Scrutãtes in qđ vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti,

d prænunciãs eas quæ in Chriſto sũt paßiões, & poſteriores glorias.

e Quibus reuelatum eſt quia non ſibimetipſis,

f vobis autem miniſtrabãt ea, quæ nũc nunciata ſunt vobis,

g per eos qui Euãgelizauerũt vobis ſpiritu ſancto miſſo de cælo,

Euan-

Euāgelizauerūt vobis ſancti Euā-
gelij verbum, hoc eſt per Apoſto-
los Chriſti. a In quæ admiran-
da illa vobis Euangelizata, aut in
quem Chriſtū, angeli ſumma oble-
ctatione indefeſſè proſpiciūt, qui-
bus ſatietas eſt & beatitudo illam
contueri Chriſti gloriam, quā vo-
bis nos prædicauimus. b Tales
igitur habentes promiſſiones, tali-
búſque propoſitis præmijs mētem
& omnes animæ vires ab omni im-
pedimento & ſuperfluitate vanita-
tū prçcingentes, c ſobriè quoque
omnib⁹ quæ in hac vita ſunt vtē-
tes non niſi quantū ad neceſsitatē
attinet, & omnimodis perfecti iu-
xta gratiam Dei, d ſperando ac-
ceptare gratiam iſtā quæ vobis vl-
tro offertur, dum per Apoſtolorū
prçdicationē vobis Chriſtus Ieſus
manifeſtatur, tanquàm filij bene
obedientes, e non amplius prio-
ra illa carnis deſyderia, quibus in
infidelitate veſtra ſeruiebatis inſe-
quentes: f ſed ita cōuerſantes, ad
exemplum Chriſti, vt queādmodū
ipſe qui vos vocauit Deus factus
eſt, ita

a in quem deſyderant angeli proſpicere.

b Propter q℘ ſuccincti lumbos mētis veſtræ,

c ſobrij, perfecti,

d ſperate in eam quæ offertur vobis gratiā in reuelatione Ieſu Chriſti,

e Quaſi filio obedientiæ nō cōfigurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſyderijs,

f ſed ſecūdùm eū qui vocauit vos, ſanctum: vt et ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis.

eſt,ita & vos ſancti ſitis in omni conuerſatione veſtra: a quēadmodum in veteri lege filijs Iſraël ſcriptū fuit: Sancti eſtote, quoniā ego ſanctus ſum. b Et ſi creditis Deum quē vt patrē adoratis & inuocatis,talem eſſe qui ſine perſonarū acceptione vnūquenque iudicabit ſecūdùm opera ſua, c meritò vtique in omni timore & circūſpectione cōuerſandū vobis erit hoc tēpore peregrinationis veſtrę, donec huius mundi incolæ eritis. Illud ſemper ante oculos habētes, d ꝙ non corruptili pretio,vtpote auro vel argēto vel alio quouis lapide precioſo,liberati eſtis & redēpti à veſtra mala cōuerſatione, in qua vos inſtituerant idololatrę & inobediētes patres veſtri, e ſed pretio ſanguinis agni illius immaculati & incōtaminati Chriſti domini noſtri: f quem ab æterno quidem ante mundi conditionē, pater, ad humani generis redēptionē,ſuo tēpore mittendum præordinauerat, g ſed nunc primùm veniente plenitudine temporis, circiter finem

dd mundi

a quoniam ſcriptū eſt: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.

b Et ſi patrē inuocatis,eum qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundùm vniuſcuiuſq; opus,

c In timore incolatus veſtri tempore conuerſamini.

d Sciētes quòd nō corruptibilibus auro vel argento redēpti eſtis de vana veſtra conuerſatione,paternæ traditionis:

e Sed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & īmaculati chriſti:

f præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem,

g manifeſtati autem nouiſſimis tēporibus,

mundi,manifeſtum fecit:carne eũ humana viſibilem,& per Apoſtolorum prædicationẽ toti orbi cognitum faciens. a Manifeſtũ,inquam,ſic fecit ꝓpter ſaluãdos vos qui per ipſum creditis in Deum,vt pote per filium factum viſibilẽ, in patrẽ inuiſibilẽ manentem: b qui pater eum ſuſcitauit à mortuis, & glorificauit,atque exaltauit ad dexterã ſuam vt crederetis atque ſperaretis in eum,nõ vt in purũ hominem,ſed verũ etiam Deum, ſuo patri per oĩa æqualẽ. c Sitis quoque purificantes aĩas veſtras ab omni malitia & amaritudine,per obediẽtiam charitatis fraternæ, ſubiecti inuicem in timore Dei:& in amore fraterno,ex ſimplicitate cordis veſtri,frequẽter vt poteſtis diligite inuicẽ,d nati denuo ſpũali regeneratione,non ex ſemine terreno & corruptibili,ex quo erat primaveſtra naturalis generatio,ſed ex ſemine incorruptibili & ſpũali,e qđ eſt verbum ſancti Euãgelij, verbũ Dei viui,qui in æternũ permanet. Propter quod etiam æterna eſt & ſpiri-

a propter vos qui per ipſum fideles eſtis in Deo,

b qui ſuſcitauit eũ à mortuis et dedit ei gloriam vt fides veſtra & ſpes eſſet in Deo,

c animas veſtras caſtificãtes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore,

ſimplici ex corde inuicem diligite attentius,

d renati ex ſemine nõ corruptibili,ſed incorruptibili.

e per verbum Dei viui & permanẽtis in æternum,

ſpiritualis regeneratio, quæ per eius ſit verbũ. a Nã de carnali generatione illud conſtat ꝙ æterna nõ ſit: quoniã omnis caro vt fœnũ eſt, nihil perdurãs, & oĩs gloria eius inſtabilis & breuis eſt, b queãd modũ flos graminis, qui ſtatim vt Sole æſtuãte gramẽ aruerit, ſimul decidit. c Sed verbum dñi permanet in æternum, & itẽ quę ex eo eſt ſpiritualis generatio permanebit æterna. d Hoc aũt de quo loquimur verbi diuini ſemen, ipſum eſt quod vobis per Apoſtolos Chriſti Euãgelizatũ & prædicatũ eſt, per qđ credẽtes regenerati eſtis, generatione illa q̃ ꝑmanebit in ęternũ.

a quia omnis caro vt fœnũ, & oĩs gloria eius tãquã flos fœni. b Exaruit fœnũ et flos eius decidit, c verbum autem domini manet in æternum. d hoc eſt autẽ verbum quod Euãgelizatũ eſt ĩ vobis.

TEXTVS Cap. II.

a Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, et inuidias, & omnes detractiones, b ſicut modò geniti infantes, c rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite:

Elucidatio CAP. II.

Ia Taque chariſsimi, moneo & adhortor vos vt depoſito omni eo qđ malũ eſt: hoc eſt dolo, ſimulationibꝰ duplicitatis, inuidia, detractionibus (quę omnino diuinæ generationi cõtrariantur) b quaſi infantes, iam recenter per verbum Euangelij in Chriſto geniti, c nõ iam vt olim irrationabilium more pecudum, ſed vt rationabiles,

a vt in eo creſcatis in ſalutem,

b Si tamẽ guſtatis quoniam dulcis eſt dominus.

c Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum,

d & ipſi tanquã lapides viui ſuperædificamini, domus ſpiritualis,

e in ſacerdotium ſanctum offerentes ſpirituales hoſtias: acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.

& ſpirituales,lac cœleſtis doctrinæ (quod & ipſum prius ſemẽ appellauimus(deſyderate & poſtulate à Deo, a vt in eo in quo veſtræ regenerationis habuiſtis initium,ſimul etiã creſcatis,& perficiamini in ſalutẽ æternã. b Hoc autẽ dico & vos facilè capitis:ſi modò,vt omnino de vobis confido,guſtum diuinæ dulcedinis experti agnoſcitis,ꝙ ſuauis &dulcis eſt chriſtus dominus. c Ad quẽ voſipſos adiungentes,tanquàm ad lapidẽ viuum,oĩbus vitam largientẽ qui ſe illi per fidẽ cõiunxerint, ab hominibus quidẽ incredulis, Gentibus atque Iudæis abiectũ & cõtẽptui habitũ,à Deo autẽ & apud Deum electum & glorioſum, d ſuperædificari,& ſuper ipſo ſtrui voſipſos curetis,per fidem ei adhærẽdo, vt efficiamini pars eccleſiæ Dei,quæ eſt domus ſpiritualis,in qua Chriſtus dominus & pater ipſe inhabitat, e & efficiamini ſacerdotes ſancti ad offerendũ hoſtias rationabiles & ſpirituales,Deo acceptabiles per Ieſum Chriſtum. Omnes enim

enim orationes fidelium & gratiarum actiones, per Ieſum Chriſtũ, patri acceptę fiunt. a Quibus cõſonat ſcriptura Prophetica: Ecce pono in Sion lapidem ſummũ angularem: id eſt, qui ſtructurę parietum angulos cõplectatur, in vnum cõiungat atque cõtineat: b lapidẽ multis paſsionũ tunſionibus bene probatum, electũ à Deo, & precioſum. c Et omnis qui in hunc viuum lapidẽ credẽs, ſe illi adiũxerit non cõfundetur in nouiſsimo, ſed ſaluabit. d vobis igitur ex hoc lapide honor eſt qui in eum credidiſtis, incredulis autem contingit, & quãtùm ad eos illud impletur, quod in Pſalmo de hoc lapide dicitur: e quoniam lapis iſte quem ædificare volentes ſuam Synagogã Iudæi, quaſi inutilẽ abiecerunt, tandem diuina diſpoſitione factus eſt clauſura, & cõſummatio totius ædificij, poſitus in ſummitate ſtructuræ, ad cõtinendũ in angulo diuerſos parietes. f Eſtque lapis offenſionis, in quem impingunt, & petra ſcandali ad quam ſe colli-

a Propter quod cõtinet ſcriptura: Ecce pono in Sion lapidem ſummũ angularem,

b probatum, electum, precioſum:

c & qui crediderit in eum non cõfundetur.

d Vobis igit' credẽtibus honor, nõ credentibus autẽ,

e lapis quem reprobauerunt ædificãtes hic factus eſt in caput anguli,

f & lapis offenſionis & petra ſcandali, his qui offendunt verbo nec credunt in quo & poſiti ſunt.

dunt,hi qui impingunt in verbum
fidei,illi ſe opponendo,& nõ cre-
dunt verbo, ad quod tamẽ à Deo
vocati fuerunt, vt per ipſum ſalui
fierent. Vobis autem qui in eũ cre
didiſtis,illud meritò aptari poteſt,
quod olim populo Iſraëlitico ſecũ
dùm carnem,ſub typo populi fide
lis,Moyſes loquebatur. a Nempe
quòd ſitis genus à Deo electum,&
regale ſacerdotiũ, quos ſimul oẽs
(ſpiritus ſancti vnctione) Chri-
ſtus fecit reges & ſacerdotes: b gẽs
ſancta per fidem,populus peculia-
ris,magno pretio emptus, compa-
ratus& conquiſitus ad Dei gloriã,
c vt liberalitem benignitatẽ,miſe
ricordiam,charitatem & omnẽvir
tutem eius,quã erga nos oſtendit
perpetua laude,& gratiarũ actio-
ne continua prædicetis quicũque
eius beneficia agnoſcitis. d Eius,
inquam,qui de tenebris infidelita
tis & ignorantiæ noſtræ,per voca
tionis ſuæ gratiã dignatus eſt nos
educere,in admirabile lumen ſuũ,
quod per ſpiritum ſanctum in cor
dibus noſtris exortum fideles nos
fecit.

a vos autẽ genus electum,regale ſacerdotium,

b Gens ſancta,populus acquiſitionis,

c vt virtutes annuncietis eius,

d qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.

ſecit. a Qui aliquando eratis nõ populus Dei, Deo ingrati & obibiles propter infidelitatẽ: nunc autẽ, propter fidem, peculiaris populus Dei. b Qui aliquãdo non conſecuri miſericordiam, ſub ira Dei degebatis, nunc autem miſericordiam cõſecuti, in gratia Dei eſtis. c Quoniam igitur tantis vos beneficijs Deus dignatus eſt, obſecro vos chariſsimi, vt tãquàm aduenę & peregrini in hoc ſæculo, nõ inhærentes huic mundo, ſed proficiſcentes ad patriam, abſtineatis à carnalibus concupiſcẽtijs, eis nullo modo obſequentes: d quę pugnant cõtra animam, vt eam diabolo tradãt, & ſpiritui aduerſant, contra quẽ concupiſcunt. e Conuerſationem veſtram quam inter Gentes ducitis, ſtudẽtes habere bonam ac probatam: f vt quantùm ad obtrectationes quibus vos infamare quærunt, & de vobis malè loqui, tanq̃ de maleficis, g cùm diligenter veſtram conuerſationem conſyderauerint, & inuenerint nihil ſe repræhenſione dignũ

a Qui aliquãdo non populus Dei, nunc autem populus Dei.

b Qui nõ conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiã conſecuti.

c Chariſsimi obſecro vos tanquàm aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſyderijs.

d quæ militãt aduerſus animam.

e Conuerſationẽ veſtram inter Gẽtes habẽtes bonã,

f vt in eo quòd detractant de vobis tanquàm de malefactoribus,

g ex bonis operibus vos conſyderãtes,

a glorificent Deũ in die viſitationis. in vobis conſpicere, a ſic per efficaciam bonorum exemplorũ veſtrorum inducantur ad glorificãdum Deum in tẽpore quo eos dominus viſitare ad conuerſionem ſuam diſpoſuerit. Infideles enim qui prius fideles blaſphemabant, poſtquàm per bona exẽpla eorum fuerint etiam ipſi (diuina præueniente viſitatione) ad fidem conuerſi, glorificant & laudãt Deum, propter bonã cónuerſationẽ fidelium, per quam ſe de infidelitate & errore agnóſcũt liberatos. b Illud

b Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: itaque vos præcipuè moneo, vt omnibus hominibus per verã humilitatem, propter Deum ſubijciatis voſipſos, habendo omnes in reuerentia, amore, & honore, quaſi ſuperiores vnicuique in ſuo gradu, & ordine.

c Siue regi quaſi præcellenti, c Regi quidem, tanq̃ alijs præeminẽti, & populo præpoſito:

d ſiue ducibus, tã quàm ab eo miſſis, d Ducibus item & inferioribus ſub Rege poteſtatibus, quaſi à Deo deſtinatis & ad hoc deputatis,

e ad vindictam malefactorũ: laudem verò bonorũ: e vt pro malefactis vindictã, pro benefactis laudẽ & præmium reddãt, qđ eſt adminiſtrare iuſtitiam.

tiam. a Sic enim Deus vult,& ita fieri oportet,vt per veſtra benefacta & cōuerſationem veſtrā,occludatis os hominibus infidelibus & veritatis ignaris,qui vos obſeruāt vt inueniant vnde vobis malè loquantur. b Sic autē vos in omnibus geratis,quaſi vera & ſpirituali libertate exiſtētes liberi.Neque habeatis libertatē pro velamine malitiæ,ſub prætextu libertatis Euangelicæ carnis petulātiam perficientes,quēadmodū faciunt qui libertatem dant in occaſionē carnis,rebellātes ſub ſpecie libertatis dominis ſuis tēporalibus aut ſpiritualibus,nolētes eſſe ſubiecti: c ſed ſic vos habete quaſi ſerui Dei à cuius ſeruitute,vera libertas neminem ſubtrahit. d Itaque rurſum vos moneo vt omnibus honorē & reuerentiam exhibeatis,fraternam quoque charitatē diligatis. e Deū timeatis,& regē honore afficiatis. f Qui autem ſecundùm temporalem conditionem ſerui ſunt,obediant dn̄is ſuis,cū omni reuerētia, g nō modò benignis & faciliori-

bus,ve-

a quia ſic eſt volūtas Dei,vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudētium hominum ignorantiam:

b Quaſi liberi, et non quaſi velamē habentes malitiæ libertatem,

c ſed ſicut ſerui Dei.

d Omnes honorate. Fraternitatem diligite.

e Deum timete, regē honorificate.

f Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis,

g non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

bus,verũetiam ſi difficiles fuerint
atque moroſi,ob hoc eos dimitte-
re non poſſunt. a Hæc enim eſt
Euãgelicæ gratiæ perfectio, ſi pro
pter timorem Dei (dictãte cõſcië-
tia)quis patienter ſuſtineat triſtia
aut grauia,ſine cauſa aut ſuo meri
to eiuſmodi patiens. b Nam quæ
erit perfectio aut quæ ſupereroga
tio,quôdve ſingulare præmiũ erit
ſi patienter ea tantùm ſuſtineatis
mala, quæ pro peccatis veſtris in-
fliguntur vobis? c Veluti ſi quis
(exẽpli gratia) propter peccatum
ſeruus à dño colaphis cædatur.Sic
enim fures & latrones patiuntur.
d Verùm,ſi poſtquàm omnia re-
ctè feceritis,nihil mali promeriti,à
moroſis tamẽ dominis ſine cauſa
percutimini, & id patienter Deum
habentes in cõſcientia, ſuſtinetis:
e hæc eſt Euangelicę perfectionis
gratia,Deo placita,quam Chriſtus
dominus & verbo docuit,& exem
plo mõſtrauit. f Ad hoc enim vo
cati eſtis,vt Chriſtum dñm veſtrũ
imitemini.g Chriſtus enim domi-
nus noſter, pro noſtris demeritis
pati

a Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè.

b Quæ enim eſt gratia:

c ſi peccantes & colaphizati ſuffertis?

d Sed ſi benefaciẽtes patienter. ſuſtinetis:

e hæc eſt gratia apud Deum.

f In hoc enim vocati eſtis.

g Quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius,

pati voluit, vobis omnib' fidelib' exemplũ in ſe relinquens ad imitã dum, vt per eandem ſimiliter patientiæ viam pergatis. a Qui peccatum nullũ vnquàm cõmiſit, non modò in opere, ſed neque in verbo doloſo aut mendacio. b Qui cum maledictis & contumelijs affi ceretur, non reddebat maledicta. c Cùm pateretur, nõ intentabat crucifigentibus minas: d ſed voluntariè ſe tradebat (hoc eſt, tradi permittebat) ei qui ſe eſſet iniuſtè cõdemnaturus ſine cauſa. e Qui pro peccatis noſtris pœnam ſuſtinuit, in carne ſua, in ligno crucis: f vt deſtructis & expiatis peccatis noſtris, nos à peccato deinceps ceſſantes, operaremur opera iuſtitiæ: cuius vulneribus & doloribus, vos ſanati eſtis. g Eratis enim ante conuerſionem, quaſi oues à recta via & à paſtore indeuia, poſt alienos deos & falſos paſtores, aberrãtes. h Nũc autẽ rediiſtis per pœnitentiam ad fidem cõuerſi, ad illũ qui eſt verè paſtor, curator & Epiſcopus animarum veſtrarum.

a qui peccatũ non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius.

b qui cùm malediceretur, non maledicebat,

c cùm pateretur, nõ cõminabatur.

d Tradebat autẽ iudicãti ſe iniuſtè.

e Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum:

f vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis.

g Eratis enim ſicut oues errantes:

h ſed cõuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarũ.

Eluci

TEXTVS | *Elucidatio* | CAP. III.

Cap. III.

a Similiter et mulieres ſubditæ ſint viris ſuis:

b vt & ſi qui nõ credunt verbo per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifaciant.

c Conſyderantes in timore cõuerſationem veſtram:

d quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumenti veſtimẽtorum cultus.

e Sed qui abſconditus eſt homo cordis,

f in incorruptibilitate quieti et modeſti ſpiritus:

Q a Vomodo autem ſeruos pcepi dominis ſuis eſſe ſubiectos, ſic mulieres ſuis debent viris per reuerẽtiam & obedientiam ſuo modo eſſe ſubiectæ, b vt ſi qui fortè ex viris, propter ſuã duritiẽ pèr verbũ fidei cõuerti nó poſſunt ad fidem Chriſti, ſaltẽ exemplo bonæ conuerſationis mulierum trahantur ad eam, ſine verborũ ſuaſionibus: quoniam efficacior eſt cõuerſationis ꝓbitas, q virtus tãtùm ſermonis ſine operatione: c ſint, inquã, ſubditæ mulieres diligẽter & ſolicitè curantes, vt ſanctã habeant cõuerſationẽ ſuã. d Quas nolo extraneo ornatui ſuperfluo & curioſo, aut comę curãdæ & criſpãdę ſtudere, aut auro ſe ſuperfluo odornare, aut induendo veſtimẽta nimiũ excedẽtis pretij, ſuũ corpus ſuperfluis ſũptib⁹ excolere: e ſed ĩterior homo, & ſpirit⁹ latens quẽ Deus intuetur, ille curari debet & exornari bonis virtutibus: f quod erit ſi ſpiritũ ſuũ ſtudeant incorruptum integrúmque ſeruare,

ſeruare,in manſuetudine, & ſilentio atque inquiete,quę ſui ſunt officij,ſine garrulitate & contentionibus omnia agentes, a quod eſt in mulieribus maximum ornamentum. Cuiuſmodi ſpiritũ Deus maximi reputat,quique eſt apud Deũ magni pretij,magnæqúe æſtimationis,plus quàm omnia corporis quæ poſſunt adhiberi ornaméta. b Exempla attendant ſanctarum mulierum, de quibus in ſcripturis legimus,quod ſperantes in domino, & illi placere quærentes ſic ſe ſpiritualibus ornamentis, per fidẽ & ſpẽ ornabant, ſubiectæ in honore & obediẽtia viris ſuis. c Quẽadmodum (exempli gratia) Sara, Abraham vocauit dominum ſuũ, in omnibus ei quaſi dño ſuo obedientiam præſtans. d Cuius eſtis vos ſanctæ mulieres filiæ,quæ credentes in dominum,obeditis viris veſtris propter Deum, benefacientes,ſicut vobis ſecũdùm Deum videtur conuerſando,& nõ pertimeſcentes vllam quæcunque aliunde acciderit,perturbationẽ,quoniam iuſtus

a qui eſt in cõſpectu Dei locuples.

b Sic enim aliquãdo & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo,ornabant ſe, ſubiectæ proprijs viris,

c Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eũ vocãs,

d cuius eſtis filiæ benefacientes, & nõ pertinentes vllã perturbationem.

iuſtus non commouebitur in æternum,& ab auditione atque perturbatione mala non timebit. a Viri autem non deſpiciāt vxores ſuas, quanquàm ſubditas:ſed tanquàm ſuis comparibus in coniugali actu potiſsimùm,cohabitent eis ſocialiter,ſecūdùm ſcientiam: id eſt,cum diſcretiōe & ſolicitudine, b quaſi infirmioribus creaturis, quæ in ſe generationis ſemen & recipiūt & conſeruant:ob quod debent multa cura & ſolicitudine erga eas,ſecundùm ſcientiæ diſcretionem,viri conuerſari: c impartiendo eis honorem,quaſi coniugibus & cōparibus ſuis deferendo eis in multis,& earum neceſsitatibus diligenter prouidendo,atque etiā infirmitates ſuſtinendo,nec eis quaſi ſcortis aut ancillis abutendo. d Sunt enim etiā mulieres cohæredes gratiæ Dei,quæ eſt vita æterna,& æque ad illam atque viri,ſi bene viuant vocatę,quoniam in Chriſto, non eſt maſculus neque fœmina. e Idq́ue volo & præcipio, ob hoc ne propter diſcordiam impediantur fru-

a Viri ſimiliter cohabitantes ſecūdùm ſcientiam,

b quaſi infirmiori vaſculo muliebri,

c impartientes honorem,

d tanquàm cohæredibus gratiæ vitæ,

e vt nō impediantur orationes veſtræ.

tur fructus orationum veſtrarum,
ſic vt nõ exaudiamini in orationi
bus veſtris. a Tandem verò con
cludendo particulares exhortatio
nes, ad generalem tranſiẽs, hortor
vos oẽs, in fide vt vnanimes perſi-
ſtatis cõpatientes proximorũ miſe
rijs, b fraterna charitate inuicẽ
diligentes, miſericordes, modeſti,
minimẽque ſeueri aut crudeles, hu
miles, c nõ retaliãtes mala malis,
ſed potius ecõtrario pro malo bo-
nũ reddatis: d Quoniam in hoc
vocati eſtis omnes fideles, vt æter-
næ fœlicitatis perfectiſsimã illam
benedictioné, in hęreditaté veſtrã
accipiatis: propter cuius ſpẽ, meri-
tò nũc ab omni maledictiõe tẽpe-
rãtes, ſemper in benedictione per-
ſtare debetis. e Nã (iuxta Pſalmi-
ſtã) Qui quærit vitã ſpũs & deſy-
derat videre bonos dies, & fœlicẽ
æternitatis accipere requie, ſit illi
prima cura, vt linguam ſuã ab o-
mni malo ſermone cohibeat, & ca
ueat ſibi, ne per labia ſua loqua-
tur fraudem mendacium, aut dece
ptionem contra proximum ſuum.

a In fide autẽ omnes vnanimes, compatientes,

b fraternitatis amatores, miſericordes modeſti, humiles,

c nõ reddẽtes malum pro malo, nec maledictũ prò maledicto:

d quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis: ſed econtrario, benedicentes.

e Qui enim vult vitam diligere et dies videre bonos coërceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum.

Rece-

a declinet autẽ à malo & faciat bonũ, inquirat pacẽ & ſequatur eam: b quia oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, c vultus aũt dñi ſup̃ faciẽtes mala. d Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? e Sed ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati. f Timorẽ aũt eorũ ne timueritis, & nõ conturbemini: g Dominum aũt Chriſtũ ſanctificate in cordibus veſtris: h parati ſemp̃ ad ſatiſfactionẽ omni poſcẽti vos rationẽ de ea quæ in vobis eſt, ſpe.

a Recedat etiam à malo, & bonũ ſtudioſè perficiat: Quærat pacem & ſtudeat tenere, ſic vt eã appræhendat& in ea maneat: b quoniam reſpectus domini eſt erga facientes iuſtitiam, c ira autem & toruus vultus domini, eſt cõtra omnes operantes malũ. d Et quis tandem vobis vel homo vel diabolus ſecundùm veritatem vllũ poterit inferre nocumentum, ſi virtutis æmulatores ſitis, & bonum ſtudioſè operemini? Profectò nemo, quoniam ſecundùm veritatem nemo homini põt nocere, niſi quiſque ſibiipſi. e veruntamen, ſi fortè aliquid occurrit propter iuſtitiã ſine veſtra culpa, patiendum diuina voce, ex hoc beatitudo promittitur æternæ fœlicitatis, & beatos vox Chriſti pronũciauit. f Ego autem moneo vos, nihil eos timere ſic vt conturbemini qui corpori tãtùm nocere poſſunt, poſt hoc non habẽtes quid amplius faciãt. g Magis aũt dñm noſtrũ Chriſtũ, ipſum ſanctificate in cordibus veſtris illũ timẽdo: h parati ſemper ſatiſfa-

ſatiſfacere cõgruis reſponſionibus & rationabilibus inſtructionibus, de veſtra fide ac ſpe, ijsq; vos humiliter (vt doceãtur) interrogauerint aut etiã qui malitioſè oppugnare voluerint. a Nõ id quidẽ contentioſè, ſed cũ modeſtia, reuerentia, & humilitate, habentes bonæ conſcientiæ teſtimoniũ de vita & cõuerſatione veſtra: b vt quantùm ad id quod vobis detrahere cupiũt infideles, in ſeipſis confuſi erubeſcant, quærẽtes calumniari veſtrã bonã conuerſationẽ & nihil calũnia dignũ inuenientes, quæ illis poterit fieri ſuæ cõuerſionis occaſio. c Melius enim vobis & ad ſalutẽ vtilius eſt (quando omnino Dei voluntas & diſpoſitio velit vos tribulatiõibus exercitari) vt ſine veſtro demerito benefacientes patiamini iniuſtè, quàm ſi tanquàm male factores (vtputa contẽtioſi, ſeditioſi, inobedientes, & rebelles) patiamini. d Nã huius rei Chriſtus nobis exemplũ reliquit qui pro peccatis alienis, hoc eſt noſtris, nõ ſuis vltro paſsionem & mortem ſuſtinuit,

a ſed cũ modeſtia & timore, conſciẽtiam habentes bonam:

b vt in eo quod detrahunt de vobis, cõfundantur qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.

c Melius eſt enim vt benefacientes (ſi voluntas Dei velit) pati, quàm malefaciẽtes.

d Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis,

a vt nos offerret Deo,
b mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.
c In quo & his qui in carcere erãt ſpiritu veniẽs prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiã in diebus Noë, cùm fabricaret arca.
d In qua pauci, id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.
e Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma,

nuit, ipſe iuſtus pro nobis iniuſtis, a vt nos Deo patri per mortẽ ſuã recõciliatos, offerret atque exhiberet, b carne quidem mortificatos, vt amplius carni non viuamus: ſpiritu autẽ viuificatos, vt deinceps ſecundùm ſpiritum viueremus. c Quomodo (nempe in ſpiritu) ille idem Deus, qui his nouiſsimis tẽporibus in carne apparuit, etiã olim in diebus Noë, quando ex domini iuſſu ille fabricabat arcã, quando expectabatur patientia Dei donec veniret finis eius, & omnis caro interficeretur veniens ad illos incredulos homines qui tũc in tenebroſa caligine errorũ ſuorũ iacebant demerſi: veniẽs, inquã, ſpiritu, prędicauit eis ad pœnitentiã reuerti, vt poſſent cũ Noë ſaluari inſpirando Prophetas & Noë, qui ex ore domini populũ à malis reuocare quęrebãt. d In illa autem arca Noë, pauci admodũ, hoc eſt octo tãtùm homines, euaſerũt ex. aqua, & per aquam ſubleuantem arcã ſaluati ſunt. e Et hoc ipſum nunc in eccleſia tempore gratiæ, baptiſma (quod

(quod per aquã illam figurabatur, ſaluantem eos tantùm qui in arca erãt) facit: quia ſicut per aquã ſaluabatur arca, ſic per baptiſmũ eccleſia. a Baptiſmũ autẽ dico, non ablutionẽ ſordiũ carnis noſtrę, ſed ad conſcientiã noſtrã bonã apud Deum cõmendandã, poſteaquàm fuerit per ſacramentũ baptiſmatis emũdata. b Saluat, inquã, fidei hoc baptiſma, per virtutẽ reſurrectionis Chriſti à mortuis: c qui nunc in patris dextra reſidet glorioſus, morte deuicta & penitus deleta, nos à ditione mortis æternæ per ſuã mortem temporalẽ liberando: d vt ab ea liberati, vitæ æternæ, modò quidẽ ſecundùm ſpẽ, in futuro autẽ ſecundùm poſſiſionem hæredes efficeremur per ipſum: e tãquàm præcurſor noſter, ad parandũ nobis viam profectus in cœlũ, f ſubiectos ſibi habens vniuerſos ſpirituum ordines bonorum pariter atque malorum.

a non carnis depoſitio ſordiũ, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum:
b per reſurrectionem Ieſu Chriſti,
c qui eſt in dextera Dei deglutiens mortem,
d vt vitæ æternæ hæredes efficeremur,
e profectus in cœlum,
f ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & virtutib⁹.

Elucidatio CAP. IIII.

Ca Hriſtus igitur omniũ dominus poſtquàm per corporis paſsio-

TEXTVS Cap. IIII.

a Chriſto igitur paſſo in carne,

paſsionem, prior ipſe præcedens exemplũ nobis paſsionis in ſeipſo

a & vos eadem cogitatione armamini,

monſtrauit: a vos quoque ſeruuli, huius exẽpli meditatione, ſitis velut armati: vt non facilè ob paſsiones corporis, malis quibuſlibet cedatis, & cõſtãter vitia abnegetis.

b quia qui paſſus eſt in carne deſijt à peccatis,

c vt non iam deſyderijs hominum ſed volũtate Dei, quod reliquũ eſt in carne viuat tẽporis.

b Quoniam in eo quòd in carne paſsionis acerbitatẽ voluntariè ſuſcepit potius quàm voluptatẽ, docuit à peccatis (quæ ſunt ſecũdùm carnis voluptatẽ) debere nos ceſſare, & carni magis contraria & dura ſuſcipere: ſic nobis in ſeipſo exẽplũ præbens, c vt non vltra ſecundùm carnalia humana deſyderia viuerẽt homines, ſed ſecũdùm voluntatem & ſanctiſsimũ beneplacitum Dei, de cętero donec in carne permaneãt, viuãt.

d Sufficit enim præteritum tẽpus ad voluntatẽ gentium conſummandam,

e his qui ambulauerũt in luxurijs, deſyderijs, vinolẽtijs, comeſſationibus, potationibus, ebrietatibus & illicitis idolorũ cultibus.

d Sufficit enim prioribus tẽporibus ſua malitia, & ſatis eſſe debet meritò, quod tãtis temporibus ante prædicationem Euangelij, & ante conuerſionem noſtram, e Gentiles homines inſeruierint luxurijs & omnibus malis cõcupiſcentijs, vinolentijs, comeſſationibus, ebrietatibus, & nefarijs

farijs

ſarijs atque ꝓphanis idololatrijs. Satis, heu nimiũ ſatis, iſta peregimus. a Atque in hoc mirabantur illi, qui adhuc in ſua infidelitate permanent, quòd vos non videāt amplius ad ſua aduentare conuenticula, ad eandē luxuriæ & luxus omnis confuſionē, cui ipſi intendunt, b & malè loquuntur de vobis, propter bonā veſtrā conuerſationē, indignantes vobis, eo quòd abſtineatis à malo conſortio eorũ. c A quibus rationē exiget, & quos iudicabit ille, qui iam conſtitutus à Deo patre expectat, vt veniat iudicare oẽs, & qui in viuis adhuc agũt & qui iã ex viuis exceſſerũt. d Hanc enim ob cauſam, etiã infidelibus qui erant in ſua infidelitate (quaſi deſperati) mortui, annũciatũ eſt patris voluntate Euangeliũ Chriſti, e vt ipſi ad Chriſtum conuerſi, iudicẽtur quidē ab hominibus, & ſecũdùm homines in corpore deſpecti habeantur, f viuāt autem per fidē interius in ſpiritu. Verùm nihil refert, ſi nunc boni à malis quaſi miſeri & infœlices, ſe-

a In quo admirã tur, non cõcurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem,

b blaſphemantes.

c qui redent rationem ei qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos.

d Propter hoc enim & mortuis Euangelizatum eſt,

e vt iudicẽtur quidem ſecundùm homines in carne,

f viuant autem ſecundùm Deum in ſpiritu.

a Omniũ aũt finis appropinquabit.

b Eſtote itaque prudẽtes & vigilate in orationibus.

c Ante omnia autem mutuã in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes:

d quia charitas operit multitudinem peccatorum.

e Hoſpitales inuicem ſine murmuratione.

f Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes:

g ſicut boni diſpẽſatores multiformis gratiæ Dei.

h Si quis loquitur quaſi ſermones Dei.

cundùm carnẽ iudicentur. a Nam omnium finis de proximo imminet,& tunc ſecundùm veritatẽ patebũt omnia & qualiſquiſque fuerit apparebit. b Itaque chariſsimi eſtote prudentes &vigilantes(hoc eſt, intelligentes intelligentia ſpirituali, & diligentes atque attẽti) in orationibus. c Super omnia autẽ curate ſemper mutuã erga voſ inuicẽ habere illæſam charitatẽ, d quoniã fraternę charitatis opera multa delent peccata, & via ſatiſfactionis,fraternæ charitatis officiũ,multa facilè excuſat peccata. e Sitis erga inuicem hoſpitales atque miſericordes cũ animi hilaritate,ſine murmuratione. f Vnuſquiſque quam accepit à Deo gratiã, ſtudeat illã in cõmunem vtilitatẽ proximorũ conferre: g ſic vt ſitis boni diſpẽſatores gratiarum à Deo in cõmunem vtilitatẽ gratis datarũ,quæ ſunt variæ admodum,& in diuerſis diuerſæ. h Exẽpli gratia,ſi quis ex gratia ſibi gratis data, docendo ſiue exhortando loquitur,ſic loquatur,quaſi ſer-

mones nō hominis, ſed ipſius Dei, ſe tantùm diſpenſatorē, non dominum exiſtimans. a Qui corporale aliquod exhibet ex gratia Dei miniſteriū ſic agat, quaſi non ex propria virtute aut fortitudine, ſed quaſi ex virtute quàm Deus ſibi in miniſteriū contulit proximorum: b vt ſic in omnibus & ex omnibus glorificetur à quo ſunt omnia, Deus, per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperiū in ſæcula ſæculorū, Amen. c De iſto verò perſequutionis & tribulationis igne, qui nunc feruet contra vos permiſſione Dei, ad veſtrā probationem, quaſi peregrinū aliquid, nouum, & extraneum contingat, neque cōturbemini, d quaſi de re abſurda & inſolita. Semper enim ex antiquis diebus, à malis perſequutionem ſuſtinuerunt boni: e ſed potius in hoc gaudete, tāquàm ſocij paſsionum Chriſti, qui per tribulationē nūc illi aſsimilamini, f vt cùm reuelatus fuerit & apparuerit in gloria ſua, gaudij etiā & exultationis eiustūc participes ſitis, in ſocietate

a Si quis miniſtrat tanquàm ex virtute, quam ad minſtrat Deus:

b vt in omnibus honoriſicetur Deus per Ieſum Chriſtū, cui eſt gloria & imperiū in ſæcula ſæculorum, Amen.

c Chariſsimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tētationē vobis ſit,

d quaſi noui aliquid vobis contingat:

e ſed communicātes Chriſti paſsionibus, gaudete,

f vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.

a Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, beatitudinis illius. a Sic conuitia vobis inferũtur,& probra ingerũtur propter nomen Chriſti, quod creditis & cõfitemini:pro hoc beatitudo vobis eſt ꝓmiſſa, eritiſque vere beati: b quoniã verus & perfectus honor,& plena gloria,& tota Dei virtus, & ipſe ſpiritus Dei, ad beatitudinẽ ſempiternam requieſcet ſuper vos omnes,q̃ modò propter Chriſti fidẽ probra & conuitia ſuſtinueritis. c Nolim autem ita vos pœnas & conuitia perpeti, eo modo quò pati ſolẽt fures, aut homicidæ,aut cõuitiatores & blaſphemi,& qui aliena quærũt rapere, qui propter ſua facinora iuſtè patiuntur. d Si verò cõtingat paſſiones vobis inferri titulo Chriſtianitatis,in huius nominis cõfeſſione,glorificet Deũ quiſquis patitur quòd dignus ſit pro nomine iſto cõtumeliã pati. e Tẽpus enim iſtud quod modò eſt, hoc ſecundùm diuinã ordinationem expoſtulat,vt venturũ illud iudiciũ quod tã graue veniet in futuro tẽpore,quodãmodo à bonis & fidelibus qui ſunt de domo

b quoniam quod eſt honoris,gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus,ſuper vos requieſcit.

c Nemo autẽ veſtrum patiatur tã quàm homicida, aut fur,aut maledicus,aut alienorum appetitor.

d Si aũt vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine:

e quoniã tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei.

de domo & familia Dei, modò incipiat. Nã quòd Deus nũc ſuos etiã electos permittit crudelibus affligi ſupplicijs, ſignũ eſt præuium illius grauiſsimæ vindictæ, quam faciet ſuper inimicos ſuos in futuro examine. a Si autẽ principium huius diſtricti examinis à nobis habet initiũ, qui ſumus in Chriſtũ tamen credentes: b quo fine, putamus, cõſummabũtur illi, & quantùm ſuſtinebunt iudiciũ, qui Euangelio Dei noluerũt credere? Verè exitus erit longè diſsimilis. c Et ſi iuſti quidẽ atque electi nõ niſi per multas difficultates multáque pericula quæ ſine Dei gratia, ſola virtute humana vix poſsint effugi, ad ſalutẽ perducuntur: d impij & infideles homines, cæteríque oẽs peccatores, quomodo in cõſpectu Dei apparere audebũt, aut vbi permanebũt niſi in æternę damnationis horroribus? e Itaque boni qui modò ſecundùm voluntatem permiſſionémque Dei patiuntur à malis ſtudeant creatori ſuo Deo commendatas facere animas ſuas, per

a Si autem primum à nobis,
b quis finis eorũ, qui non credunt Dei Euangelio?

c Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur,

d impius & peccator vbi parebunt?

e. Itaq; & hi qui patiuntur ſecundùm voluntatem Dei, ſideli creatori cõmendent animas ſuas in benefactis.

ſtudium

ſtudium honorũ operum qui fidelis eſt,& ſuo tempore pro paſsionibus ſui nominis gratia toleratis, redditurus eſt bonã retributioné.

TEXTVS Cap. V.

Elucidatio CAP. V.

a Seniores ergo qui in vobis ſunt obſecro conſenior,

SEniores tandem & presbyteros,qui ſunt inter vos tãquàm ſuper alios cõſtituti & præpoſiti, obſecro ego Petrus conſenior & compresbyter, vnà vobiſcũ in eodem paſcendi onere ex Dei præcepto conſtitutus, qui etiã teſtis ſum paſsionũ Chriſti,& earũ veridicus prædicator, b futurus (vt ſpero) ſuo tempore illius quoque æternæ gloriæ cõmunicator & particeps, quomodo etiã nũc ſecũdùm ſpem me eſſe cognoſco. c Obſecro (inquã) vos,vt ſtudioſè,tam verbo q̃ exẽplo paſcatis, curetis, cuſtodiatis,q́ſque ſibi cõmiſſas oues,id eſt, ſubditos veſtros, d diligẽter & prouidè ſuperĩtẽdẽtes, e nõ quaſi ex coactione & inuiti, ſed libenter & volũtariè,nõ ꝓpter quæſtũ,qui ex hoc officio turpiter quæritur, ſed propter bonam voluntaté,ex amore Dei & zelo ſalutis proximorũ. Neque

b & teſtis paſsionum Chriſti, qui & eius quæ in futuro reuelãda eſt, gloriæ cõmunicator:

c paſcite qui in vobis eſt gregem Dei,

d prouidentes nõ coactè,ſed ſpontaneè ſecundùm Deum.

e Neq; turpis lucri gratia, ſed voluntariè:

a Neque tanquàm dominium habentes & quaſi tyrannidē exercentes aduerſus ſortē vobis creditam, b ſed ita vt ſitis exemplum veſtris ouibus, ex bono affectu & ex corde ad hoc laborantes. Quod ſi nūc fideliter in gregis veſtri cura laboraueritis. c cum ille paſtorū princeps Chriſtus dominus aduenerit in gloria patris ſui ad iudiciū, accipietis mercedē æternæ retributionis perfectā, & in ſuo virore indeficienter permanētem. d Quomodo autē ſenioribus præpoſitis mādaui diligenter gregi ſuperintendere, ſic viciſsim adoleſcētioribus & ſubditis præcipio, vt præpoſitis ſenioribus ſint obedientes & ſubditi. e Et in vniuerſum cupio omnes erga inuicem humilitatē veram demonſtrare, & in aliorū cordibus velut notam facere: ſuperiores quidem ſuo modo erga inferiores, & inferiores erga ſuperiores. f Quoniā dominus, ſuperbis gratiæ ſuæ beneficiū denegat & ſubtrahit: humilibus autē, prōptus eſt ſemper dare gratiam, poſcentibus.

a Neq; vt dominantes in cleris.

b ſed forma facti gregis ex animo.

c Et cùm apparuerit princeps paſtorum percipietis immarceſsibilem coronam gloriæ.

d Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.

e Omnes enim inuicem humilitatē inſinuate,

f quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Humi-

a Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei,

b vt vos exaltet in tempore viſitationis,

c omnem ſolicitudinem veſtrã proijcientes in eum,

d quoniã ipſi cura eſt de vobis.

e ſobrij eſtote, & vigilate,

f quia aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit,

g quærens quem deuoret,

h cui reſiſtite fortes in fide,

i Scientes eandẽ paſſionẽ ei quæ in mundo eſt veſtræ fraternitati fieri.

a Humiliamini itaque ſub illa omnipotenti & plena potẽtia Dei, in illius ſeruitute & mãdatis nunc perſeuerãtes: b vt in tẽpore extremo (quãdo veniet viſitare orbẽ terræ in iudicio & iuſtitia) ab eo exaltemini in gloriã æternã. c Cõmittentes illi pleniſsima & certiſsima fiducia oẽm ſolicitudinẽ veſtri, nihil prorſus vano timore ſpoliati: d quoniã ipſe tanq̃ pater & dñs, veſtri tanquàm ſeruorũ ac filiorũ ſuorũ, ſummã curã gerit. e Eſtote verò ſobrij & in omnibus tẽperantes ac vigilãtes, diligẽterque ſuper intẽdẽtes animabus veſtris: f quoniã diabolus aduerſarius humani generis, ex omni parte vndequaque diſcurrit, iam hũc iam illũ tentãs, atque etiã eũdẽ modò ſic modò aliter oppugnãs, g ſemper aliquem in dãnatiõis barathrum per os ſuũ abſorbere cupiens. h Veſtrũ autem eſt, per fidẽ & gratiam Dei quæ in vobis habitat, illi viriliter reſiſtere & tentanti conſenſum nullo modo præbere: i ſciẽtes & cõſyderãtes cõſimilem perſecutionem,

nem, quam vos ſuſtinetis, etiā alijs fidelibus fratribus veſtris, vbiuis locorum inferri ab infidelibus, vt ne exiſtimetis vos ſolos pro Chriſti nomine perſecutiones ſuſtinere.

a Deus autē à quo omnis eſt gratia, qui vocauit nos ad æternā gloriā ſuā in Chriſto Ieſu, b vos qui nūc modicū quid patimini pro nomine eius, ipſe perfectos faciet per patientiā, cōfirmabitque & ſolidabit per gratiā ſuā, vt nō excidatis à firmitate in qua nūc ſtatis, in æternum. c Ipſi eſt gloria & imperialis poteſtas, per æterna ſæcula, Amen. d Per Syluanū vobis fidelem fratrē (vt equidem arbitror, & quantùm ego ſemper attendere in eo potui) ſcripſi vobis hæc breuiter, e obſecrando ac obteſtando vobis prædicans, & pro certiſsimo affirmans, quòd hęc gratia Chriſtianæ fidei in qua vos modò ſtatis vera gratia ſit, per quā ſolā ſalus paratur humano generi. f Salutem vobis aſſcribi petijt fideliū eccleſia, quæ eſt in Romana vrbe, tanquā in medio Babylonis & cōfuſio-

a Deus autem omnis gratiæ qui vocauit nos in æternā ſuā gloriā in Chriſto Ieſu, b. modicū paſſos, ipſe perficiet, cōfirmabit ſolidabitq;. c Ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorū, Amē. d Per Syluanum fidelem fratrē vobis (vt arbitror) breuiter ſcripſi, e obſecrans & cōteſtās hanc eſſe veram gratiā Dei, in qua & ſtatis. f Salutat vos eccleſia quæ eſt in Babylone electa.

a & Marcus ſi-lius meus.
b Salutate inui-cem in oſculo ſan cto.
c Gratias vobis omnibus qui eſtis in Chriſto Ieſu, Amen.
Finis.

fuſiōis, per ſpiritū ſanctū mirabiliter cōgregata: a nominatim autē Marcus, in baptiſmate & eruditiōe filius meus. b Salutate inuicem, in oſculo ſancto charitatis. c Gratia ſit omnibus vobis, qui eſtis in Chriſto Ieſu fideles, Amen.

Finis Elucidationis.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam canonicam poſteriorem beati Petri Apoſtoli.

COGNOSCENS PER SPIritum *beatus Petrus Apoſtolus, in proximo depoſitionem ſui tabernaculi (ſic enim ipſe corporis mortē nominat) imminere: ad conſolationem fidelium: ſcribere eiſdem voluit ſecūdùm hanc admonitoriam Epiſtolā. In cuius ſtatim exordio proponens cœleſtium promiſſionum præcioſiſſima dona per fidem conſequenda ab ijs qui corruptionem vitæ ſecularis ſecuti non fuerint, gradibus quibuſdam vſq; ad ſummum charitatis apicē ſcādens, vt bonorū operū fructu nō ſint vacui præmonet diligenter:*

genter: ne tanquàm cæci tentantes manibus aberrent à propoſito termino, ſed per operum bonorum diligens ſtudium, firmam curent efficere vocationem ſuã per quæ reddatur eis in regnũ cœleſte indubitatus introitus. Propter quod, *ſe dicit illos vſq; ad mortẽ ſuã (quam nõ longè cognoſcit abeſſe) de huiuſcemodi velle cõmonefacere, & id quidẽ modò per literas, vt etiã poſt mortem ſuarũ admonitionum poßint eſſe memores. Cuius occaſione, ad ſuæ* Euangelicæ *prædicationis conſtabiliendam authoritatem, dicit ſe in prædicãdo* Chriſti Euãgeliũ, *nõ indoctas fabulas fuiſſe ſectatum, ſed ea quæ annũciauit de* Chriſti *diuinitate, didiciſſe ex firmißimo patris teſtimonio, quod in monte transfigurationis audiuit: cui per omnia* Pſalmi *prophetia ſtipulatur, quæ in ſuo ſtatim principio eũdem ad filiũ* Dei *ſermonem dirigit quẽ pater de cœlo in eius glorificatione intonuit.* Scripturã *autem propheticam lucernã nominans, cõmẽdat: affirmans eam humano inſtinctu edi nequaquàm poſſe, ſed ſolo ſpiritu diuino.* Capite dehinc ſecundo, *venturos dicit* Pſeudoprophetas *nouarum ſectarũ & hæreſum adinuentores, per quos multi ſeducentur in ſuã perditionem.* Quorũ *grauiſſimũ iudicium, propoſitis pœnis dæmonum peccantiũ, mundi diluuio pereũtis, &* Sodomitarũ *igne conflagratorum, ad terrorem ponit ante oculos multaq; aduerſus illos terribilia pronunciat, irrationabilia pecora eos appellans,* Balaam *auaro* Prophetæ *aßimulãs, fontibus ſine aqua & ſterilibus nubibus ad ignominiã eos comparans.* Illud *in fine ſignanter adijciens, quemadmodũ ſub prætextu libertatis quam promittunt, animas decipiunt, ſecundùm veritatem ſerui exiſtentes omnis corruptionis, quibus propter relapſum in infidelitatem ſuam, nouißima facta ſunt peiora prioribus,*

quibus

nuit, ipſe iuſtus pro nobis iniuſtis,
a vt nos Deo patri per mortē ſuā recōciliatos, offerret atque exhiberet, b carne quidem mortificatos, vt amplius carni non viuamus: ſpiritu autē viuificatos, vt deinceps ſecundùm ſpiritum viueremus. c Quomodo (nempe in ſpiritu) ille idem Deus, qui his nouiſsimis tēporibus in carne apparuit, etiā olim in diebus Noë, quando ex domini iuſſu ille fabricabat arcā, quando expectabatur patientia Dei donec veniret finis eius, & omnis caro interficeretur veniens ad illos incredulos homines qui tūc in tenebroſa caligine errorū ſuorū iacebant demerſi: veniēs, inquā, ſpiritu, prędicauit eis ad pœnitentiā reuerti, vt poſſent cū Noë ſaluari inſpirando Prophetas & Noë, qui ex ore domini populū à malis reuocare quęrebāt. d In illa autem arca Noë, pauci admodū, hoc eſt octo tātùm homines, euaſerūt ex. aqua, & per aquam ſubleuantem arcā ſaluati ſunt. e Et hoc ipſum nunc in eccleſia tempore gratiæ, baptiſma (quod

a vt nos offerret Deo,

b mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

c In quo & his qui in carcere erāt ſpiritu veniēs prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiā in diebus Noë, cùm fabricaretū arca.

d In qua pauci, id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.

e Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma,

(quod per aquā illam figurabatur, ſaluantem eos tantùm qui in arca erāt) facit: quia ſicut per aquā ſaluabatur arca, ſic per baptiſmū eccleſia. a Baptiſmū autē dico, non ablutionē ſordiū carnis noſtrę, ſed ad conſcientiā noſtrā bonā apud Deum cōmendandā, poſteaquàm fuerit per ſacramentū baptiſmatis emūdata. b Saluat, inquā, fidei hoc baptiſma, per virtutē reſurrectionis Chriſti à mortuis: c qui nunc in patris dextra reſidet glorioſus, morte deuicta & penitus deleta, nos à ditione mortis æternæ per ſuā mortem temporalē liberando: d vt ab ea liberati, vitæ æternæ, modò quidē ſecundùm ſpē, in futuro autē ſecundùm poſſiſionem hæredes efficeremur per ipſum: e tāquàm præcurſor noſter, ad parandū nobis viam profectus in cœlū, f ſubiectos ſibi habens vniuerſos ſpirituum ordines bonorum pariter atque malorum.

a non carnis depoſitio ſordiū, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum:

b per reſurrectionem Ieſu Chriſti,

c qui eſt in dextera Dei deglutiens mortem,

d vt vitæ æternæ hæredes efficeremur,

e profectus in cœlum,

f ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & virtutib᷒.

Elucidatio CAP. IIII.

CHriſtus igitur omniū dominus poſtquàm per corporis

TEXTVS Cap. IIII.

a Chriſto igitur paſſo in carne,

paſsionem, prior ipſe præcedens exemplũ nobis paſsionis in ſeipſo monſtrauit: a vos quoque ſeruuli, huius exẽpli meditatione, ſitis velut armati: vt non facilè ob paſsiones corporis, malis quibuſlibet cedatis, & cõſtãter vitia abnegetis. b Quoniam in eo quòd in carne paſsionis acerbitatẽ voluntariè ſuſcepit potius quàm voluptatẽ, docuit à peccatis (quæ ſunt secũdùm carnis voluptatẽ) debere nos ceſſare, & carni magis contraria & dura ſuſcipere: ſic nobis in ſeipſo exẽplũ præbens, c vt non vltra ſecundùm carnalia humana deſyderia viuerẽt homines, ſed ſecũdùm voluntatem & ſanctiſsimũ beneplacitum Dei, de cętero donec in carne permaneãt, viuãt. d Sufficit enim prioribus tẽporibus ſua malitia, & ſatis eſſe debet meritò, quòd tãtis temporibus ante prædicationem Euangelij, & ante conuerſionem noſtram, e Gentiles homines inſeruierint luxurijs & omnibus malis cõcupiſcentijs, vinolentijs, comeſſationibus, ebrietatibus, & nefarijs

a & vos eadem cogitatione armamini,

b quia qui paſſus eſt in carne deſijt à peccatis,

c vt non iam deſyderijs hominum ſed volũtate Dei, quod reliquũ eſt in carne viuat tẽporis.

d Sufficit enim præteritum tẽpus ad voluntatẽ gentium conſummandam,

e his qui ambulauerũt in luxurijs, deſyderijs, vinolẽtijs, comeſſationibus, potationibus, ebrietatibus & illicitis idolorũ cultibus.

ſarijs atque ꝓphanis idololatrijs. Satis, heu nimiũ ſatis, iſta peregimus. a Atque in hoc mirabantur illi, qui adhuc in ſua infidelitate permanent, quòd vos non videãt amplius ad ſua aduentare conuenticula, ad eandẽ luxuriæ & luxus omnis confuſionẽ, cui ipſi intendunt, b & malè loquuntur de vobis, propter bonã veſtrã conuerſationẽ, indignantes vobis, eo quòd abſtineatis à malo conſortio eorũ. c A quibus rationẽ exiget, & quos iudicabit ille, qui iam conſtitutus à Deo patre expectat, vt veniat iudicare oẽs, & qui in viuis adhuc agũt & qui iã ex viuis exceſſerũt. d Hanc enim ob cauſam, etiã infidelibus qui erant in ſua infidelitate (quaſi deſperati) mortui, annũciatũ eſt patris voluntate Euangeliũ Chriſti, e vt ipſi ad Chriſtum conuerſi, iudicẽtur quidẽ ab hominibus, & ſecũdùm homines in corpore deſpecti habeantur, f viuãt autem per fidẽ interius in ſpiritu. Verùm nihil refert, ſi nunc boni à malis quaſi miſeri & infœlices, ſe-

a In quo admirãtur, non cõcurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem,

b blaſphemantes.

c qui redent rationem ei qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos.

d Propter hoc enim & mortuis Euangelizatum eſt,

e vt iudicẽtur quidem ſecundùm homines in carne,

f viuant autem ſecundùm Deum in ſpiritu.

a Omniū aūt finis appropinquabit.

b Eſtote itaque prudētes & vigilate in orationibus.

c Ante omnia autem mutuā in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes:

d quia charitas operit multitudinem peccatorum.

e Hoſpitales inuicem ſine murmuratione.

f Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes:

g ſicut boni diſpēſatores multiformis gratiæ Dei.

h Si quis loquitur quaſi ſermones Dei.

cundûm carnē iudicentur. a Nam omnium finis de proximo imminet,& tunc ſecundûm veritatē patebūt omnia & qualiſquiſque fuerit apparebit. b Itaque chariſsimi eſtote prudentes &vigilantes(hoc eſt, intelligentes intelligentia ſpirituali, & diligentes atque attēti) in orationibus. c Super omnia autē curate ſemper mutuā erga voſinuicē habere illæſam charitatē, d quoniā fraternę charitatis opera multa delent peccata, & via ſatiſfactionis,fraternæ charitatis officiū,multa facilè excuſat peccata. e Sitis erga inuicem hoſpitales atque miſericordes cū animi hilaritatè,ſine murmuratione. f Vnuſquiſque quam accepit à Deo gratiā, ſtudeat illā in cōmunem vtilitatē proximorū conferre: g ſic vt ſitis boni diſpēſatores gratiarum à Deo in cōmunem vtilitatē gratis datarū,quæ ſunt variæ admodum,& in diuerſis diuerſæ. h Exēpli gratia,ſi quis ex gratia ſibi gratis data, docendo ſiue exhortando loquitur,ſic loquatur,quaſi ſermones

mones

mones nō hominis,ſed ipſius Dei, ſe tantùm diſpenſatorē, non dominum exiſtimans. a Qui corporale aliquod exhibet ex gratia Dei miniſteriū ſic agat, quaſi non ex propria virtute aut fortitudine, ſed quaſi ex virtute quàm Deus ſibi in miniſteriū contulit proximorum: b vt ſic in omnibus & ex omnibus glorificetur à quo ſunt omnia, Deus, per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperiū in ſæcula ſæculorū, Amen. c De iſto verò perſequutionis & tribulationis igne, qui nunc feruet contra vos permiſſione Dei, ad veſtrā probationem, quaſi peregrinū aliquid, nouum, & extraneum contingat, neque cōturbemini, d quaſi de re abſurda & inſolita. Semper enim ex antiquis diebus, à malis perſequutionem ſuſtinuerunt boni: e ſed potius in hoc gaudete, tāquàm ſocij paſsionum Chriſti, qui per tribulationē nūc illi aſsimilamini, f vt cùm reuelatus fuerit & apparuerit in gloria ſua, gaudij etiā & exultationis eius tūc participes ſitis, in ſocietate

a Si quis miniſtrat tanquàm ex virtute, quam ad minſtrat Deus:

b vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtū, cui eſt gloria & imperiū inſæcula ſæculorum, Amen.

c Chariſsimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tētationē vobis ſit,

d quaſi noui aliquid vobis contingat:

e ſed communicātes Chriſti paſsionibus, gaudete,

f vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.

beatitudinis illius.

a Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis,

a Sic conuitia vobis inferũtur,& probra ingerũtur propter nomen Chriſti, quod creditis & cõfitemini:pro hoc beatitudo vobis eſt ꝑmiſſa, eritiſque vere beati:

b quoniam quod eſt honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcit.

b quoniã verus & perfectus honor,& plena gloria,& tota Dei virtus, & ipſe ſpiritus Dei, ad beatitudinẽ ſempiternam requieſcet ſuper vos omnes,q̃ modò propter Chriſti fidẽ probra & conuitia ſuſtinueritis.

c Nemo autẽ veſtrum patiatur tã quàm homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

c Nolim autem ita vos pœnas & conuitia perpeti, eo modo quò pati ſolẽt fures, aut homicidæ,aut cõuitiatores & blaſphemi;& qui aliena quærũt rapere, qui propter ſua facinora iuſtè patiuntur.

d Si aũt vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine:

d Si verò cõtingat paſſiones vobis inferri tituloChriſtianitatis,in huius nominis cõfeſsione,glorificet Deũ quiſquis patitur quòd dignus ſit pro nomine iſto cõtumeliã pati.

e quoniã tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei.

e Tẽpus enim iſtud quod modò eſt, hoc ſecundùm diuinã ordinationem expoſtulat,vt venturũ illud iudiciũ quod tã graue veniet in futuro tẽpore,quodãmodo à bonis & fidelibus qui ſunt de domo

de domo & familia Dei, modò incipiat. Nã quòd Deus nũc ſuos etiã electos permittit crudelibus affligi ſupplicijs, ſignũ eſt præuium illius grauiſsimæ vindictæ, quam faciet ſuper inimicos ſuos in futuro examine. a Si autẽ principium huius diſtricti examinis à nobis habet initiũ, qui ſumus in Chriſtũ tamen credentes: b quo fine, putamus, cóſummabũtur illi, & quantùm ſuſtinebunt iudiciũ, qui Euangelio Dei noluerũt credere? Verè exitus erit longè diſsimilis. c Et ſi iuſti quidẽ atque electi nó niſi per multas difficultates multáque pericula quæ ſine Dei gratia, ſola virtute humana vix poſsint effugi, ad ſalutẽ perducuntur: d impij & infideles homines, cæteríque oẽs peccatores, quomodo in cóſpectu Dei apparere audebũt, aut vbi permanebũt niſi in æternę damnationis horroribus? e Itaque boni qui modò ſecundùm voluntatem permiſſionémque Dei patiuntur à malis ſtudeant creatori ſuo Deo commendatas facere animas ſuas, per

a Si autem primum à nobis,

b quis finis eorũ, qui non credunt Dei Euangelio?

c Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur,

d impius & peccator vbi parebunt?

e. Itaq; & hi qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, ſideli creatori cõmendent animas ſuas in benefactis.

ſtudium

ſtudium honorũ operum qui fidelis eſt,& ſuo tempore pro paſsionibus ſui nominis gratia toleratis, redditurus eſt bonã retributioné.

TEXTVS Cap. V.

a Seniores ergo qui in vobis ſunt obſecro conſenior,

b & teſtis paſſionum Chriſti, qui & eius quæ in futuro reuelãda eſt, gloriæ cõmunicator:

c paſcite qui in vobis eſt gregem Dei,

d prouidentes nõ coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum.

e Neq; turpis lucri gratia, ſed voluntariè:

Elucidatio CAP. V.

SEniores tandem & presbyteros, qui ſunt inter vos tãquàm ſuper alios cõſtituti & præpoſiti, obſecro ego Petrus conſenior & compresbyter, vnà vobiſcũ in eodem paſcendi onere ex Dei præcepto conſtitutus, qui etiã teſtis ſum paſsionũ Chriſti,& earũ veridicus prædicator, b futurus (vt ſpero) ſuo tempore illius quoque æternæ gloriæ cõmunicator & particeps, quomodo etiã nũc ſecũdùm ſpem me eſſe cognoſco. c Obſecro (inquã) vos, vt ſtudioſè, tam verbo ꝙ exẽplo paſcatis, curetis, cuſtodiatis, q̃ſque ſibi cõmiſſas oues, id eſt, ſubditos veſtros, d diligẽter & prouidè ſuperintẽdẽtes, e nõ quaſi ex coactione & inuiti, ſed libenter & volũtariè, nõ ꝓpter quæſtũ, qui ex hoc officio turpiter quæritur, ſed propter bonam voluntaté, ex amore Dei & zelo ſalutis proximorũ.

Neque

a Neque tanquàm dominium habentes & quaſi tyrannidē exercentes aduerſus ſortē vobis creditam, b ſed ita vt ſitis exemplum veſtris ouibus, ex bono affectu & ex corde ad hoc laborantes. Quod ſi nūc fideliter in gregis veſtri cura laboraueritis. c cum ille paſtorū princeps Chriſtus dominus aduenerit in gloria patris ſui ad iudiciū, accipietis mercedē æternæ retributionis perfectā, & in ſuo virore indeficienter permanētem. d Quomodo autē ſenioribus præpoſitis mādaui diligenter gregi ſuperintendere, ſic viciſſim adoleſcētioribus & ſubditis præcipio, vt præpoſitis ſenioribus ſint obedientes & ſubditi. e Et in vniuerſum cupio omnes erga inuicem humilitatē veram demonſtrare, & in aliorū cordibus velut notam facere: ſuperiores quidem ſuo modo erga inferiores, & inferiores erga ſuperiores. f Quoniā dominus, ſuperbis gratiæ ſuæ beneficiū denegat & ſubtrahit: humilibus autē, prōptus eſt ſemper dare gratiam, poſcentibus.

Humi-

a Neq; vt dominantes in cleris.

b ſed forma facti gregis ex animo.

c Et cùm apparuerit princeps paſtorum percipietis immarceſſibilem coronam gloriæ.

d Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.

e Omnes enim inuicem humilitatē inſinuate,

f quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

a Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, a Humiliamini itaque ſub illa omnipotenti & plena potẽtia Dei, in illius ſeruitute & mãdatis nunc perſeuerãtes:

b vt vos exaltet in tempore viſitationis, b vt in tẽpore extremo (quãdo veniet viſitare orbẽ terræ in iudicio & iuſtitia) ab eo exaltemini in gloriã æternã.

c omnem ſolicitudinem veſtrã proijcientes in eum, c Cõmittentes illi pleniſsima & certiſsima fiducia oẽm ſolicitudinẽ veſtri, nihil prorſus vano timore ſpoliati:

d quoniã ipſi cura eſt de vobis. d quoniã ipſe tanq̃ pater & dñs, veſtri tanquàm ſeruorũ ac filiorũ ſuorũ, ſummã curã gerit.

e ſobrij eſtote, & vigilate, e Eſtote verò ſobrij & in omnibus tẽperantes ac vigilãtes, diligẽtérque ſuper intẽdẽtes animabus veſtris:

f quia aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit, f quoniã diabolus aduerſarius humani generis, ex omni parte vndequaque diſcurrit, iam hũc iam illũ tentãs, atque etiã eũdẽ modò ſic modò aliter oppugnãs,

g quærens quem deuoret, g ſemper aliquem in dãnatiõis barathrum per os ſuũ abſorbere cupiens.

h cui reſiſtite fortes in fide. h Veſtrũ autem eſt, per fidẽ & gratiam Dei quæ in vobis habitat, illi viriliter reſiſtere & tentanti conſenſum nullo modo præbere:

i Scientes eandẽ paßionẽ ei quæ in mundo eſt veſtræ fraternitati fieri. i ſciẽtes & cõſyderãtes cõſimilem perſecutionem,

nem,quam vos ſuſtinetis,etiã alijs fidelibus fratribus veſtris,vbiuis locorum inferri ab infidelibus,vt ne exiſtimetis vos ſolos pro Chriſti nomine perſecutiones ſuſtinere.

a Deus autẽ à quo omnis eſt gratia,qui vocauit nos ad æternã gloriã ſuã in Chriſto Ieſu, b vos qui nũc modicũ quid patimini pro nomine eius,ipſe perfectos faciet per patientiã,cõfirmabitque & ſolidabit per gratiã ſuã, vt nõ excidatis à firmitate in qua nũc ſtatis,in æternum. c Ipſi eſt gloria & imperialis poteſtas, per æterna ſæcula, Amen. d Per Syluanũ vobis fidelem fratrẽ(vt equidem arbitror, & quantùm ego ſemper attendere in eo potui)ſcripſi vobis hæc breuiter, e obſecrando ac obteſtando vobis prædicans,& pro certiſsimo affirmans, quòd hęc gratia Chriſtianæ fidei in qua vos modò ſtatis vera gratia ſit,per quã ſolã ſalus paratur humano generi. f Salutem vobis aſſcribi petijt fideliũ eccleſia,quæ eſt in Romana vrbe, tanquã in medio Babylonis & cõfuſio-

a Deus autem omnis gratiæ qui vocauit nos in æternã ſuã gloriã in Chriſto Ieſu,
b modicũ paſſos, ipſe perficiet, cõfirmabit ſolidabitq;.
c Ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorũ, Amẽ.
d Per Syluanum fidelem fratrẽ vobis (vt arbitror) breuiter ſcripſi,
e obſecrans & cõteſtãs hanc eſſe veram gratiã Dei, in qua & ſtatis.
f Salutat vos eccleſia quæ eſt in Babylone electa.

genter: ne tanquàm cæci tentantes manibus aberrẽt à propoſito termino, ſed per operum bonorum diligens ſtudium, firmam curent efficere vocationem ſuã per quæ reddatur eis in regnũ cœleſte indubitatus introitus. Propter quod, *ſe dicit illos vſq; ad mortẽ ſuã (quam nõ longè cognoſcit abeſſe) de huiuſcemodi velle cõmonefacere, & id quidẽ modò per literas, vt etiã poſt mortem ſuarũ admonitionum poſsint eſſe memores.* Cuius *occaſione, ad ſuæ* Euangelicæ *prædicationis conſtabiliendam authoritatem, dicit ſe in prædicãdo* Chriſti Euãgeliũ, *nõ indoctas fabulas fuiſſe ſectatum, ſed ea quæ annũciauit de* Chriſti *diuinitate, didiciſſe ex firmiſsimo patris teſtimonio, quod in monte transfigurationis audiuit: cui per omnia* Pſalmi *prophetia ſtipulatur, quæ in ſuo ſtatim principio eũdem ad filiũ* Dei *ſermonem dirigit quẽ pater de cœlo in eius glorificatione intonuit.* Scripturã *autem propheticam lucernã nominans, cõmẽdat: affirmans eam humano inſtinctu edi nequaquàm poſſe, ſed ſolo ſpiritu diuino.* Capite *dehinc ſecundo, venturos dicit* Pſeudoprophetas *nouarum ſectarũ & hæreſum adinuentores, per quos multi ſeducentur in ſuã perditionem.* Quorũ *grauiſsimũ iudicium, propoſitus pœnis dæmonum peccantiũ, mundi diluuio pereũtis, &* Sodomitarũ *igne conflagratorum, ad terrorem ponit ante oculos multaq; aduerſus illos terribilia pronunciat, irrationabilia pecora eos appellans,* Balaam *auaro* Prophetæ *aſsimulãs, fontibus ſine aqua & ſterilibus nubibus ad ignominiã eos comparans.* Illud *in fine ſignanter adijciens, quemadmodũ ſub prætextu libertatis quam promittunt, animas decipiunt, ſecundùm veritatem ſerui exiſtentes omnis corruptionis, quibus propter relapſum in infidelitatem ſuam, nouiſsima facta ſunt peiora prioribus,*

quibus

quibus præſtitiſſet nūquàm fidei ſuſcepiſſe veritatē, quàm ſic nunc turpiter ad vomitū reuerti. Sequenti *verò tertio capite,* Epiſtolā *iſtā ſe ad cōmonitionē ſcripſiſſe, propter vēturos* Pſeu*doapoſtolos aſſerit, vt cōtra illorū doctrinas, in apoſtolicæ prædicationis veritate ſtabiles perſeuerent.* Vēturos *enim dicit circa tempora nouiſſima deceptores, qui ſecūdùm animalem ſuū ſenſum omnia æſtimare volētes, nihil volent credere niſi quod ſenſibus habeant compertum, nō credentes implendas eſſe promiſſiones factas fidelibus: eo quod omnia eis videantur in mū do, ſimili curſu perdurare à principio.* A*duerſum quos,* Petrus *ex certa præteritorū temporū ſacra hyſtoria, falſum hoc eſſe demōſtrat: oſtēdens quāta olim facta ſit mutatio, quādo propter peccata hominū aquis diluuij mūdus perijt: & quid adhuc in nouiſſimo tempore iudicij futurū expectatur per ignē probationis, prophetico ſpiritu prædicit.* Ex *imitatione quoq; & innouatione omniū in futuro tempore, in retributiōe iuſtorum oſtendens, quomodo ſanctè nos doceat in omnibus, & in vitæ nouitate ac mundicia cōuerſari, vt Chriſto domino vētu ro valeamus immaculati & inuiolati occurrere.* Nec *ob longam iudicis & vindictæ expectationē falſa credāt quæ ſunt à* Deo *prædicta aut promiſſa: ſed eius hoc longanimitati (qua noſtram miſericors expectat emendationem) potius aſſcribāt, quod & Pauli coapoſtoli ſui authoritate cōſirmat. Cuius per occaſionem ſapientiā verè diuinā commēdans illos notat, qui quædam in Pauli* E*piſtolis difficilia ad falſos ſenſus trahenda peruertebant, ſicut & in ſcripturis alijs ſemper faciunt hæretici, ad ſuā perditionem.* A *quibus eos attendere, & in gratia* Dei *proficere exhortatus, ita terminat* E*piſtolam.*

Finis Argumenti.

Eluci-

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM CAnonicam poſteriorem beati Petri apoſtoli.

Elucidatio capitis Primi.

SIMON, cognomento Petrus, ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſcribit fidelibus omnibus chriſtianis, quibus à Deo dono data eſt fides eiuſdem pretij, ęqualiſque ad ſaluandum virtutis, ſicut & nobis primis Chriſti Apoſtolis, b per iuſtitiam verã, quæ eſt corã Deo noſtro & ſaluatore hominum Ieſu Chriſto. c Gratia ſpiritus ſancti, & comes illius pax vera, creſcat & abũdet in vobis, vſque ad perfectionem in cognitione Dei patris, & Ieſu Chriſti filij eius, d vt cognoſcamus, quemadmodũ omnia

ſſ nobis

TEXTVS Epiſtolæ canonicę poſterioris beati Petri Apoſtoli.

TEXTVS *Cap. I.*

Simon Petrus, ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, his qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem, b in iuſtitia Dei noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. c Gratia vobis et pax adimpleatur, in cognitione Dei, & Chriſti Ieſu domini noſtri. d Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ quæ ad vitam & pietatẽ donata ſunt,

a per recognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute,

b per quæ maxima & precioſa nobis promiſſa donauit,

c vt per hoc efficiamini diuinæ cõſortes naturæ,

d fugientes eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem.

e Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra, virtutem:

f in virtute autẽ, ſcientiam:

nobis ab eius diuina virtute, dono & gratis data ſunt, quæ ad vitam ſpiritualem & pietatem veram nobis ſunt neceſſaria: a per cognitionẽ eius ex fide, qui vocauit nos propter ſuam gloriam & potẽtiam ſuam, ſecũdùm proprium beneplacitum: b per quẽ filium, aut propter quæ (gloriam & virtutẽ ſuã) maxima nobis promiſsionũ præmia, & precioſa nimiſque deſyderabilia, pollicitus eſt: c nempe vt ſuo tẽpore abſorpti in deitatis abyſſum, efficiamini participes diuinæ naturę, inæſtimabili & ineffabili vnione cum illo vnum facti in beatitudine, d modò in hoc tẽpore corruptionem illam & prauitatem malæ cõcupiſcẽtiæ (quæ in mundo regnat) fugientes ad cœleſtia magis deſyderia ſemper aſpiretis. e Vos autem hortor & moneo vt omne ſtudiũ omnémque diligentiam adhibentes, coniungere ſtudeatis rectitudini fidei virtutẽ & fortitudinem bonę operationis ſanctæqúe conuerſationis. f Virtuti autẽ huiuſcemodi, ne per immode-

moderātiam feruoris excedat diſcretionis adſit ſcientia. a Scientia autem externarum rerũ, quia vana foret, niſi ab ijs quæ ſcit vana eſſe & tēporaria abſtineret: idcircò abſtinentiā requirit comitē. b Rurſum, quia parum admodũ cōfert, ab illicitis & ſuperfluis abſtinere: niſi occurrentia etiam mala noſcamus ſuſtinere. idcircò debet abſtinentiæ adeſſe patientia: c quā deinde pia debet erga Deum & homines affectio comitari. d Quæ, vt non purè ſit naturalis, ſitque apud Deũ meritoria, fraternũ habeat verũ amorē. e Cui cũ aduenerit charitas, & erga deũ, ſicut oportet, ſuper oīa dilectio, cō ſummatio habet ſpiritualis ædificij, & verę perfectionis. f Hæc enī ſi in vobis habueritis, & abũdāter ſiue etiā ſufficienter in vobis extiterint, certum habete, ꝙ vos reddent in fide & cognitione Chriſti plenos bonorum operũ fructibus, minimeque vacuos aut egenos, g Cui verò hęc defuerint, quātũuis ſibi videat ſciēs ac doctus, cęcus

a In ſcientia aũt, abſtinentiam:

b In abſtinentia autē, patientiam:

c in patientia autem, pietatem:

d in pietate autē, amorem fraternitatis:

e in amore autem fraternitatis, charitatem.

f Hæc enim ſi vobiſcum adſint, & ſuperent non vacuos, nec ſine fructu vos cōſtituent in domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione.

g Cui enim non præſto ſunt hæc cæcus eſt,

tamen eſt, viſum mētis non habēs ſanum & integrum,& viam inuenire neſciens,ſimilis cæco qui manu parietem palpat. a Et oblitus videtur talis ille, quemadmodum olim à veteribus ſuis peccatis fuerit purgatus,quæ denuò miſer reſumit,& in quibus iterū ambulat. b Quapropter fratres mei,hortor vos ſolicitos eſſe,& ſtudioſè curare,vt per bonarum actionum aſſiduum ſtudium,dignè viuatis vocatione qua vocati eſtis,atque ita veſtrā electionem iſtam(qua modò ad fidē & ad ſpem æternę retributionis,poſtmodum ſuo tēpore accipiendæ vocati eſtis) ſic firmam faciatis,vt ab ea nunquā per peccatum excidatis: quemadmodum contingit ijs,qui à bonis operibus ſunt ocioſi, in bona ſua fide ſpem habentes. c Nam ſic facientes(vt modò diximus) & in eiuſmodi virtutibus bonis operib⁹ aſſiduè vacātes,abſtinebitis à malitijs peccatorum, d & inſuper etiam coaceruabitis vobiſipſis magnum cumulū meritorū, quæ vos indu-

et manu tentans.

a obliuionē accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum.

b Quapropter fratres magis ſatagite vt per bona opera, certam veſtrā vocationem & electionem faciatis:

c Hæc enim faciētes non peccabitis aliquando.

d Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnū domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

inducăt in æternũ illud regnũ cœlorum, cuius eſt rex & princeps dominus noſter Ieſus Chriſtus, quo non patebit introitus illis qui modò ſe exhibent à bonis actionibus ocioſos. a Ob hoc, nõ deſinã neque ceſſabo vos cõmonefacere de eiuſmodi, tametſi ſatis exiſtimem vos iſta iam ſcire per ſpeculationẽ & in veritate iſta Chriſtiani dogmatis (de qua in præſentiarũ loquimur) ſatis cõfirmatos. b Ego aũt hoc iuſtum & æquum exiſtimo, eo ꝙ paſtor ſim veſtrum omniũ, excitare animos veſtros per meas admonitiones frequentes, magis vt vos admoneam q̃ vt aliquid edoceam quãdiu in hoc corporis tabernaculo me dñs militare decreuerit, c certificatus diuina reuelatione quòd in proximo imminet mors mea & ex vitio corporis mei quòd quaſi animæ tabernaculum mecũ ipſe circũfero: d quẽadmodum mihi indicauit & prędixit dominus Ieſus Chriſtus: idque ſiue per ſpiritualem reuelationem, ſiue per corporalem apparitionem.

a Propter quod vos incipiam ſemper commonere de his, & quidẽ ſciẽtes & confirmatos vos in præſenti veritate.

b Iuſtum autem arbitror, quandiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in cõmonitione.

c certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei.

d ſecundùm quod & dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.

a Dabo autẽ opeꝛam & frequẽter habere vos poſt obitum meum,
b vt horũ omniũ memoriã faciatis.

a Curabo aũt interim dum in viuis ago, tam diligenter ac ſedulo vos cõmonefacere, vt etiam poſt meum obitũ habeatis in epiſtolis, ac ſcriptis meis, b vnde poſsitis etiam tũc harũ rerum memoriam facere, & iſta eadẽ tunc (me mortuo) meditari, quæ dum viuerẽ diligenter inculcaui & moriens ſcripto reliqui. Et ſanè digna eſt hæc quam vos docuimus fidei doctrina, quæ tam ſolicitè imprimat veſtris animis. c Nam in prædicatione qua vobis notã fecimus virtutẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, quam fecit in humani generis mirabili redẽptione, & aduentũ præſentiæ eius, quã ab æterno pater præſciuerat atque præordinauerat: Hęc, inquam, vobis annũciantes, nõ ſumus ſectati vanos aut fabuloſos ſermones, nec innixi ſumus illorũ authoritati: d ſed facti prius ſpeculatores, cõſpectores, & cõtẽplatores glorioſæ eius maieſtatis, quæ nobis in eius transfiguratione ſe cõtemplandã exhibuit. e Accipiẽs enim à Deo patre in ſua trãſfigura-

c Non enim indoctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis domini noſtri Ieſu chriſti virtutem & præſentiam,

d ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis.

e Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam,

figuratione magnã claritatis gloriam,& mirabili honore circũdatus,quando apparuerunt cum eo Moyſes & Helias loquẽtes, a voce inſuper de cœlo à magnificẽtia paternæ maieſtatis,demiſſa ſuper eum,& de eo prolata,quæ erat huiuſcemodi. b Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipſum audite.Sic, inquam,certum accepimus,tam viſu,q̃ auditu teſtimonium veritatis. c Et hanc vocem noſipſi audimus de cœlo ſuper eum prolatã,ego & Iacobus,& Ioannes,qui præſentes aderamus: & cuncta hæc oculis cõſpeximus, & aurib⁹noſtris audiuimus,cũ eſſemus cũ ipſo in monte excelſo, qui propter hoc admirabile transfigurationis opus, meritò ſanctus debet nominari atque haberi. d Et habemus huic teſtimonio conſonantem propheticum ſermonem, qui amplius etiam noſtrã hanc veritatem cõfirmat atque certificat: quemadmodũ in Pſalmo ex patris perſona dicit:Filius meus es tu, ego hodie genui te. e Cui ſermoni

a voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria:

b Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui ipſum audite:

c Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto.

d Et habemus firmiorem propheticum ſermonem,

e cui benefacitis attendentes,

prophetico quòd attenditis & fidẽ
habetis, benefacitis. a Sic enim
eſt ſcriptura prophetica, quaſi lucerna
illuminãs locũ tenebroſum,
& caliginoſum, illuminans nũc in
via iſta tenebras ignorãtiæ noſtrę
b vſque dum veniamus in illã venturi
ſæculi claritatem, quando ſeipſum
nobis manifeſta viſione dabit
cõſpiciendum verus ille lucem
ferens, Sol iuſtitiæ, Chriſtus dominus
noſter. Nam illìc ſcripturarum
adminiculo nihil opus erit nobis,
vbi omnia videbimus clara & aperta
viſione. c Verùm hoc primùm
intelligatis expedit, pro ſcripturarũ
dignitate, & fide indubitata,
d ꝙ omnis ſcriptura prophetica,
humana compoſitione atque
enunciatione non fit, neque ſic eſt
accipienda, quaſi doctrina quã de
ſuo proprio corde homo pronunciauerit.
e Non enim vnquàm
fuit prolata vlla prophetia, ex corde
humano, ſine ſpeciali ſpiritus
ſancti inſpiratione. Nam quod ſic
profert homo ex ſuo corde iuxta
ſuam voluntatẽ, prophetia dici nõ
meretur

a quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco,

b donec dies illuceſcat & lucifer oriatur in cordibus veſtris.

c Hoc primùm intelligentes,

d quòd omnis prophetia ſcripturæ, propria interpretatione non fit.

e Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia,

meretur nec debet, a ſed ſpiritu ſancto inſpirati, illuminati, & edocti, ſic locuti ſunt ſancti hoīes Deo placiti, ſecundùm qđ ſpiritus ſanctus qui in eis operabatur, ſuggerebat: ita vt principalis ſit apud ſpiritum ſanctum omnium ſcripturarum authoritas, homo autē non niſi miniſter ſit verbi.

a ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.

Elucidatio CAP. II.

NE verò omni ſpiritui fidē habeatis ſine ꝓbationis diſcretiōe: hoc vos præmonitos, a volo ꝙ ſicut in priorib⁹ tēporib⁹ fuerūt in populo falſi ꝓphetæ, qui pro veris prophetis ſe demonſtrabāt hominib⁹, ſic & in populo fideliū chriſtianorum exurgēt falſi doctores, b qui ſectas & hæreſes introducēt, quibus populi fidelis vnitatē conturbēt, atque diſrūpāt, c & Deū q eos ſui ſanguinis pretio emit (hoc eſt chriſtū dñm) negabūt, nō rectè de illo credētes & cōfitētes, quomodo oportet: d hoc ipſo ſuæ infidelitatis demerito cōciliantes ſibi, & cōparātes æternę dānationis interitū, qui in ꝓximo adueniet. e Et multos

TEXTVS Cap. II.

a Fuerunt verò et Pſeudoprophetæ, in populo ſic & in vobis erunt magiſtri mendaces, b qui introducēt ſectas perditionis, c & eū qui emit eos, Deum negāt, d ſuperinducentes ſibi celerē perditionem. e & multi ſequētur eorū luxurias per quos via veritatis blaſphemabitur,

multos quidẽ ex auditoribus habebunt ſectatores ſuæ perditæ luxuriæ & carnalis prædicationis, per quos, tam doctores q̃ auditores, veritatis via & fidei rectitudo blaſphemabitur, ſic vt ei non erubeſcant cõtradicere, tam verbo q̃ conuerſatione ſua peruerſa. a Et propter auaritiam quęſtus gratia, verbis ſecundum fictionẽ ad decipiendum cõpoſitis: quomodo ſuos ſectatores expilare & expoliare valeant, tractabunt. b Quibus iam proximũ eſt æternæ cõdẽnationis iudicium, perditio quoque dãnationis venire nõ tardat, ſed in proximo ſuper eos manifeſtè veniet. c Si enim Deus angelicis illis ſpiritibus peccantibus nõ pepercit ab vltione & vindicta, ſed grauiſsimã eis æternã pœnã propter peccatũ inflixit, ita vt de cœlo eiectos, in inferni dãnatione eos alligauerit, & catenis & funibus nunq̃ cõterẽdis (hoc eſt obligatione & ſententia æternæ mortis, à qua nunq̃ abſoluẽtur) illicque tradiderit, quaſi in cuſtodia, & cruciãdos modò d & reſer-

a & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabũtur.

b Quibus iudiciũ iam olim non ceſſat, & perditio eorum nõ dormitat.

c Si enĩ Deus angelis peccantibus nõ pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarũ tradidit cruciandos:

d in iudicium reſeruati:

reſeruandos in nouiſsimũ iudicij magni diem, vt tunc corã oĩbus iudicium plenum, & ignominiã accipiant cum ſuis ſeruitoribus, quando dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. a Si etiam Deus illius primi mũdi (qui adhuc in originis ſuę ſtatu perdurabat) hominibus peccatoribus non pepercit ab ablutione, ſed diluuium vniuerſale, toti mundo quem inhabitant impij homines ſuperinduxit, atque ita perdidit impios, b ſolùm illum Noé liberans & ſeruans cum ſua familia, octauum generationis ſeriè ab Adam qui tã verbo quàm exemplo iuſtitiam prædicauit, & in ſe eam perfectè cuſtodiẽs, & alios ad idem vt potuit exhortans. c Si rurſum Sodomã & Gomorrã & totã ſimul Pentapolim, ob inhabitantium ſcelera, tali damnauit euerſionis ſentẽtia vt eas in cinerẽ per ignẽ de cœlo demiſsũ reſolueret, d ſic illorũ pœnã in exẽplum exponẽs omniũ qui poſtmodũ impiè eſſent acturi vt ſcirẽt ſe ſimili damna-

a et originali mũdo non pepercit:

b Sed octauum Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducẽs

c & ciuitates Sodomorum & Gomorræorũ in cinerem redigens euerſione damnauit,

d exemplum eorũ qui impiè acturi ſunt ponens,

a & iuſtũ Loth oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa cõuerſatione eripuit:

b Aſpectu enim & auditu iuſtus erat habitãs apud eos qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant.

c Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diẽ iudicij reſeruare cruciandos:

damnatiõe puniẽdos. a Ex quibus omnibus, ſolum Loth virũ iuſtum, quẽ nefandiſsimi illi filij Belial iniuſtè opprimebant, propter ſuam luxurioſam & innaturalem conuerſationem vim ei facientes vehemẽtiſsimè, eruit ac liberauit, cum ſuis educens illum per manus angelorum, quos excepit hoſpitio. b Erat enim ille viſu & auditu & modis omnibus caſtus, purus, & iuſtus, habitãs in medio iniquorum hominum, qui ſuis malis operibus quotidiè eius ſpiritum vehemẽter affligebãt. c Et vniuerſaliter hoc verum conſpicimus, ex multis exẽplis qđ nouit Deus & poteſt, quando vult pios homines eripere de manibus iniquorũ. Iniquos verò in diem iudicij reſeruare, interim etiam cruciandos, & tunc plenius, quãdo cũ corpore ſimul & anima, vt hîc peccauerunt, ita illîc punientur. Si, inquam, non pepercit angelis, nec mundo originali, nec Sodomæ, nec Gomorræ: indubiè quoque ventura eſt perditio ſuper homines iſtos falſos doctores, & veri-

tatis

tatis blaſphematores. a Potiſsimùm autem cruciabũtur in nouiſſimo, & damnationem nõ euadẽt, qui carnalem ſequẽtes appetitum viuunt & conuerſantur ſecundùm immundiciam corruptæ concupiſcẽtiæ ſuæ, dominationémque agnoſcere præ ſuperbia volũt Chriſtum dominum negantes, & tẽporalibus dominis inobediẽtes: b homines malè audaces, ſibiipſis mirũ in modum placẽtes, qui nihil verẽtur ſectis atque hæreſibus vnitatẽ fidelium diſrũpere, malè loqui tam de Deo quàm de alijs cõſueuerũt, ad omnia maledicta prõptiſsimi. c Nihil, inquam, hi metuũt, quamuis homines fragiles & imbecilles. Cùm tamen angelici illi ſpiritus, q fortitudine ac virtute lõgè ſunt hominibus ſuperiores, imò nec cõferendi cum eis, adeò durũ & graue ſentiant aduerſum ſe illud horrendũ Dei iudicium vt ipſum nequeant ſuſtinere, niſi in immenſa & æterna miſeria, quæ illis ex ſola diuini iudicij eſt ſentẽtia. d At verò iſti ſine timore homines, quaſi bruta

a Magis autem eos qui poſt carnẽ in concupiſcentia immundiciæ ambulant, dominationemq; contẽnunt,

b audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere, blaſphemantes.

c Vbi angeli, fortitudine & virtute cùm ſint maiores, non portãt aduerſum ſe execrabile iudicium.

d Hi verò velut irrationabilia pecora naturaliter in captionẽ & in perniciem,

bruta animantia, ſine rationis recto iudicio, ſuas cupiditates prout naturaliter ab eis feruntur ſine pudore atque remorſu ſequentes, vt in laqueo peccati capiātur & pereant, a de omnibus quæ ſuo iudicio naturali nō intelligūt, malè & blaſphematoriè loquentes, b in iſta ſuę prauitatis corruptiōe peribūt in finem, ſi tales perſeuerauerint, perditionem illam recepturi in ſtipendiū ſuæ iniuſtitiæ. c Qui ꝓ voluptate reputāt delitias iſtius temporis, quę non niſi ad diem & temporariæ ſunt, coinquinātes & maculātes animam, propter quod nullam veram voluptatem adferre poſſunt: d quorum conuiuia delitijs, & voluptatibus exquiſitis carnalibus, plena ſunt, qui in ſuis luxurioſis conuerſationibus vobis illudunt, inſultant, & quaſi ludum vos ſibi faciunt, qui eorum corruptiones fugitis, e quorum oculi ex abundantia affectus, & luxurioſiſsima circungyratione atque cōpoſitione, præſeferunt & demonſtrant luxuriā, atque vitiū quodlibet

a in his quæ ignorāt blaſphemātes, b in corruptione ſua peribunt, percipiētes mercedem iniuſtitiæ. c Voluptatem exiſtimantes diei delitias, coinquinationis & maculæ, d delitijs affluentes in cōuiuijs ſuis, luxuriantes vobiſcum, e oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti.

bet aliud ſine fine, qđ cũ luxuria ſo
let cõcomitari: a qui attrahũt ad
deceptionẽ, eos qui nõ ſunt in vir-
tutibus bene conſtabiliti, qui affe-
ctũ habent in auaritia inueteratũ,
& eidem aſſuetũ ex longa conſue-
tudine: maledictioni æternę obno
xij, ſicut modò fuerũt ad maledicẽ
dum prõpti: b qui viã regiã vir-
tutis derelinquentes, declinauerũt
in itinera impietatis per auaritiã,
ſequentes exẽplum Prophetę illius
mali Balaã, c qui tractus cupidi-
tate propoſitorũ præmiorum à re
ge Balach, cùm pergeret ſimul cũ
nuncijs eius ad maledicẽdũ popu-
lo dñi, d correptus fuit de ſua in-
ſana dementia auaritiæ illius, per
animal mutũ cui inſidebat, ſolitũ
ſub iugo incedere, animal vile &
humile, nẽpe aſinã: qđ animal vo-
ce humana loquẽs per miraculum,
prohibuit Prophetã, ne perficeret
inſipiẽs cõſiliũ ſuũ, quod propoſue
rat ſpe pręmij, hoc eſt, vt nõ male-
diceret Iſraẽlem. e Hi ſunt fontes
in quibus non eſt aqua, qui ma-
gna promittunt & mirabilem in ſe

a Pellicientes animos ſtabiles, cor exercitatum in auaritia habentes maledictiõis filij.

b derelinquentes rectam viã errauerũt, ſecuti viam Balaã ex Boſor,

c qui mercedẽ iniquitatis amauit.

d correptionẽ verò habuit ſuæ veſaniæ, ſubiugale mutũ animal, in voce hominis loquens ꝓhibuit Prophetæ inſipientiã.

e Hi ſunt fontes ſine aqua.

videntur ſapientiam atque ſciētiā continere, cùm ſint ſalutaris ſapiētię aqua prorſus vacui. a Sunt nebulæ ſteriles ab omni opere bono, & obſcuritatē habētes intellectus, priuati lumine veritatis & fidei, qui circunferuntur & exagitantur ab impulſibus affectionū ſuarum carnaliū: b quibus caliginoſis nebulis, rectè caligo in inferno deputata eſt, æternarū tenebrarū, c per ſuā enim ſuperbiā inflati, magnifica ſed vana loquentes (ſiue in eloquētia, ſiue in ſæculi ſapiētia) hoc modo ſibi animos cōciliēt audientiū atque ita pelliciunt in ſuos errores, ad inſequēdum deſyderia carnis luxurioſa? d homines adhuc imperfectos, qui cœperant à mala ſua conuerſatione ſeſe elōgare, ſed ad perfectam virtutis ſtabilitatem nec dum peruenerant. Tales enim ferè ſunt qui poſt carnis doctores abeunt, & ſequentes in ſuorū præceptorum erroribus cōuerſantur. e Et promittunt quidem iſti falſi doctores auditoribus, verā libertatem reputantes peccādi licentiam, Euan-

a & nebulæ turbinibus exagitatæ,

b quibus caligo tenebrarum reſeruatur.

c Superbia enim vanitatis loquentes pelliciunt in deſyderijs carnis luxuriæ,

d eos qui paululū effugiūt qui in errore cōuerſantur,

e libertatem illis promittentes,

Euangelicā libertatem. a Cùm tamen ipſi ſint & permaneāt veri ſerui peccati,& omnis corruptelæ. b Nā vniuerſaliter illius quis ſeruus eſt & haberi debet à quo ſuperari paſſus eſt. Dū ergo ipſi à carnis & peccati corruptiōe ſe permiſerint ſuperari, dubiū eſſe nō poteſt, quin ſerui ſint & dici debeāt corruptionis. c Et ſi quidē poſtquàm ſęculi huius mala deſyderia, quæ coinquināt hominē, per fidem & cognitione domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſemel dereliquerūt & abiurauerūt, ad eadem poſtmodū reuerſi, permittant ſe ab eiſdē ſuperari, quæ prius abnegauerant, verè in peiori iam ſtatu ſunt conſtituti, quàm ante fuerant. d Nā minor eſſet eis damnatio, ſi penitus nunquàm cognouiſſent fidei veritatē, quā modò ſit futura, poſtquàm agnitam ſemel & ſuſceptam fidem iterū abijciūt, e derelinquētes ſanctum illud mandatū, quod de fide Chriſti ſuſceperunt ex Apoſtolorū traditione, atque doctrina. f Quilius rectè accommodari poteſt ve-

a cùm ipſi ſerui ſint corruptionis.

b A quo enim quis ſuperatus eſt huius & ſeruus eſt.

c Si enim refugiētes coinquinationes mūdi in cognitione domini noſtri, & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.

d Melius enim erat illis non cognoſcere viā iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti.

e ab eo quòd illis traditum eſt ſancto mandato.

f Contigit enim eis illud veri prouerbij.

a Canis reuerſus ad ſuum vomitũ, & ſus lota, in volutabro luti.

tus illud prouerbiũ, quo dici ſolet de recidentibus in priſtina vitia. a Canis reuerſus eſt, ad reſumẽdũ id quod per vomitũ eiecerat: & ſus lota rurſus ſe in volutabro luti reuoluit, vt iterũ fiat immũda. Sic enim ſunt, qui ſæculi ſemel abnegata deſyderia, & abiuratos ſemel Satanę errores, poſtmodum reſumunt: & poſt munditiam quã in baptiſmo conſequuti ſunt in luto concupiſcentiæ ſuæ, iterum ſe polluunt.

TEXTVS. Cap. III.

a Hãc ecce vobis chariſsimi ſecundã ſcribo epiſtolã, b in quibus veſtrã excito in cõmonitione ſyncerã mẽtem, c vt memores ſitis eorũque prædixi, verborũ à ſanctis Prophetis, & Apoſtolorũ veſtrorum præceptorũ domini & ſaluatoris.

Elucidatio CAP. III.

Va Idete fratres chariſsimi, quemadmodũ ex nimia erga vos dilectione hãc vobis ſcribo ſecundã epiſtolã, poſt illam quã nuper miſerã priorem. b In quibus ambabus hoc ago, nõ tã vt doceã quaſi ignorãtes, quàm vt mentem veſtrã (quam ego rectã & integrã in fide Chriſti exiſtimo) per meam cõmonitionem excitare ſtudeam, c vt memores ſitis ſermonũ quos vobis prædixi à ſanctis patribus ac prophetis multò ante prædictos, & præceptorũ domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ Apoſtoli

ſtoli vobis ex eius nomine tradiderunt obſeruāda. a Super omnia illud cōſyderātes ad cautelā diligēter, quod in nouiſsimis diebus palā veniēt, quales ex antiquo inceperūnt prodire, & etiā modò nō deſunt, vafri & nequā impoſtores, in deceptione & fraudulentia ſua hominū mētes ſeducere quærētes. b qui conuerſabūtur ſecūdùm naturalia corruptæ carnis mala deſyderia, & dicēt: c Vbi eſt promiſsio quam expectāt Chriſtiani, de vēturo regno, & mūdi innouatione, carnis reſurrectione, vita æterna, & ſimilibus? d vbi & quando erit aduētus Dei, ad cōplendū ea quæ promiſit: quaſi dicāt, eo quòd nōdum videātur iſta, idcircò vana eſſe omnia & ridicula. e Ex quo enim (dicēt iſti) maiores noſtri obierunt, ex antiquiſsima præcedentiū memoria, & ab initio mundi, ſemper in eodē ſtatu mūdus perdurat, & defectio nulla viſa eſt, quæ ſignum eſſe poſsit finalis conſummationis, & deinde ſubſequuturæ nouæ retributionis. Verùm iſti ſic

a Hoc primū ſciētes quòd venient in nouiſsimis diebus in deceptione illuſores,

b iuxta proprias cōcupiſcentias ambulantes, dicentes:

c Vbi eſt promiſsio,

d aut aduentus eius?

e Ex quo enim patres dormierūt omnia ſic perſeuerāt ab initio creaturæ.

argumẽtantes,ſeipſos paralogizãt

a Latet enim eos hoc volentes,. ac fallũt.a Affectata námque ignorãtia nolunt intelligere,neque aduertere,mutationẽ maximámque in mundo olim facta eſt,quæ venturæ poſtmodũ conſummationis

b quod cœli erant prius,& terra,de aqua, poſsit eſſe ſignũ ſufficiens: b quoniã aëris loca & regiones ab initio fuerunt,& terra fuit ex aqua (tertia die quãdo denudata fuit aquis ex bona parte)emicãdo apparens,

c & per aquam conſiſtens Dei ver, bo, c & verbo Dei ſuper aquas firmata & ſtabilita,& per eas firma ac ſtabilis perſeuerãs,vt non moueatur in ſæculũ ſæculi:

d per quæ ille tũc mundus aqua inũdatus periit. d per quę nẽpe aërem,aquã,ac terrã,ille qui tũc erat originalis mundus ante diluuiũ excreſcente aqua,obrutus periit(vt ſic loquamur)ratione omniũ viuẽtium quę in eo perierunt, pauciſsimis in arca reſeruatis.Rupti enim fuerunt ad hoc diluuium cõplendũ omnes fontes abyſsi,qui erant in terra, & aëris bona pars in pluuiam verſa, ſimul ad idẽ diluuium faciendũ acceſsit in adiutoriũ:& ſic aqua in tantũ excreuit vt moreretur omne viuens ſuper

terram.

terram. a Aër autē in eo ſtatu in quo nūc eſt poſt illud vniuerſale diluuiū,& terra vt nūc eſt, per idem Dei verbū ſunt in ſuo ſtatu conſtituti vſque in diē iudicij,quādo perdendi ſunt impij:vt tūc per ignem cōflagrationis iterū immutētur in optimū ſtatū,poſtquàm fuerint purificati per ignē. b Denique & illud velim diligēter attēdatis,quod mille annorū tēpus ſic eſt ante dominum (cuius duratio æternitas eſt) ſicut apud nos breuis duratio vnius tantùm diei,& ecōtrario:ita vt dominus illud minimè reputet tēpus prolixum,quod nos longiſſimum arbitramur, quoniam longiſſimum tēpus,non eſt niſi momentum breue,ſi comparetur cū æternitate. c Et idcircò ſciendum nobis eſt, quod tametſi nobis ſic videatur: non tardat tamē nec protrahit dominus promiſſionē ſuam de aduentu ſuo & omniū innouatione,vltra tempus congruū & à ſe ad hoc præſtitutū quaſi jam reuocata ſententia non ſit impleturus quæ promiſit: ſed expectando pa-

a Cœli autē qui nunc ſunt, & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum.

b Vnum verò hoc nō lateat vos chariſſimi,quia vnus dies apud dominū ſicut mille anni: & mille anni, ſicut dies vnus.

c Non tardat dominus promiſſionem ſuam ſicut quidē exiſtimant: ſed patienter agit propter vos,

tientiā exhibet propter vos cæte-
róſque peccatores homines, vt tē-
pus cōcedat hominib⁹ pœnitētiæ,
a nō deſyderās cuiuſq; interitū ac
perditionē: ſed quantū in ſe eſt, po
tius oēs per pœnitentiā ad ſe reuer
ti, atque ita ſaluos fieri cupiens. b
In veritate autē, ſuo tēpore adue-
niet illa dies viſitationis & iudicij,
ſubitò & occultè, quādo nō exiſti-
mabūt homines. c In quo die, aëris
regiones magna impetus vehemē
ta trāſibūt à ſtatu in quo nūc ſunt,
immutati in melius: & nō aër ſolus
ſed elemēta omnia, p virtutē calo-
ris ignis illius purgabūtur exami-
nata. d Et terra p eandē ignis illi-
us vim, cōflagrabitur, cum omni-
bus quæ fuerint ſuper eā inuenta.
e Conſyderandū autē vobis eſt, ſi
in illo tēpore futuræ retributionis
inanimata etiā elemēta oportet ſic
igne probari & purgari, quę tamē
arbitrij libertatem ad peccandum
non habent: f quales oportet vos
modò exhibere rationales creatu-
ras, qui liberū habetis ſuper actio-
nes veſtras arbitrium, de quibus
tunc

a nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitētiam reuerti.

b Adueniet autē dies domini, vt fur,

c in quo cœli magno impetu tranſient: elemēta verò calore ſoluentur.

d terra autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur.

e Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint,

f quales oportet vos eſſe, in ſanctis conuerſationibus & pietatibus,

tunc fiet examen, in conuerſatione veſtra, & in cultu ſtudióque bonorum operũ ſecundùm pietatem, a vt ſic expectetis aduẽtum diei illius & quodãmodo obuiam procedatis per amorem & indefeſſum bonæ operationis ſtudium, veniẽti ad iudicium domino. b Cuius virtute, per ignis miniſteriũ, aëris regiones conflagrabuntur, & elementa cætera per vim ardoris eius à ſuo ſtatu priori pereuntia, ad meliorẽ ſtatutũ purificata reformabũtur. c Expectamus autem tũc poſt illam ſanctam purgationem noua & meliora facta omnia nempe innouatum aërem, & melioratã terrã, quæ promiſit, d in quibus inhabitabit munditia, & ſuo quodãmodo iuſtitia: quando omnis erit immũditia ab eis per ignẽ purgantẽ abſterſa, quam ex hominũ commercio nũc quodãmodo contrahunt. e Propter ꝙ chariſsimi cũ iſta expectemus talia & tãta ꝓmiſſa, certiſsimè ſuo tẽpore implenda obſecro vos, f vt in oĩ ſtudio & diligẽtia ad hoc adnitamini vt ſine

a expectantes & properãtes in aduentum diei domini:

b per quẽ cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent:

c Nouos verò cœlos & nouã terrã & promiſſa ipſius expectamus,

d in quibus iuſtitia habitat.

e Propter quòd chariſſimi hæc expectantes,

f ſatagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace:

macula & pollutione inueniamini tũc ante conſpectũ venturi iudicis in pace.

a & domini noſtri Ieſu Chriſti lõganimitatẽ, ſalutem arbitramini,

a Et expectationẽ iſtam, qua dominus ꝓmiſſum ſuũ differt ad ſalutẽ peccatorũ exhiberi credatis, vt per pœnitẽtiã ſalui fiant peccatores:

b ſicut & chariſsimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis,

b quẽadmodũ & chariſsimus frater noſter Paulus gentiũ apoſtolus vobis ſcripſit Chriſti fidelibus, ſecũdùm ſapientiã ſibi à Deo datã, ad huius miniſterij ſui defunctionẽ rectè exequendam:

c ſicut & in omnibus epiſtolis, loquẽs in eis de his,

c quemadmodũ & in omnibus ſuis epiſtolis, quas ad diuerſos diuerſas ſcripſit ad cõmunem omniũ vtilitatem, vbique de his & ſimilibus (quę ad inſtructionẽ morũ & fidei certitudinẽ pertinẽt) loquẽs, & ea ſemper inculcãs.

d In quibus ſunt quædam difficilia intellectu,

d In quibus Pauli epiſtolis cõplura reperiũtur ad intelligẽdũ loca difficilia, propter ſenſuũ altitudinẽ potiſsimũ de fide & operibus, de gratia Dei, & ſimilibus,

e quæ indocti,

e quæ homines ſcioli qui doctores ſe exhibere volunt antequàm in diuinis ſcripturis diſcipuli & docti fuerint:

f & inſtabiles,

f & homines inutiles atque inſtabiles, q ſi fortè

eruditi

eruditi in ſcripturis, nimis tamen citò ſe ſubtraxerunt à diſciplina, nec ſtabiles in ea permãſerunt: a Iſti, inquam, ſunt q̃ illa apud Paulũ difficiliora deprauatè legunt & intelligũt, b quemadmodũ & cæteras ſcripturas ſolent huiuſcemodi indocti & inſtabiles homines deprauatè ad ſuũ peruerſum ſenſum attrahere, c quòd illis erit in perditionem. Hæc enim agentes perdunt ſeipſos. d Vos itaque boni Chriſtifideles, ex noſtra monitione cognoſcẽtes periculũ, vobiſipſis diligenter attendite: & cauete, e ne iſtorum inſipientiũ hominum erroneis perſuaſionibus à via recta in deuia abducti, atque cõfuſi excidatis ab illa firmitate ſanctæ fidei, in qua modò per gratiã Dei bene ſtatis. f Magis autem curate, vt creſcatis quotidianiſque profectibus augmentũ ſumatis in gratia Dei, & fideli cognitione domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. g Ipſi eſt & ſit gloria, nunc & in æternum, Amen.

a deprauant,

b ſicut & cæteras ſcripturas,

c ad ſuam ipſorũ perditionem.

d Vos igitur fratres præſciẽtes cuſtodite,

e ne inſipientium errore traducti, excidatis à ꝓpria firmitate:

f Creſcite verò in gratia & in cognitione domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti.

g Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis.

Finis.

Finis Elucidationis.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam canonicam priorem beati Ioannis Apoſtoli.

EPISTOLAM ISTAM CAnonicā beati Ioannis apoſtoli, quia nullo conſequenti procedit ordine, ſed pro affectus varietate, frequenter ſine vlla cōnexione de alio trāſit ad aliud: nunc rectum fidei dogma proponens, nunc aduerſus hæreticorum errores agens, & ab eis cauere præmonens, nunc fraternam charitatem præcipiens, nunc diuinam commendans, nunc de ſpirituali generatione qua ex Deo nati ſumus, nunc de mundo eiſq; quæ ſunt in eo fugiendis, ſermonem faciens, difficilè eſt certò vno argumento proſequi. Volumus tamen (quod in alijs Epiſtolis fecimus) etiam hanc breui epitomate per ſingula capita deliniare. In primo itaque capite ſuæ prædicatiōis certitudinem, ex ſenſibili cum Chriſto domino conuerſatione præmittens, ſimul etiam quid annunciauerit proponit: nempe lucem eſſe Deum puriſſimam abſque omni admixtione tenebrarum, nos quoque debere in luce conuerſari: quod facientes, ſocietatem habebimus cum eo, & ſanguis eius nobis ad peccatorum proficiet emundationem. Et ne quis ſe remiſſione illa non indigere exiſtimet mendacē dicit omnē,

qui ſe peccatum non habere audet præſumere. Secundo autem capitulo, vt non peccent monet: ſi tamen peccare contigerit, vt non deſperent, ſed per aduocatum noſtrum Chri*ſtum, propitiationem quærant.* Deinde *quis verè* Deum *co-gnoſcat, & rectam habeat erga illum charitatem, ínque eo maneat, ex operibus mandatorum* Dei *deſcribit.* Chari*tatis mandatum vetus nominat, ſimul & nouum: diligentem fratrem dicit eſſe in luce, quomodo odientem in tenebris.* Poſt *hoc familiariter alloquens ſingulas ætates, ſenes, iuuenes, adoleſcentes, infantes, omnes tandem vniuerſali admonitione ab amore mundi dehortatur, omne quod in mundo regnat, in tribus vitijs atq; malis peſtibus (quæ totum orbem inficiunt) conſtituens, nimirum in concupiſcentia carnis, in concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Poſt *hoc, dicens iam nouiſsimam eſſe horam, & antichriſtos (id eſt, veritati contradictores) multos iam exurrexiſſe, ipſe tamen de eis non omnino metuit, ſperans quod ipſa ſpiritus ſancti interior vnctio, eos de omnibus quæ ſunt credenda ſufficienter inſtruet, vt illorum vanitatibus & erroribus non habeant fidem.* Illorum *quoque antichriſtorum mendacia, negantium* Chriſtum, *ac proinde etiam patrem aperiens: bonos fideles monet, in ſemel ſuſcepta* Apoſtolica *fide, firmos permanere, promiſsionem eis diuinæ veritatis & vitæ æternæ adijciens.* Atque *hæc ipſa, de vnctione & vitæ æternæ repromiſsione, iterum replicans: monet vnctioni ſpiritus intendere, in* Deo *patre & filio manere, & regeneratos in ipſo operari iuſtitiam.* Tertio *verò capitulo, demonſtrat charitatẽ* Dei *nobis ex hoc exhibitam, quod talẽ nobis ipſe dedit poteſtatẽ, vt filij* Dei *nominemur & ſimus,*

quod

quod licet nunc nondum appareat, in futuro tamen apparebit quid futuri ſimus quando cum eo apparebimus in gloria. Propter quam ſpem noſipſos à peccatis ſtudemus ſanctificare per Chriſtum, qui ſemel ad peccati deſtructionē in carne apparuit: in quo quiſquis manet, non peccat. Monet quoque eos, vt non ſe patiantur ſeduci, ſed operētur iuſtitiam & veritatem, quoniam ex ſolis operibus bonis & malis, eſt filiorum Dei à filijs diaboli diſtinctio: præcipuè autem ex amore aut odio fraterno, dicens omnes fratrum oſores (cuiuſmodi erat Cain) ex diabolo eſſe. Neque mirentur ſi à mundanis hominibus & infidelibus habeantur odio, ſcientes ſe ad vitam per veram Dei & proximi dilectionem, tranſlatos. Oſores autem fratrū homicidas nuncupat, & vita æterna priuatos. Deinde Chriſti charitatem (qui ſeipſum dedit pro noſtra ſalute) proponens in exemplum, vult vt pro inuicem etiam animas noſtras & vitam parati ſimus impēdere. Propter quod nullo modo dicit in illis Dei ineſſe charitatem, qui habentes huius mundi diuitias, neceſſitatem patientibus non exhibent miſericordiam. Neque ſatis eſſe dicit lingua & verbo dilectionem prætendere: ſed neceſſarium eſſe, vt & opere demonſtretur & veritate: vt perfectè exhibita dilectione, cùm non reprahenderit nos conſcientia noſtra, fiducialiter petamus à Deo, quæcunq; velimus, & accipiamus. In quarto verò capite, ſpirituis docet probandos, & quomodo ex confeſſione rectæ fidei debeant diſcerni, manifeſtat: in hoc differentiam aſſignans, quòd illi de mundo loquuntur, & ideò à mundanis acceptantur. Veri autem fideles, quomodo ex Deo ſunt, & non de mundo, ſic & ea quæ Dei ſunt loquuntur quæ mundo non ſapiunt. Ex quo, ſpiritus erroris à ſpiritu veritatis facilè diſcernitur, dum hic

veritati

veritati, ille autem acquieſcit falſitati. Rurſum *deinde eos ad mutuam charitatem adhortatur, Chriſti charitatem proponens in eo quòd prior dilexit nos.* Deum. *etiam charitate nominans, qui per dilectionem manet in nobis: noſq́; in eo.* Timorem *quoq; repugnare dicit veræ charitati diuinæ ſimul & odium fraternum: quoniam mentitur qui ſe dicit* Deum *diligere, ſi fratrem non diligat.* Quinto *autem capitulo, de natiuitate ex* Deo, *pertractat, & de mundi victoria per fidem* Chriſti, *qui per aquam venit & ſanguinem iuxta quod ſpiritus teſtificatur de eo, nec ſpiritus ſolùm, ſed & beata* Trinitas *perſonarum tota: cuius teſtimonio multò magis debet adhiberi fides, quàm vlli aſſertioni humanæ.* Demum *de orandi fiducia, & de peccante ad mortem, aut non ad mortem, de generatione* Dei *à peccato cuſtodiente, differens: mundi malitiam per* Chriſtum *verum* Deum *ſuperatam docens: à ſimulachris eos cauere iubẽs, ita terminat* Epiſtolam.

FINIS ARGVMENTI IN Epiſtolam canonicam priorem beati Ioannis Apoſtoli.

TEXTVS Epiſtolæ canonicę prioris beati Ioannis Apoſtoli.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM CAnonicam priorem beati Ioannis apoſtoli.

TEXTVS Cap. I.

a Quod fuit ab initio, quod audiuimus,

b quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus,

c & manus noſtræ contrectauerunt,

Elucidatio capitis Primi.

a QVOD erat ab ęterno verbũ in ſinu patris, quod per vaticinia Prophetarũ multò ante incarnationem eius audiuimus prænũciari, & poſtmodum ipſis his auribus incarnatum audiuimus loqui, b quod noſtris his oculis ſenſibiliter vidimus ſuo tempore incarnatũ inter homines, & diligenter cõtemplati ſumus, c quod ad maiorem certitudinem ſecundùm carnem etiam palpando contigimus, & contractauimus manibus noſtris, per familiariſsimam quam cum eo habuimus cõuerſationem, de ver-

a de verbo patris, quod eſt ſola & vera vita, & quod manifeſtatũ eſt nobis tãquã vita noſtra, patris voce & miraculorum efficacia, & ita ſenſibiliter vidimus certiſsiméque cognouimus: b Illud ipſum ſicut vidimus & certiſsima ſcientia atque experientia cognouimus, ita teſtificando de veritate prædicamus vobis, Chriſtum Deum & hominem, c qui eſt omnibus credẽtibus vita æterna: quæ erat ab æterno apud patrem, latens in ſinu eius, & his nouiſsimis temporibus apparuit aſſumpta carne, viſibilis. d Quod vidimus, inquam, & ipſi audiuimus vt certiſsimum & indubitatæ fidei annunciamus vobis: e vt credentes aſſociemini nobiſcum, modò in ſpei participatione, & poſtmodum in rei conſimili retributione: f, & omnium noſtrum ſit vna & vera ſocietas, communicatio & participatio atque vnio cũ patre & filio eius Ieſu chriſto: vt omnes vnum ſimus Chriſto, & Deo. g Atque hæc modò quæ olim vos verbo docuimus, etiam

a de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt.

b & vidimus, et teſtamur, & annunciamus vobis

c vitam æternam quæ erat apud patrem, & apparuit nobis.

d Quod vidimus & audiuimus, annunciamus vobis,

e vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum,

f & ſocietas noſtra ſit cum patre, & filio eius Ieſu Chriſto.

g Et hæc ſcribimus vobis,

ſcripto voluimus vobis repetere:

a vt gaudeatis, et gaudium veſtrũ ſit plenum.

a magis vt gaudiũ veſtris animis
ex noſtra hac diligentia & ſolici-
tudine, proueniat, & certũ, firmũ,
ſolidúmque ſit gaudium fidei ve-
ſtræ quàm vt ignorantiam veſtrã

b Et hæc eſt annunciatio quam audiuimus ab eo, & annunciamus vobis.

edoceamus. b Prædicatio autem
quam audiuimus à Chriſto vt eã
prædicaremus omni populo, hæc

c quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vlla.

eſt: c quoniam Deus vera lux eſt,
quæ mundum venit illuminare, &
quod nullæ prorſus, aut ignorãtiæ
aut peccati tenebrę, ſunt in eo. Pro
pter quod, ſic nos conformari illi
luci oportet qui Chriſti dici volu-
mus, vt ſtudeamus (quod in nobis
eſt) omnes erroris & malitiæ tene

d Si dixerimus quoniam ſocietatẽ habemus cum eo & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatẽ non facimus.

bras à nobis depellere. d Si enim
dixerit quiſpiam ſe habere ſocieta
tem cum Chriſto Chriſtianũ ſe no
minando, cõuerſetur autẽ in erro-
re aut malitia, mẽdax eſt ille, & ve
ritatem opere non loquitur, quam

e Si autẽ in luce ambulamus,

lingua & ore confitetur. e Quiſ-
quis autem in luce conuerſari ſtu-
det, in omni bonitate per gratiam

f ſicut & ipſe eſt in luce.

Dei laborãs incedere, f quẽadmo
dum Chriſtus ipſe lux vera eſt per

ſuam ſubſtãtiam: qui, inquam, ſic ſe illi aſsimilat in operatione & cõuerſatione, vt eſt ille in ſua eſſentia: a is verè ſocietatem habet & vnitatem primùm cũ priximo ſuo atque deinde cum Deo: b & illi proderit ſanguis Chriſti, & emundabit talis per virtutem ſanguinis Chriſti ab omni peccato in quodcunque cõtigerit per fragilitatem incidere. c Si dixerit quis ex nobis (qui in hac carne adhuc agimus) hominibus, ꝙ nullũ omnino, neque grande neque paruũ aliqñ cõmittat peccatum, falſum ille ſibi perſuadet, & veritas hac in parte fugit ab illo. Præſtaret culpã agnoſcere, vt veniã precari. d Si enim agnoſcamus ante Deum, & confiteamur humiliter peccata noſtra, fidelis eſt ipſe & iuſtus, vt iuxta verbum ac pactũ miſericordiæ ſuę cõfitentibus & pœnitentibus nobis dimittat peccata noſtra. e & per virtutẽ ſanguinis ſui, quẽ ſup nos inuocamus, emundabit nos ab omni iniquitate. f Si autẽ dixerimus, quoniã nihil peccati aduerſus

a ſocietatem habemus ad inuicem,

b & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius, emundat nos ab omni peccato.

c Si dixerimus, quoniam peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

d Si confiteamur peccata noſtra fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra,

e & emũdet nos ab omni iniquitate.

f Si dixerimus, quoniam nõ peccauimus, mendacem facimus eum,

ſus Deum habemus,& excuſare velimus,ſic quaſi per noſipſos ſimus innocẽtes & mũdi, mendacẽ dicimus Deũ,qui in pleriſque ſcripturę locis apertè cõtrarium aſſeruit,

a & verbũ eius non eſt in nobis.

a & verbũ veritatis eius nos abnegamũs,eique contradicimus.In pleriſque enim ſcripturarũ locis, hoc legitur ex ſpiritu Dei dictum: quoniã omnes ſub peccato ſumus, & glorificari habet in nobis deus, vt per ſe nobis peccata remittat: quod ille negare cognoſcitur quiſquis ſe quaſi innoxium & per ſe mundum,vanè gloriatur.

TEXTVS Cap. II.

a Filioli mei hæc ſcribo vobis,vt nõ peccetis.

Elucidatio. CAP. I.I.

Ia Sta autẽ,nempe ꝙ Chriſtianus debet extra tenebras in luce cõuerſari,& de confeſsione ac remiſsione peccatorum: nos ob hoc ſcribimus vobis,per modũ cõmonitionis, vt vos à peccatis deterreamus,vt ab eis (quantũ fieri poteſt)ſtudioſè declinetis.

b Sed & ſi quis peccauerit,

c aduocatum habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtum.

b Qui tamen in peccatũ ceciderit,nõ deſperet de peccati remiſsiõe:ſed recurrat ad veniam. c Habemus enim aduocatum & interceſſorem apud

apud patrē Ieſum Chriſtū, qui iuſtus eſt:& ſicut promiſit, fidelem ſe patientibus propitiatorē & pontificē, exhibet. Ne quis fortè paternæ iuſtitiæ diffidens ſeueritati, in deſperationē corruat. a Et ipſe eſt qui nobis propitium reddit patrē, ne pro peccatis noſtris dānemur. b Non ſolùm autem pro noſtris, id eſt pauculorum hominum peccatis, ſed vniuerſaliter pro omniū hominum delictis ſe exhibet in cōmune propitiatorem. c Et hoc nobis certum eſt ſignum quòd verè eum cognoſcimus perfecta ſapientiæ cognitione, ſi ea quæ præcepit ſtudeamus operibꝰ adimplere. d Qui enim dicit ore ſe Deum per fidem cognoſcere, & mandata eius nō obſeruat, mēdax eſt, & ſine veritate in hoc loquitur lingua, & cōtra linguā opera clamēt. e Qui autem verba præceptorum eius opere adimplendo diligenter cuſtodit, in hoc charitas Dei vera & integra eſt, qualis eſſe debet, ad ſalutē ſufficiēs habēti. f Ex hoc aūt ſi gnọ cognoſcere poſſumus ꝓbabili

a Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris,

b non pro noſtris autē tātùm, ſed etiam pro totius mundi.

c & in hoc ſcimus quoniam cognouimus eū ſi mādata eius obſeruamus.

d Qui dicit ſe noſce Deum, & mādata eius non cuſtodit, mēdax eſt, & in eo veritas non eſt.

e Qui autem ſeruat verbū eius verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.

f In hoc ſcimus, quoniā in ipſo ſumus.

existimatione, ꝙ in ipſo ſimus, & vnum cum eo.

a Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille am bulauit, & ipſe ambulare.

a Quoniam qui ſe ore affirmat in Chriſto ꝑmanere, & verè Chriſtianũ ſe eſſe gloriat̃ debet ille, vt ſit hæc gloria atque aſſertio vera, ſic conuerſari, queãd modũ ille conuerſatus fuit in mũdo, eiúſque veſtigia ſectari.

b Chariſsimi, nõ nouum mandatũ ſcribo vobis, ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio, mandatum vetus eſt verbum quod audiſtis.

b Chariſsimi nullũ vobis nouum mãdatum ſcribimus, ſed vetus quod ab initio veſtræ cõuerſationis audiſtis & accepiſtis. Siquidẽ baptizati mox docebamini ſeruari, quęcũque præcepiſſet dominus obſeruãda.

c Iterum manda tum nouum ſcribo vobis, quod verũ eſt, & in ipſo, & in vobis:

c Rurſum tamen cõmonefaciendo vos, quodammodo vetus hoc in nouo mandatũ in cordib⁹ veſtris: ꝙ ſicut in ipſo dño in veritate erat, ſic & in vobis eſſe debet & ſicut in ſeipſo dominus opere demõſtrauit, ita & in vobis requirit,

d quia tenebræ tranſierunt.

d quia tenebræ abierunt infidelitatis, qñ in baptiſmo peccatis cõcupiſcẽtijs mortui ſumus, & veritas iam illuxit Chriſtianæ fidei, vt ambulemus & operemur ſecũdùm eã.

e & verum lumẽ iam lucet.

e Vnuſquiſque aũt cõſyderet, ne ſeipſum fallat, putans ſe

eſſe

eſſe in luce, cùm nõ ſit propter ſolam fidẽ mortuam ſine charitate. a Si quis enim ſe dixerit eſſe in luce, ſuper mortua fide cõfiſus, odio aũt habeat fratrẽ ſuũ, in tenebris adhuc ille manet & pſeuerat, quãtumuis ſibi videat illuminatus, donec odium abijciat. b Qui diligit fratrẽ ſuum, in lumine verò cõuerſatur: & in dilectione ſic ambulans, non patietur offendiculũ, nihilque illi nocebit. c Qui autem odium habet erga fratrẽ ſuum, in tenebris eſt & in cordis ſui cæcitate graditur. d Ignorans quo vadat, id eſt quid agat, quia tenebræ quę ex odij affectione ſunt exortę excæcauerunt oculos mentis eius, vt quod bonũ eſt ac rectũ, purè cernere ad agendũ non poſsit. Hanc autem admonitionẽ epiſtolæ huius, ego ad oẽs in vniuerſum qui ſunt in vobis, cuiuſcunque ætatis & conditionis fideles volui deſtinare. e Omnib⁹ vobis, qui filij eſtis mihi tenerè dilecti ſcribo: quoniam remittunt vobis peccata ꝑpter nomẽ eius, de quo ſcribimus.

a Qui dicit ſe in luce eſſe & fratrẽ ſuum odit, in tenebris eſt vſq; adhuc.

b Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt.

c Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat:

d & neſcit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

e Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomẽ eius.

b Scribo vobis patres, quoniam cognouiſtis eum qui ab initio eſt.
b Scribo vobis adoleſcētes, quoniã viciſtis malignũ.
c Scribo vobis infantes, quoniam cognouiſtis patrem.
d Scribo vobis patres, quoniam cognouiſtis eum qui ab initio eſt.
e Scribo vobis iuuenes, quoniã fortes eſtis, & verbũ Dei manet in vobis, & viciſtis malignum.
f Nolite diligere mundũ, neque ea quæ in mũdo ſunt
g Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo:

a Vobis ſcribo ſeniores, quoniam fideles facti cognouiſtis eũ qui eſt in eternitate, patrem æternũ. b Et vos quoque adoleſcentiores digni mihi viſi fuiſtis quos meis collaudarem literis, quoniam ſpiritus virtute per fidem deuiciſtis malignum, qui in baptiſmo aufugit à vobis. c Ad vos quoque qui eſtis ætate minimi, vix dũ perfectæ rationis vſu gaudētes, noſtræ huius epiſtolæ ſermo ſimiliter loquitur, quoniam qualicunque cognitione Deum vt patrē agnoſcitis, in cuius nomine baptizati eſtis. d Vobis, inquam, ô patres ſcribo (vt ex magna affectione ſemel dictũ iterum replicē) quoniã crediſtis & fide cognouiſtis æternitatis Deũ. e Et vobis adoleſcētib⁹ ſcribo, quoniã robuſti eſtis ſpiritu & verbum Dei cuſtoditis in vobis & viciſtis diabolum, per fidei veſtræ virtutē. f Ne diligatis chariſsimi præſens iſtud ſæculum nequam, neque vlli rei, quæ in mũdo eſt, cũ affectu cordis inhæreatis. g Quiſquis enim in mundanis rebus cor defixũ habet, & ſæ-

& ſæculo labenti corde adhæret: conſtat illum in ſe non habere veram Dei ſuper omnia (vt oportet) dilectionem. Et verè nō debet mūdus, nec poteſt cum Deo diligi.

a quoniam omne quod eſt in mūdo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorū, & ſuperbia vitæ.

a Quoniam omne quod in mundo eſt & mundanū dicitur: aut ad concupiſcentiam carnis pertinet, aut concupiſcentiam oculorū, aut ſuperbiam vitæ. Quarū prima, gulam cōtinet, atque luxuriam. Secūda, auaritiam, & ſuperfluam habēdi cupiditatem. Tertia, ſuperbiam & ambitionem: ſub quibus incluſa ſunt omnia vitia, b quæ in mundo dominātur, quarū trium nulla ex Deo eſt, neque Deo placet: imò ex mundi corruptione, & Deo cōtraria ſunt atque inimica. c Mūdus autem iſte præſens, præterit, & tranſit, nullam habens ſtabilitatem, cū omni cōcupiſcentia ſua: & proinde quiſquis in mūdo floret, mūdique ſectatur concupiſcētias, breuē, vanam, & mox periturā ille ſectatur vmbrā. d Qui aūt in hoc ſolicitus eſt, vt Deo placeat, eiúſque perficiat volūtatē, illius gloria

b quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt.

c Et mundus tranſit & omnis cōcupiſcentia eius.

d Qui autem facit voluntatē Dei, manet in æternū.

& fructus permanebit in ęternum
a Filioli, nouiſsima hora eſt. ante dominū. a Filioli, iam no-
uiſsima ſunt mundi huius tēpora,
& ad finē mundus iſte ſuo decurſu
b Et ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit: peruenit. b Et ſicut freq̄uēter ex
Apoſtolorū monitionibus audiſtis
ꝙ antichriſtus nouiſsimis tēpori-
bus ante iudicium ſit venturus in
c et nūc antichriſti multi facti ſūt: mundū, ita iam impleri cœptū eſt
in præcurſoribus eius: c quoniā
iam antichriſti multi exurrexerūt,
qui illius peſsimi aduentum quaſi
præcurſores prænūciant, incipien
tes modò hæreſes, perſecutiones,
& ſchiſmata, quę ille perfectius cō
d Vnde ſcimus, quia nouiſsima hora eſt. plebit. d Vnde cognoſcimus, ꝙ
iam ad occaſum mūdus declinat,
& nouiſsima inſtāt cōſummatio-
nis tēpora. Nam præueniētib' prę-
curſoribus, nō longè poteſt abeſſe
is quē prænūciant, & cui aduentū
e Ex nobis prodierunt: præparant. e E' noſtro quidē cō
tubernio (id eſt ex Chriſtianorum
cœtu & eccleſia) apoſtatantes ab-
ſceſſerūt, ad ſua ſchiſmata ſuſcitā-
f ſed non erant ex nobis: da: f ſed non erant ſecūdùm Dei
prædicationem & finalem perſeue
rantiam, de bonorum & ſaluando
rum

rum fidelium numero. a Si enim diuina eos prçſcientia de fidelium ſaluandorum numero præcognouiſſet,indubiè nobiſcū(id eſt,cum cæteris ſanctæ eccleſiæ fidelibus filijs)in vna fide eadémque ſentētia,in finem vſque per Dei gratiā permāſiſſent. b Sed idcircò permittit eos Deus à nobis ſic patēter ſeparari,vt clareat, quoniam non omnes de numero ſunt verorū fidelium,ſecundùm præſciētiam & prædeſtinationem Dei, qui modò vidétur cum eis in ſacramentis & alijs exterioribus communicare. c Vos autem internam habetis in vobis ſpiritus ſancti inſtructionē, d & eo ſuggerēte,docentéque vos omnem veritatē,hæc omnia quæ ad veſtram ſalutē ſunt neceſſaria, bene cognoſcitis. e Vnde neque ego vobis ideo ſcripſi,vt docerem quaſi ignorātes veritatem catholicæ fidei:ſed potius quaſi iam rectè & integrè ſentientibus, tātùm ad commonitionē & exhortationem ſalutarem. f Et illud potiſsimùm ſciētibus quoniā omne mē-

a Nam ſi fuiſſent ex nobis,permanſiſſent vtique nobiſcum.

b Sed vt manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis:

c Sed vos vnctionē habetis à ſancto,

d et noſtis omnia.

e Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam:

f et quoniā omne mendacium ex veritate non eſt:

dacium & verbi & operis Deo cõtrariatur,& cum Deo ſtare nõ poteſt. a Inter omnia verò mendacia,illud ergo præcipuum pronuncio,& quaſi caput omnis blaſphemiæ,eorum qui negando aſſerunt Chriſtum Ieſum non eſſe verum filium Dei,nec Meſsiam illum in lege & prophetis repromiſſum,& quòd per eum humani generis ſalus non fuerit operata.

a Quis eſt mendax, niſi is qui negat, quoniam Ieſus nõ eſt Chriſtus?

b Quiſquis tale aliquid impudenti audet aſtruere mendacio,ſignate eum,& cauete ab illo, quoniam antichriſtus eſt ille, Chriſtóque aduerſarius & hoſtis publicus,qui ſic mentitur negans Dei filium,ac proinde & patrem. c Omnis enim qui Dei filium negat, nec credit,vt oportet de eo, is nec rectam poteſt habere, neque fidelem patris cognitionem, quoniam pater & filius vnum ſuut,& ſi patrem cognouiſſent, filiũ etiam cognouiſſent,quemadmodum & econtrario. d Qui confitetur ſicut oportet Chriſtum Dei filium,patrẽ quoque(qui cum filio vnum)vera item confeſ-

b hic eſt antichriſtus, qui negat patrem & filium.

c Omnis qui negat filium, negat & patrem.

d Qui confitetur filium & patrem habet.

confeſsione cõfitetur. a Vos autem doctrinam fidei, illam quam audiſtis à principio veſtræ conuerſionis, cuſtodite in vobis, & in illa firmi permanete: b quoniam ſi in illa perſeueranter ſteteritis, non declinãtes in errorum deuia, ſicut modò eſtis vnum cum patre & filio, ſic & permanebitis per hanc fidei rectitudinem. c Repromiſsio autẽ quam pollicitus eſt nobis (hoc eſt, fidelibus perſeuerãtibus in doctrina fidei) vita æterna eſt, vt ne quis paruifaciat. d Hæc ſcripſi vobis quaſi per quandam admonitionem, de ſeductoribus iſtis, qui fideliũ mentes quærunt à veritate auertere poſt ſuos errores. e vos autem videte, vt ſpiritus ſancti illa interna inſpiratio atque inſtructio permaneat in vobis: quæ abſcedit, cùm quis erroribus implicatus ſe à veritate auertit. f Et non eſt modò neceſſarium, vt prolixioribus ſermonibus & pluribus verbis latius proſequentes, iſta vos doceamus, aut alius quicunque, quoniã ipſi per ſpiritusſancti illumi-

a Vos quod audiſtis ab initio, in vobis permaneat,

b quia ſi in vobis permanſerit quod audiſtis ab initio, & vos in filio & patre manebitis.

c Et hæc eſt repromiſsio quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam.

d Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos.

e & vos vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis.

f Et nõ neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos,

a ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus,

b & verũ eſt, & nõ eſt mendaciũ. Et ſicut docuit vos, manete in eo.

c Et nunc filioli manete in eo, vt cũ apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius.

d Si ſcitis quoniã iuſtus eſt,

e Scitote, quoniã & omnis qui facit iuſtitiã, ex ipſo natus eſt.

illuminationem facilè iſta capitis & intelligitis: a ſed ſicut interna illa ſpiritus vnctio, ſuggerẽdo quæ ſunt veritatis, vos inſtruit de omnibus, quæ ad fidei & morũ integritatem pertinent, rectã dans intelligẽtiam, b & ſicut verum eſt ſine mẽdacio quod illa docet, ſic in ea curate permanere, & ne per veſtrã culpam ſubtrahatur vobis, diligenter attendite. c Quid multa? Filioli obſecro, vt in eo permaneatis qui vos ſemel vocauit & docuit: vt cùm apparuerit in iudicio Chriſtus dominus noſter, cõfidẽter tũc ante illum, quaſi fideles amici eius ſtare valeamus pariter, & nõ confundamur per ſententiam condemnationis eius, quum aduenerit. d Si ſcimus (ſicut verè ſcimus) eũ eſſe iuſtũ ſubſtãtialiter, imò ipſam iuſtam iuſtitiam, e & illud ſimiliter conſyderate, quod inter homines quiſquis in operibus exercet iuſtitię, iuſtéque operatur, ex Deo natus eſt ſpirituali generatiõe, & Dei filius atque amicus vocari, haberi, & eſſe meretur.

Elucidatio CAP. III.

Ca Onſyderate(quæſo)quantam nobis Deus pater charitatem demonſtrauerit, dans nobis poteſtatē per vnigenitū ſuū & naturalem filiū, b vt & nos quoque filij Dei nominemur, adoptiui: Nec nominemur ſolùm, ne inanè nomen exiſtimetur, ſed verè etiam ſimus. Parum autē eſt, ſi mūdus nos nihili pendat, quoniam nō nouit nos quid ſumus futuri. c Nō enim nouit nos mundus, quoniam Deū patrem noſtrum nō cognouit: quē ſi rectè cognouiſſent, non ſic nos abiicerent. d Chariſsimi quantumuis nos illi deſpiciāt, ſumus tamen etiam nunc per adoptionem veri filij Dei. e Donec autem in hoc corpore peregrinamur à patre noſtro, nōdum apparuit quòd ſumus futuri. f Firmiſsimè autē per fidem cognoſcimus quoniā in reſurrectione, cùm apparuerit in gloria ſua dn̄s noſter, tūc ſimiles ei erimus in gloria & claritate, tā corporis q̄ animæ: g qui tunc aperta viſione, facie ad faciē eū videbimus cla-

TEXTVS Cap. III.

a Videte qualem charitatem dedit nobis pater,

b vt filij Dei nominemur & ſimus.

c Propter hoc mūdus nō nouit nos, quia nō nouit eū.

d Chariſſimi, nūc filij Dei ſumus,

e Et nondū apparuit quid erimus,

f Scimus quoniā cùm apparuerit, ſimiles ei erimus:

g quoniā videbimus eū ſicuti eſt.

mus clarè, ſecundùm eſſentiam, ex quo omnis nobis gloria & beatitudo erit, & aſsimilatio ad eũ. a Et omnis qui hanc habet expectationem ſpei indubitatæ, ſtudet ſe ſanctificare à peccatis, ſe in omni conuerſatione ſua cuſtodiendo, ſicut & ille ſanctus eſt: ad cuius ſperat cóſortium, ſimilitudinem & beatitudinẽ peruenire. Alioqui vana erit ſpes eiuſmodi. Commaculat autẽ ſeipſum homo quolibet peccato. b Nã omne peccatũ eſt iniquitas, & cõtra æquitatẽ quam Deus cõſtituit: Ac proinde, quiſquis peccatũ quodlibet cõmittit, iniquitatẽ ille facit, & ęquitati cõtrariatur, atque ita Deum offendit ęquitatis. c Et ſcitis quoniã ad hoc Chriſtus dominus in carne apparuit paſsioni ſe ſubijciens & morti tradẽs vt peccata mũdi deleret. Vſqueadeò execratur ipſe peccati malitiã. d Et peccatum nullum in eo inuentum fuit grandè ac minimum. e Conſimiliter omnis qui in Chriſto manet, quatenus in eo manet, peccare non poteſt: potiſsimùm peccato quod

a Et omnis qui habet hanc ſpem in eo ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

b Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: et peccatum eſt iniquitas.

c Et ſcitis quia ille apparuit vt peccata tolleret,

d & peccatum in eo non eſt.

e Omnis qui in eo manet, non peccat:

quod mortem inferat animæ, & diuidat inter hominẽ & Deũ. Quoniam impoſsibile eſt vt per peccatum anima moriatur, & dicatur ſimul homo in Deo permanere: Iam enim dum per peccatum occiditur anima à Deo ſeparatur: & extra Deũ fit quæ prius in eo erat. a Et omnis qui mortali peccato ſic ſe à Deo ſeparat, quatenus eiuſmodi vere Deum non vidit, neque rectè cognouit. Alioqui non ſic ſe ab illo ſeparaſſet. b Filioli, nemo vobis imponat, neque ſeduci vos patiamini. c veritas eſt, quod is qui iuſtitiam & opera bona ſtudet operari, ille inter homines iuſtus dicitur & eſt, d ſicut & Deus eſſentialiter iuſtus eſt, non ex operationibus ſolùm, ſed etiã ex eſſentia, ipſa iuſtitia eſt. e Quiſqs peccato mortis ſe cõmaculat, ad diabolum ſpectat, & ex eius parte atque ditione eſt, qui eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ & auerſionis: eiúſque imitatur exẽplũ, f quoniã ille à principio cõditionis ſuæ ſtatim peccare incepit, & vſque nũc (quãtũ præualet) à pecca

a & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.

b Filioli, nemo vos ſeducat.

c Qui facit iuſtitiam: iuſtus eſt, d ſicut & ille iuſtus eſt.

e Qui facit peccatũ ex diabolo eſt:

f Quoniã ab initio diabolus peccat.

à peccato non ceſſat: non tantùm per ſe delinquens,ſed alios in idem etiam pertrahere ſolicitus.

a In hoc apparuit filius Dei vt diſſoluat opera diaboli.

a At verò filius Dei,qui ex aduerſo iuſtus eſt,ea de cauſa venit carne aſſumpta in mundum, vt opera diaboli,quę ſunt peccata & peccatum cõcomitantia deſtruat & auferat, donans nobis perfectam in ſe iuſtitiam.

b Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit:

b Omnis qui ſpirituali generatiõe eſt filius Dei, quatenus eiuſmodi & quandiu in ea manet generatione,peccare nõ poteſt mortis peccato:

c quoniam ſemẽ ipſius in eo manet.

c quoniam ſemen ſpirituale illius diuinæ generationis in eo permanet, quod eſt ſpirituſſanctus, & verbũ Dei.

d Et nõ poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.

d Et quandiu hoc non expellitur ſemen,peccare nõ poteſt,quoniam filius Dei eſt, & in ſpirituali cõſtitutus eſt generatione.

e In hoc manifeſti ſunt filij Dei et filij diaboli.

e Filij autẽ Dei & filij diaboli(id eſt,q ex parte Dei ſunt, & qui ex parte diaboli) in hoc ſigno ſolo diſtinguuntur:

f Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo,

f quoniam qui non ſtudet operari iuſtitiam, & per opera bona ſe exercere in mandatis Dei, non eſt ille ex Deo, ſed ex diabolo: queadmodũ econ-

ecõtrario qui iuſtitiã facit ex Deo eſt. a Potiſsimùm autẽ & euidentiſsimùm ſignũ eſt, quòd quis Dei filius nõ ſit, ſi fratrẽ ſuum non diligat. b Quoniã hanc prædicationem & doctrinã, in principio conuerſationis veſtræ, ſuper omnia & ante omnia edocti eſtis, vt proximos diligatis. c Non exiſtentes ſimiles illi peſsimo Cain primo homicidæ, qui ex diabolo erat, eique per odiũ ſubditus: & occidit fratrẽ ſuum. d Occidit autẽ, non alia de cauſa, niſi quoniã ipſe nequã erat, & filius diaboli, cuius opera & conuerſatio erant mala, & ideo dominus ad eius munera non reſpexit, e ſicut ad munera Abel, cuius opera iuſta erant: atque hinc exortum erga fratrem odium, ad homicidiũ eum attraxit. f Ne miremini quaſi nouum aliquid patientes, ſi vos ſæculares homines habeant exoſos. g Nos enim qui Chriſtũ credentes mundo abrenunciauimus, ſcimus & cognoſcimus ſpiritu ſancto nobis teſtimonium perhibente, h quemadmodum de morte

a & qui non diligit fratrem ſuum,

b quoniã hæc eſt annunciatio, quã audiſtis ab initio, vt diligatis alterutrum.

c Nõ ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum:

d Et propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant:

e fratris autẽ eius iuſta.

f Nolite mirari, fratres, ſi odit vos mundus.

g Nos ſcimus,

h quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

peccati ad vitam gratiæ fidei ſumus tranſlati,per dilectionem fraternã,ſi in ea permaneamus. Propter quod,confiſi bonæ conſcientiæ teſtimonio,debemus mundi iudicia pro nihilo ducere. a Qui nõ diligit, adhuc in morte peccati eſt anima illius. b Et omnis qui odit fratrem ſuum, quodammodo homicida nuncupari poteſt & debet, quatenus principium & radicẽ in ſe habet homicidij, quòd ſemper eſt odium, quemadmodũ qui conſpexerit mulierem ad concupiſcendũ eam in corde ſuo,mœchus iam dicitur etiam ſi opus nõ ſubſequatur. c Scitis verò,quia nullus homicida vitam in ſe præſentiet ęternam permanentem,ſed poſt vitam hanc corporis tranſibit ad mortẽ æternã,corporis & animæ. d Nos charitatem Chriſti Dei noſtri erga nos,experẽtia cognouimus,per hoc quòd animã ſuam pro noſtra ſalute tradiderit in mortem. Propter quod, iuxta illius exemplum, oportet nos animo prõptos,& voluntate paratos eſſe, e vt pro proximorũ

a qui non diligit, manet in morte:
b Omnis qui odit fratrem ſuũ homicidia eſt.

c Et ſcitis,quoniã omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.
d In hoc cognouimus charitatem Dei,quoniam ille animam ſuã pro nobis poſuit:
e & nos debemus pro fratribus animas ponere.

ximorũ noſtrorũ ſalute(cùm hoc
eorum vtilitas vel neceſsitas, exe-
gerit)etiam vitã noſtram corpora
lem libenter impendamus.Nũc igi
tur, ſi etiã corporis vitam dilectio
fraterna impendere debet proxi-
mis, a quid dicemus de ijs qui hu-
ius mundi ſubſtantia abundãt(id
eſt,diuitijs,& ijs quæ ad victum &
veſtitum humanũ in vſu ſunt)qui
videntes proximos ſuos indigen-
tiam pati,& neceſſaria non habe-
re ad corporis qualemcunque ſuſtẽ
tationẽ,quę ipſi ad abundãtiã ſu-
pra neceſsitatẽ & ſufficiẽtiã habẽt
nolunt tamẽ miſereri ſic indigenti
bus,b & viſcera(in quibus miſeri-
cordiæ ſedes eſt)obfirmãt & obdu
rant, vt nõ cõmoueãtur ad ſubue-
niendũ proximorũ miſerijs? c In
talibus quomodo poterit eſſe vera
Dei dilectio, & fraterna charitas,
quę ſecũdùm Deũ eſt? Sanè nullo
modo. d Filioli mei,nõ oſtẽdamus
tãtùm per linguã & ſermonẽ blan
diloquũ,fraternã dilectionẽ(quẽ-
admodũ plurimi faciunt,qui præ-
ter verba nihil donãt pauperibus)

a Qui habuerit ſubſtantiã huius mũdi, & viderit fratrem ſuũ neceſ ſitatem habere,

b & clauſerit viſcera ſua ab eo,

c quomodo charitas Dei manet in eo?

d Filioli mei,non diligamus verbo neque lingua,

a ſed opere & veritate.

a ſed in operibus miſericordiæ demonſtrate charitatem veſtrã, quæ eſt ſola & vera dilectio. Si tales nos exhibuerimus ante Deum & noſipſos tales inuenerimus veræ miſericordiæ ſectatores,

b In hoc cognoſcimus quoniã ex veritate ſumus.

b in hoc cognoſcere probabili admodum exiſtimatione poſſumus, quoniam ex veritate ſumus quæ eſt Deus, & veri filij Dei:

c & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra.

c & noſtris animabus ſic facientes bene conſulemus ante cõſpectum domini, qui pro iſtis miſericordiæ operibus, beatã nobis reddet remunerationem.

d Quoniã ſi reprehenderit nos cor noſtrum:

d Nã ſi cor noſtrum & propria conſcientia nos reprehendat, teſtimonium nobis perhibens quod non verè operemur opera miſericordiæ & dilectionis:

e maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia.

e ſciendum nobis eſt, quod maior eſt Deus quàm cor noſtrum, & potentior ad inſpiciendũ omnia etiam intima: ita vt melius noſcat quæcunque ſint in intimis cogitationibus hominum, quàm ipſemet homo ſcire poſsit. Ipſe enim ſ[illegible]tatur profunda c[illegible]rdis noſtri, & intelligit ſigillatim ſingulas cogitatiões noſtras. Propter quod,

nec

nec euademus iudicium iudicijs omnia cognoſcentis, ſi noſtræ cõſcientiæ reprehenſionem non poſſumus euadere. a Chariſsimi, ſi conſcientia cordis noſtri, poſt aſsiduum & diligens examen non arguat nos de immiſericordia, aut alio quouis peccato, ſed perhibeat nobis bonum teſtimonium, quod ex animo quæramus operari opera Dei, b fiduciam talem habemus ad Deum, quod de omni re quancunque ſecundùm eius volũtatem pro noſtra ſalute petierimus ab eo, exaudiet nos, & dabit liberaliter quicquid poſtulauerimus eũ, c ſi mandata eius ſtudioſè obſeruamus, & ea quæ ſunt Deo placita implere curamus: quorum ſolet Deus preces libenter exaudire, qui voluntatem facit omnium timentium ſe. d Hoc autem eſt mandatum quod mandauit nobis vt credamus in filium eius Ieſum Chriſtum, ſicut & in ipſum patrem credimus: e & vt propter eum, communem omnium creatorem ac redemptorem, diligamus inuicẽ per

a Chariſsimi, ſi cor noſtrum non reprehẽderit nos,

b fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo:

c quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita corã eo facimus.

d Et hoc eſt mandatũ eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti,

e & diligamus alterutrũ, ſicut dedit mandatum nobis.

veram charitatis ſpiritualem dilectionem, ſecũdùm mandatũ quod ipſe præcepit nobis. a Et q̃ mãdata eius cuſtodit, manet vnũ in eo, & ipſe Deus vnũ eſt cum illo. b Et quod in nobis credentibus in Ieſum filium Dei ipſe inhabitet, & maneat, ſitq́ue vnum in nobis, & nos in eo, in hoc cognoſcimus, c nempe ex ſpiritu ſancto quem effudit in nobis, per quem ipſe in nobis habitat.

a Et qui ſeruat mandata eius in illo manet, & ipſe in eo.
b Et in hoc ſcimus quoniam manet in nobis,
c ex ſpiritu quem dedit nobis.

TEXTVS Cap. IIII.

a Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere,
b ſed probate ſpiritus ſi eo Deo ſint,
c quoniam multi pſeudoprophetæ exierũt in mũdũ.
d In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei.

Elucidatio CAP. IIII.

Ca Hariſsimi, nolite ſine diſcretione omnium hominũ omnibus ſuggeſtionibus fidem adhibere, b ſed cum magna diſcretione & iudicio diſcernere ſtudeatis, an ex Deo ſint qui loquuntur vobis, an ex diabolo: hoc eſt, ſi veritati catholicæ fidei, quam à principio audiſtis, conſona loquantur, an fidei cõtraria. Vehemẽter enim neceſſe eſt probare ſpiritus: c quoniã multi falſi prophetæ proceſſerunt inter homines qui pro veris falſa ſeminãt & mala dogmata. d In hoc autẽ cognoſci poterit qui ex ſpiri-

ex ſpiritu Dei loquitur. a Omnis enim qui prædicat & confitetur Chriſtū Ieſum Dei filium incarnatum eſſe, & verum hominē factū, quantum ad hoc veritatem loquitur & eſt ex Deo, niſi aliū habeat huic ſimile falſitatis dogma, quod prædicat. b Et omnis prædicator ac doctor, qui Ieſum Deum verum hominē ſoluit, ita vt eū aut hominē verùm neget eſſe aut verūDeū, ex Deo & veritate non eſt, ſed ex diabolo, qui eſt pater omnis mendacij. c Et hic eſt antichriſtus, de quo ſæpe ab Apoſtolis audiſtis, quod ante cōſummationē in fine ſæculi vēturus ſit: imò verò ſecundùm præcurſores ſuos, qui contra Chriſtū loquuntur hæreticos, etiā nūc in mundo eſt. d Vos autem ô filioli mei, filij Dei eſtis, & omnem qui Chriſto aduerſatur, per fidem veſtrā ſuperaſtis, dum iniquis perſuaſionibus, eorum nō creditis: e quoniā Deus qui in vobis tāquàm adiutor & protector inhabitat, maior eſt ꝙ qui in mundo regnat diabolus, aut eius miniſtri antichriſti.

a Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt:

b Et omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt.

c Et hic eſt antichriſtus de quo audiſtis quoniam venit & nunc iam in mundo eſt.

d Vos ex Deo eſtis filioli, & viciſtis eum:

e quoniam maior eſt qui in vobis, eſt, quàm qui in mundo.

a Ipſi de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mūdus eos audit.

b Nos ex Deo ſumus.

c Qui nouit Deū, audit nos, qui nō eſt ex Deo, nō audit nos.

a Ipſi mundani ſunt, atque ideo mundana loquuntur & ſæcularia, & mundani homines eos audiunt, eiſque obediunt. b Nos verò, ex Deo ſumus. c Vnde qui Deum rectè cognoſcit fide perfecta noſtris credit ſermonibus. Qui autem Dei non ſunt & ad Deū non pertinent, non credunt ſermonibus noſtris, qui ab eo miſsi ſumus & loquimur.

d In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris.

d Per hoc diſcernimus ſpiritū veritatis rectæque fidei, à ſpiritu erroris ſiue infidelitatis. Spiritus enim veritatis miſsos à Deo audit: ſpiritus erroris, miſsos à Deo repellens, mēdaces audit à diabolo miſſos.

e Chariſsimi diligamus noſinuicē:

f quia charitas ex Deo eſt.

g Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum.

e Ad dilectionis autem exhortationem rediens obſecro chariſsimi, vt inuicem diligamus: f quia charitas à Deo eſt, & Dei nos eſſe facit filios. g Et omnis qui verà charitate diligit proximum ſuum, Dei filius eſt per ſpiritualem qua ex Deo renatus eſt generationem, & cognoſcit Deum propter quem diligit fratrē ſibi ſimilem imaginē à Deo habentem.

h Qui non diligit nō nouit Deum,

h Qui autē fratrem non diligit, Deum ille nō nouit, vera

uit, vera & fideli cognitione: a quoniã Deus eſt amor & charitas ſecundùm eſſentiam, quomodo etiam ipſemet ſua bonitas eſt. b In hoc manifeſta eſt Dei erga nos dilectio, quòd filiũ ſuum vnigenitum ipſe miſit in mũdum, vt homo fieret: vt qui eramus per peccata noſtra mortui, per eum viuificaremur. c In hoc autẽ charitas cõſyderari debet, quod Deus nos in diligendo præuenit. Non enim nos priores dileximus Deum, ne ipſius diligere putetur redamare amorẽ que reddere pro amore: d ſed ipſe nos prior dilexit, propter ſemetipſum, nullo modo à nobis ad amorem noſtri obligatus. e Dilexit autem nos Deus, non lingua tantùm, ſed opere & veritate, filium ſuum mittens de ſinu ſuo ad terras, vt fieret ꝓpitiator pro peccatis noſtris: id eſt, vt per eum peccata noſtra auferrentur atque expiarẽtur. f Attendite chariſsimi & conſyderate, quoniã ſi Deus ſic nos dilexit, qui tanto à nobis miſeris diſtat interuallo, g multò magis æquum eſt,

a quoniam Deus charitas eſt.

b In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum.

c In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deũ,

d ſed quoniã prior dilexit nos,

e miſit filium ſuũ propitiatorẽ pro peccatis noſtris.

f Chariſsimi, ſi ſic Deus dilexit nos, g & nos debemus alterutrum diligere.

vt nos inuicem diligamus, qui ſumus nobis inuicē proximi, & modo quodā pares. a Nemo vnquàm hominū in hac carne mortali degens, Dei potuit eſſentiam cōprehendere, nec eum ſicut in ſeipſo eſt cognoſcere: ſed in proximo noſtro (in quo Dei imago eſt) Deū quodāmodo cognoſcere poſſumus, & amare. b Atque ideo ſi inuicem in Deo diligimus (licet Deum non ſicut eſt comprehendamus) manet Deus in nobis & nos permanemus in Deo: c & charitatē veram, rectam, & ſaluare ſufficientē habemus in nobis qui fratrē in Deo & Deū in fratre diligimus. d Atque (vt ſupra diximus) quòd nos cum Deo maneamus vnū & De⁹ nobiſcum, ſcimus ex hoc quod ſpiritū ſanctū dedit nobis ad menſuram, per quem noſtra anima in templū ei conſecratur, & ipſe manſionem facit in nobis. e Et nos Apoſtoli vidimus oculis, & teſtimoniū perhibemus, quaſi de re quā optimè & certiſsimè nouimus, quòd Deus miſit filiū ſuū ad ſaluādū homines mundi

a Deum nemo vidit vnquàm.

b Si diligamus inuicem Deus in nobis manet,

c & charitas eius in nobis perfecta eſt.

d In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniā de ſpiritu ſuo dedit nobis.

e Et nos vidimus & teſtiſicamur quoniā pater miſit filiū ſuum ſaluatorem mundi.

mundi à peccatis ſuis. a Quiſquis ore & opere, plena cõfeſsione confitetur Ieſum eſſe filiũ Dei, eius fidem tenẽdo, & præcepta implẽdo vnum eſt cũ illo Deus, & ipſe cum Deo eſt vnum. b Et nos ſicut cognouimus charitatem Dei quam exhibuit nobis in filio ſuo: ita libẽter acquieſcimus, & per fidẽ deuote ſuſcipimus gratias illi pro exhibita & oſtenſa charitate agentes. c Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, manet in Deo, & Deus ſimiliter manet in eo habitãdo. d Sic perfectã erga nos dilectionem Deus demõſtrauit nobis, vt meritò cõfidere debeamus de eius miſericordia quaſi filij chariſsimi, & nõ metuere quaſi ſerui meticuloſi, in die iudicij: e quoniã ſic nos in hoc mũdo cõuerſantes ſumus & viuimus, & dilectione fraterna, quomodo ipſe ĩ ſe eſt diligẽs & benefaciẽs de cœlo gratis & ingratis. f Seruilis enim iſte timor, cũ vera & integra charitate ſimul ſtare non poteſt. g Imò charitas ſi perfecta, integra, vera, & ſufficiens fuerit, foras expellit

a Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet & ipſe in Deo.

b Et nos cognouimus & credidim⁹ charitati, quam habet Deus in nobis.

c Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo.

d In hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcum, vt fiduciã habeamus in die iudicij:

e quia ſicut ille eſt & nos ſumus in hoc mundo.

f Timor non eſt in charitate,

g ſed perfecta charitas foras mittit timorem,

expellit timorem, aduenieſ, nec ſecum in eodẽ corde inhabitare patitur: a quoniam timor ille ſeruilis pœnam conſyderat, attendit & pro obiecto habet quod reſpicit: quã charitas nõ attendit, quę Deo ꝓpter ſe ſeruit & adhæret. b Qui autem timet vt ſeruus, veram ille adhuc charitatem non habet, licet initium aliquod & pręparatorium habere poſsit, quaſi ad charitatis perfectionem tendens quã priuſquàm aſſequatur, oportet obijci timorẽ. c Nos ergo diligamus Deũ vel hac ratione: quoniam ipſe nos dilexit prior & benefecit cùm nullis à nobis eſſet beneficijs aut amoribus ad redamandum obſtrictus. Nemo verò ſeipſum decipiat, putans ſe Deum diligere, etiam ſi nõ diligat fratrẽ. d Nam ſi quis dixerit ſe Deum diligere, odiũ habẽs contra proximum ſuum, mendacium loquitur. Cum illa ſimul conſtare nequeant. e Qui enim fratrem quem oculis videt, & cũ quo familiariter cõuerſatur, non vult amare ſimilẽ ſibi in imagine Dei, eiuſdem

a quoniam timor pœnam habet:

b Qui autem timet non eſt perfectus in charitate.

c Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.

d Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrẽ ſuum oderit, mendax eſt.

e Qui enim non diligit fratrẽ ſuũ quem videt,

eiuſdémque naturæ atque eſſentię ſecũdùm corpus & animã: a quomodo poterit ille diligere Deũ quẽ videre non poteſt, cum quo nullã habet familiarem conuerſationẽ, & à quo omnibus modis tam longiſsimè diſtat? b Denique hoc præceptũ mandauit Deus, & olim in veteri lege, & modo etiã in noua per Chriſtũ, vt qui Deum diligit, diligat etiam proximum ſuũ: quod qui non facit, ſcire debet, ꝙ nec Deum diligit, cuius præceptũ per fratris odium non obſeruat.

a Deum quem nõ videt quomodo poteſt diligere?

b Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

TEXTVS

Cap. V.

a Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt chriſtus ex Deo natus eſt.

b Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eũ qui natus eſt ex eo.

c In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei, cùm Deum diligamus & mandata eius faciamus.

Elucidatio CAP. V.

OMnis qui credit, corde, ore, ſimul & opere confitendo, Ieſum eſſe filium Dei, is regeneratus eſt in adoptiuum filiũ Dei. b Et omnis qui diligit omnium patrem Deum, ſimul diligit etiam omnes qui ex Deo ſunt nati. Nõ enim poteſt patrem diligere, ſi filios nõ diligat patris. c Signum autem per quod cognoſcimus an vera dilectione diligamus fideles filios Dei, eſt: ſi Deũ verè diligimus, & ſic pręcipuè, vt proximos & fideles pro-

pter.

pter Deum diligamus, & Dei man
data vere obſeruemus. a Verè e-
nim charitas Dei eſt, per quam ob
ſeruamus mandata eius. b Quæ
(ne quis abhorreat) leuia, atque ad
implendum facilia ſunt amãtibus:
quoniam in dilectiõe ſita ſunt o-
mnia, qua nihil eſt dulcius, neque
hominum affectui inſitum natura
lius: potiſsimùm autem ijs, qui ex
Deo per ſpiritũ ſunt renati. c O-
mnis enim qui natus eſt ex Deo,
mundum ſuperauit, omnem eius
pompã & deſyderia mala abomi-
nans, quemadmodum & Chriſtus,
prior vicerat mũdum. d Et fides
eſt, per quam nos mundũ ſic vinci
mus: fides, inquã, quæ per dilectio
nẽ operatur. e Quis enim eſt qui
mundum vincit, cũ omnibus quæ
in eo ſunt, niſi qui fidem viuẽtem
habet in Ieſum filium Dei cui per
fidem in amore adhærendo, facilè
contemnuntur quæ in mũdo ſunt
omnia? f Ipſe eſt Ieſus Chriſtus,
verus Deus & homo, qui venit operaturus myſterium redẽptionis &
ſalutis noſtræ per aquã & ſangui-
nem: vt

a Hæc enim eſt charitas Dei vt mandata eius cuſtodiamus,
b & mandata eius grauia nõ sũt:
c Quoniam omne quod natũ eſt ex Deo, vincit mundum.
d Et hæc eſt victoria que vincit mũdum, fides noſtra.
e Quis eſt autem qui vincit mũdũ, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei?
f Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus.

nem:vt per aquæ baptiſmale myſteriũ & per ſanguinis precioſi effuſionem, & peccata dimittantur fidelibus & regni cœleſtis acquiratur introitus. a Nõ autẽ in aqua tantum venit, quæ ſine ſanguinis effuſione myſteriũ humanæ ſalutis ſola operari non potuit: ſed per aquã ſimul & precioſum ſanguinẽ. b Et ſpiritusſanctus eſt qui teſtimoniũ perhibet interna ſua ſuggeſtione, & etiam in externa ſuper ipſum in ſpecie colũbe apparitiõe, de Chriſto: q́d ipſe ſit verus filius Dei, & verus ſaluator mũdi. c Quoniã tres ſunt perſonæ, quę deſuper teſtatæ ſunt de veritate filij Dei: d nẽpe pater, qui & in baptizatione, & in trãſfiguratiõe, voce de cœlo demiſſa, dixit, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: e & ipſe filius verbum patris, q ſecũdùm æqualitatẽ patris de ſe dixit, quoniã ego & pater vnũ ſumus: f & ſpũs ſanctus qui in columbæ ſpecie ſup ipſum reqeſcẽs manifeſtũ veritatis fuit iudiciũ, g Et hę tres pſonę tam ſubſtãtia q̃ teſtimo-

a Non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine.

b Et ſpiritus eſt qui teſtificat, quoniam Chriſtus eſt veritas.

c Quoniam tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cœlo

d pater,

e verbum,

f & ſpirituſſanctus:

g Et hi tres vnũ ſunt.

nio vnũ ſunt, teſtificantes concorditer, quòd Chriſtus ſit verus filius Dei. a Et tres ſunt q̃ in terra dãt teſtimoniũ quòd ipſe verus ſit homo, b nempe ſancta illa anima quam moriẽs cum clamore valido expirauit ac patri commendauit, c aqua item & ſanguis, quę de latere morientis effluxerunt. d Et hæc tria, concorditer teſtificãtur, fuiſſe veram in Chriſto & nobis ſimilem humanitatẽ. e Et ſi quidẽ humano teſtimonio ſtatur & creditur, ſi fuerint duo aut tres qui teſtificentur de re quapiã, certè diuinũ teſtimoniũ validius & firmius eſt, magiſque credibile. f Quoniã hoc eſt teſtimoniũ Dei, quod ego dico maius eſſe, quod de ſuo proprio & cõſubſtantiali filio quẽ ſibi coęqualẽ in ęternitate genuit, teſtificat⁹ eſt: quẽ nemo nouit niſi pater queẽadmodũ & ecõtrario, nemo patrẽ nouit niſi filius. g Qui in filiũ Dei credit, habet in ſe teſtimoniũ Dei patris & cõſeruat illud, dũ per fidẽ acquieſcit. h Cõtra verò, qui in filiũ Dei nõ vult credere, abijcit & repel-

a Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra:
b ſpiritus,
c aqua, & ſanguis:
d Et hi tres vnũ ſunt.
e Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt:
f quoniã hoc eſt teſtimonium Deo, quod maius eſt, quia teſtificatus eſt filio ſuo.
g Qui credit in filium Dei habet teſtimoniũ Dei ĩ ſe:
h Qui verò non credit filio, mendacem facit eum: quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo.

& repellit patris teſtimoniũ,& mẽdacem hoc ipſo facit patrẽ: quòd non velit acquieſcere teſtimonio patris quod de filio ſuo perhibuit. a Summatim autẽ, quod teſtificatum eſt & prædicatũ eſt à nobis, illud eſt, qđ vitã æternã nobis fidelibus Deus pater dedit, nunc in ſpe & poſtmodũ in re dans nobis poteſtatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius: b & hanc vitã pater nobis diſpoſuit per chriſtum ſuum filiũ, qui nobis per ſui ſanguinis precium, illam apud patrem promeruit. c Et ipſe eſt vita animæ noſtræ, quẽadmodũ anima vita eſt corporis: vt quiſquis filium Dei habeat: idem habeat etiã veram vitã: qui aũt filium Dei nõ habuerit, ſecundùm ſpiritum mortuus ſit. d Hęc ſcribo vobis filioli, vt cõmonefaciendo vobis in memoriam reducam, quòd vitã æternam etiam nũc in promiſſione habetis quicunque creditis in Chriſtum filium Dei. e Et hanc fiduciam habemus apud Deum, quicũque verè credimus in eum, ꝙ ipſe

a Et hoc eſt teſtimonium, quoniã vitam æternã dedit nobis Deus:

b & hæc vita, in filio eius eſt.

c Qui habet filiũ dei, habet vitam: qui non habet filium Dei, vitam non habet.

d Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis quoniam vitam habetis æternã qui creditis in nomine filij Dei,

e & hæc eſt fiducia quã habemus ad Deũ, quia qđcunq; petierimus ſecundùm volũtatem eius, audit nos:

nos exaudiat in omnibus quæcũque petierimus ſecundùm voluntatem eius,& beneplacitum. a Et hoc non dubitamus,quin impleat omnes petitiões noſtras,iuxta qđ ſuæ ſanctiſsimæ voluntati viſum fuerit ad noſtram ſalutẽ expediẽs. b Qui cognouerit fratrem ſuum peccato aliquo teneri, vel leuiori, & veniali,vel tali etiam(ſi grande ſit)qđ videatur nõ vſque ad mortem per finalẽ impœnitẽtiam duraturum,ſed probabiliter exiſtimatur,qui ex infirmitate, ignorãtia, aut fragilitate illud cõmiſit, de eo pœnitẽtiam acturus, atque ita remiſsionẽ cõſecuturus,tali(inquã) peccato de cuius emendatione & remiſsione ſperatur,ſi quis viderit fratrẽ peccaſſe,c adiuuet illũ ſuarum precum ſuffragio apud dñm, vt qui ſic non ad mortẽ deliquit, per pœnitentiam redeat ad vitam perfectam animæ,quam tollit peccatum. d Sunt quorũdam peccata deſperata, de quibus veriſimili exiſtimatione creditur,ꝙ in mortẽ vſque nõ expiabuntur:eo quod de eis,

a Et ſcimus quia audit nos, quicquid petierimus, ſcimus quoniã habemus petitiones quas poſtulauimus ab eo.

b. Qui ſcit fratrẽ ſuum peccare,peccatum nõ ad mortem,.

c petat,& dabit ei vita peccati, nõ ad mortem,.

d Eſt peccatũ ad mortem,.

eis non videtur pœnitentiam actu rus qui ea cõmiſit: veluti cùm quis ex obſtinata peruerſitate agnitam veritatem blaſphemat, aut impugnat: a de illis peccatis non dico eſſe neceſſarium, vt communes fiant inuicem orationes, quãquàm nec pro his omnino prohibeam.

a non pro illis dico vt roget quis.

b Omnis verò iniquitas etiã quæ leuis & facilè ſanabilis eſt, peccatum dicitur, & eſt (quatenus cõtra æquitatem eſt) aliqua ex parte.

b Omnis iniquitas peccatum eſt:

c Sed in genere peccati quædam ſunt, quæ peccata ad mortem ſpecialiter vocãtur & ſunt, quibus irretiti atque grauati vix ſolent reſipiſcere, ſiue ad vitam redire: pro quibus dico non eſſe neceſſarium, vt quotidianæ fiãt orationes, quẽadmodum pro venialibus & alijs facilè ſanabilibus, pro quibus facienda eſt quotidiana deprecatio.

c et eſt peccatum ad mortem.

d Illud aũt ſcimus, quoniã omnis qui per regenerationẽ factus eſt filius dei, donec filius dei manet, peccare non põt peccato mortali, qđ inter ipſum ac deũ diuidat ponátque inimicitiã: e ſed hoc ipſũ qđ

d Scimus quoniã omnis qui natus eſt ex Deo *non peccat:*

e ſed generatio Dei conſeruat eũ, & malignus non tangit eum.

Dei filius eſt,in Deo regeneratus, & per ſpiritum ſanctum denuò viuificatus,conſeruat eum à peccato:& malignus ſuggeſtor diabolus non tanget eum,vt noceat,prçualeat,aut dominetẽ ei. a Nos qui in Chriſtũ credimus, ſcimus quoniã dei filij facti ſumus:& qui in mundo manẽt omnes,in Chriſtũ nolẽtes credere in peccato iacent, & in malo miſerabiliter cõſtituti ſunt. b Et nos ſcimus, quoniam filius Dei ad hoc venit,& intelligẽtiam nobis dedit, ſuo lumine nos illuſtrãs:vt cognoſcamus eum qui eſt verus Deus,omnia deteſtantes idola,& ſuperſtitiones omnes abnegantes:atque ita per fidem rectam maneamus vnum cum vero filio eius. c Ipſe eſt idem verus Deus, & vita æterna. d Filioli concludens moneo vos, vt abſtineatis ab idololatria.

a Scimus,quoniã ex Deo ſumus,& mundus totus in maligno poſitus eſt.

b Et ſcimus,quoniam filius Dei venit,& dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus deũ verũ, & ſimus in vero filio eius.

c Hic eſt verus Deus,& vita æterna.

d Filioli, cuſtodite vos à ſimulachris.

Finis.

FINIS ELVCIDATIOnis in Epiſtolam canonicam primam,beati Ioannis Apoſtoli.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam canonicam ſecũdam beati Ioannis Apoſtoli.

FAMILIAREM HANC *epiſtolam ſcripſit fœminæ fideli, cõgratulans ei de virtute filiorum, et probitate conuerſationis eorum iuxta mandata Dei: eamq; obſecrat, vt in dilectione quam ſuo mandato Chriſtus peculiariter præcepit, ſemper permaneat in obſeruatione mandatorum Dei.* Et *quoniam venturi erant falſi doctores multi & hominum deceptores, veritatẽ incarnationis Chriſti negantes, præmonet eam diligenter attendere, ne fructum fidei perdat, ſed in perſeuerãtia mercedem plenam accipiat. Deinde, eos qui ſanam doctrinam rectæ fidei aſſerunt, patrẽ & filium dicit in ſe habere: eos verè qui catholicæ veritati aſſerunt contraria. Vſqueadeò vult deuitari, vt nec in ſalutatione cum eis communicent fideles, ne operibus eorum malignis conſenſum præbeant. Plura autem nolens per atramentum & calamum ſcribere, ita breuem terminat* Epiſtolam.

Finis Argumenti.

TEXTVS Epiſtolæ canonicę ſecūdę beati Ioannis Apoſtoli.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM CANONICAM ſecundam beati Ioannis apoſtoli.

Elucidatio capitis vnici.

TEXTVS.

a Senior electæ dominæ et natis eius,

b quos ego diligo in veritate,

c & non ego ſolus, ſed & oēs qui cognouerunt veritatem,

d propter veritatem quæ permanet in vobis, & vobiſcum erit in æternum.

IOANnes presbyter ſcribit, ſalutémque precatur electæ, & nobili dominæ, cuius nomen ſcriptum eſt apud dominū, & filijs ac filiabus eius, b quos ego vero amore omnes (ꝑpter parentis bonam imitationem) vera diligo charitate. c Neque ſolus ego amore aliquo carnis priuato, ſed mecum etiam fideles omnes, qui veritatem fidei cognouerunt, audientes virtutē fidei & vitæ veſtræ, vos nō poſſunt non diligere, d propter veritatē fidei atque morum, quā vos tenetis, & in qua permanetis,

manetis,quemadmodũ & permanebitis,vt ſpero,in æternum ab ea nunquàm receſſuri. a Sit vobis gratia,miſericordia, & pax à Deo patre & domino Ieſu Chriſto filio eius in veritate & charitate. b Magnum attulit animo meo gaudiũ, qui experientia docente, comperi quoſdam ex filijs tuis conuerſantes ſecũdùm vitæ veritatem:& morum integritatem, ſecũdùm quod à patre Deo præceptum omnes accepimus,qui nos vult in veritate dilectionis conuerſari. c Et nunc rogans te exhortor bona domina, non quaſi nouum aliquod humanæ inuentionis mandatũ tradendo præſcribens, ſed in memoriam & commonitionẽ reuocando vetus mandatum, quod ab initio noſtræ conuerſionis,atque etiam ex lege ſola naturæ accepimus, nẽpe vt diligamus inuicẽ. d Et in hoc impletur vera erga Deum charitas,ſi viuamus ſecũdùm præcepta eius. e Hoc eſt enim præceptum, vt iuxta quod ab initio veſtræ cõuerſionis inſtructi fuiſtis perveros

a Sit vobiſcũ gratia, miſericordia, pax à Deo patre, & à Chriſto Ieſu filio patris in veritate & charitate.

b Gauiſus ſum valdè, quoniam inueni de filijs tuis ambulantes in veritate ſicut mandatum accepimus à patre.

c Et nunc rogo te domina, non tanquàm mandatũ nouum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum.

d Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundùm mãdata eius.

e Hoc eſt enim mãdatum, vt quẽadmodũ audiſtis ab initio, in eo ambuletis,

Apoſtolos,ita credatis & agatis omnia,& nullo modo ab eo deflectatis perſuaſione hominũ iniquorũ:

a quoniam multi ſeductores exierũt in mundũ,qui nõ confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carne.

a quoniam multi mẽtium animarúmque ſeductores proceſſerũt inter homines mundi,qui non cõfitentur,nec ore nec vita,Chriſtum Ieſum incarnatum eſſe:ſic vt verus Deus fuerit,ſimul & verus homo.

b Hic eſt ſeductor & antichriſtus.

b Atque omnis qui eiuſmodi eſt, nihil dubiũ quin contrarius Chriſto eſt,& vltimi antichriſti pręcurſor ac nũcius,ſeducere volens ſimpliciũ animos à rectitudine.

c Videte voſmetipſos,

d ne perdatis quæ operati eſtis,

c Vos autem qui fidem rectã ex Dei gratia tenetis,attendite vobiſmetipſis diligenter,& cauete, d ne bonorum operũ veſtrorum,quæ iam pro Chriſti amore operati eſtis, fructum & remunerationem æternam perdatis:

e ſed vt mercedẽ plenam accipiatis.

e ſed in finem vſque perſeuerãtes ſtate in operibus bonis,vt fructum plenum & integrum accipiatis,quoniam qui perſeuerauerit,hic ſaluus erit.

f Omnis qui recedit,& non permanet in doctrina Chriſti,Deum nõ habet.

f Omnis qui ſemel ſuſceptam ſanctæ fidei ſanam doctrinam relinquit, abiens poſt infidelitatum errores,

Deum

Deum non habet, etiam ſi omnibus prius ſacramētis fuerit initiatus. a Qui verò in ea quā ſemel accepit doctrina Chriſtianę fidei, fideliter permanet: hîc & patrem & filium habet in ſe manentem. b Si quis ad vos veniens, hāc doctrinam Chriſtianæ fidei, non affert, ſed contrariam volens ei quæ vera eſt ſe opponere, & cōtrariam docere, nec eiuſmodi hominē recipiatis hoſpitio, neque commercium vllum aut beneuolentiæ ſignum, vel minimum obſequium, illi exhibeatis aut demonſtretis. c Qui enim illi vel ſalutationem offert benignam, aut conuerſationem familiarem, quodammodo operibus eius cōſentit, dum eum ſic aliqua ex parte in peccato fouet malitiæ ſuæ, qui per abſtractionē forſitā reſipiſcere potuiſſet. d Ecce ego vos præmonui, vt in die iudicij non inueniamini cōfuſi, quēadmodū reperiētur omnes, quicūque nūc poſt impiorum ſeductiones à veritate recedunt. e Habebam quidem & alia multa ad te ſcriben-

a Qui permanet in doctrina, hîc et patrem & filium habet.

b Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā nō affert, nolite recipere eū in domum, nec Aue ei dixeritis.

c Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.

d Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini.

e Plura habēs vobis ſcribere nolui per chartam & atramentum:

ſcribēda familiaria & minutiora, quæ nolui modò literis tradere; per atramentum & calamum.

a Spero enim me futurum apud vos & os ad os loqui, vt gaudium veſtrum plenum ſit.

b Salutant te filij ſororis tuæ electæ.

c Gratia tecum, Amen.

Finis.

a Spero enim breui me futurum vobiſcum,& præſens ore ad os vobiſcum loqui: vt gaudium veſtrū abundantius fiat, in noſtra præſentia,quam te ſcio deſyderare. b Salutant te filij ſororis tuæ,quę eſt electa à Deo,& ſingulari (quēadmodum & tu)à Deo vocatione vocata. c Gratia tecum, Amen.

FINIS ELVCIDATIOnis in Epiſtolam Canonicam ſecundam beati Ioannis.

*

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam canonicam tertiam beati Ioannis Apoſtoli.

TERTIAE HVIVS EPIſtolæ argumentum, in tribus conſiſtit. Nam primùm quidem, Gaium de charitate miſericordia & hoſpitalitate in fideles peregrinos, ſiue propter Chriſti prædicandum Euangelium, ſiue propter perſequutionis effugiẽdam rabiem illuc aduentantes impenſa, collaudat, & cum gaudio commendat. Deinde Diotrephis, cuiuſdam ambitioſi, & inflati hominis principatum ambientis, ſuperbiam execratur & temeritatem, qui hoſpitalitatem volebat ſubuertere, & ipſe fratres nõ recipiens, & eos qui recipiebant ab eccleſia eijciens. Propter cuius ſuperbiam, ſe quoque dicit eccleſiæ non ſcripſiſſe communem epiſtolam. Poſtremò autem de Demetrio teſtimoniũ bonum, & ex relatu fratrum, & ex ſemetipſo prædicat. Sperans autem breui ſe iſtuc venturum, nolens plura per atramentum & calamum ſcribere, ita terminat Epiſtolam.

Finis Argumenti.

Eluci-

TEVTVS Epiſtolæ Canonicæ tertiæ beati Ioannis.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM CAnonicam tertiam beati Ioannis Apoſtoli.

*

Elucidatio Capitis vnici.

TEXTVS.

Senior Gaio chariſſimo, quē ego diligo in veritate.

b Chariſſimè, de omnibus orationē facio, proſperè te ingredi et valere,

c ſicut proſperè agit anima tua.

IOANnes presbyter ſcribit, ſalutémque precat̄ Caio chariſsimo, quē vera diligit charitate. b Chariſsimè quantū ad omnia precor Deum, vt ſemper tibi fœliciter ac proſperè ſuccedāt omnia, & vt rectè valeas ſemper, quantùm & quandiu altiſsimo viſum fuerit, c quemadmodū nunc in bona proſperitate bonáque valetudine ex animi ſententia viuis. Sic, inquā, te quandiutiſsimè precor proſperè agere, & rectè valere, vt nūquàm deſit tibi, vnde quā cœpiſti

cœpiſti charitatem, in peregrinos ſerues. a Gaudium enim nõ paruum attulerũt animo meo fratres iſtinc ad nos venientes, qui retulerunt nobis & teſtificati ſunt, de veritate vitæ & ſanctæ cõuerſationis, in qua tu viuis atque conuerſaris. b Et verè maius ego inter omnia gaudium non habeo, quam de profectu diſcipulorum meorũ, cùm eos audio in veritate ſancti Euãgelij proficere tam fide quàm operibus. c Chariſsime, dico tibi, quoniã bene & fideliter facis, quicquid operaris in Chriſtianos fideles: potiſsimùm autem quod in peregrinos agis homines ignotos, egentes, & quòd retribuant nõ habentes. d Qui de tua charitate loquuti ſunt in cõſpectu totius eccleſiæ noſtræ, narrantes cum magna alacritate impenſa ſibi abs te miſerationis beneficia. e Quos tu deducẽs, datis in via cibarijs, ac ſumptibus ſubminiſtratis, ſicut dignũ eſt, propter Deum cuius ſerui exiſtunt, nihil dubium eſt quin optimè facias. f Pro amore enim & nomine

a Gauiſus ſum valdè venientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas.

b Maiorem horũ non habeo gratiã, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.

c Chariſsime, fideliter facis quicquid operaris in fratres & hoc in peregrinos.

d qui teſtimoniũ reddiderunt charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ,

e quos benefacias deducens digne Deo.

f Pro nomine enim eius,

nomine Dei, in quē credunt & quē confeſsi ſunt, tãquàm exules à patrijs ſedibus & poſſeſsióibus expulſi profecti ſunt, omnibus ſpoliati à ſuis cõtribulibus, nihil ſecum deferentes nihilque accipientes à Gentilibus ſuis contribulibus, à quibus deſpoliati ſunt & expulſi. a Christianos ergo, quibus ſuppetit temporaliũ copia, decet & oportet neceſsitatibus illorũ ſubuenire: vt ſimus hac in parte cooperatores veritatis, & adiutores ſanctæ illorum fidei. b Scripſiſſem forſan nunc eccleſię toti epiſtolam cõmunem: ſed Diotrephes, qui ambitioſè dominari quærit (velut tyrannus) ſuper eccleſiam, nec agnoſcit nec ſuſtinet authoritatem noſtram. Et ſi ſcripſiſſem eccleſiæ, noluiſſet forſitan, nec epiſtolam eccleſiæ legendam offerre. c Propter hoc ſi ego ipſe præſens ad vos venero, arguã opera eius, quæ facit, malignis & inuidioſis ſermonibus contra nos garriens. d Et quaſi non hoc ei ſatis ſit, nõ ſolùm Chriſtianos hoſpites ac peregrinos ipſe non recipit, ſed

profecti ſunt, nihil accipientes à Gentilibus.

a Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis.

b Scripſiſſem forſitan eccleſiæ, ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes non recipit nos.

c Propter hoc ſi venero cõmonebo eius opera quæ facit, verbis malignis garriens in nos.

d quaſi nõ ei iſta ſufficiãt, neq; ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt prohibet, & de eccleſia eijcit.

pit,ſed etiã recipi ab alijs ꝓhibet, adeò vt eos qui recipiũt, etiã è cœtu & cõmunione audeat eijcere ac ſeparare, quod plane grauiſsimæ eſt impietatis indicium. a Te verò chariſsime, huius peruerſi hominis nihil commoueat exemplũ malitiæ neque imiteris illud, ſed quod bonum eſt, & ſanctæ charitati conſonum, ſectare ſemper. b Quiſquis bona operatur opera, & vitam viuit bonam, Dei ille filius eſt. c Qui autem mala operatur & charitati cõtraria, quomodo inflatus iſte Diotrephes, Deum nõ cognoſcit, nec verè fidelis eſſe poteſt. Alioquin & filios Dei fratres chriſtianos diligeret, & eis bene fieri nũquàm prohiberet. Ecce ce autem bonæ operationis tibi exemplum aliud imitandum, proponam. d Demetrio omnes qui huc adueniunt perhibent teſtimonium & veritas ipſa palàm eum cõmendat, quam in opere demonſtrat. e Sed & nos certo cognoſcẽtes, atque etiam forſan experti in nobiſipſis, de eius cõuerſatione bona

a Chariſsime, noli imitari malũ, ſed quod bonum eſt.

b Qui benefacit ex Deo eſt:

c qui autem male facit non videt Deum.

d Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus & ab ipſa veritate,

e ſed & nos teſtimonium perhibemus,

a & noſti quoniã teſtimoniũ noſtrũ verum eſt.

bona aſſerendo teſtificamur, a & tu noſti, quoniam mendaces nõ ſumus, & quòd verum ſit teſtimoniũ noſtrum. Illius ergo exemplo confortatus, permane in benecœptis.

b Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui per atramentũ & calamum ſcribere tibi.

b Multa quidem erant alia familiaria aut minutiora, quæ ſcribenda videbantur ſed nolui per atramentum & calamum ea literis ſcribere, c quoniam ſpero quãtotius te præſens videre, & ore ad os tecũ loqui, quãdo facilius & melius illa tibi inſinuabo. d Pax ſit tibi. Salutant te qui hic ſunt tui amantiores. Tu viciſsim ſaluta eos, qui iſtic ſunt noſtri amantes nominatim.

c Spero autẽ protinus te videre, et os ad os loquemur.

d Pax tibi. Salutant te amici, ſaluta tu amicos nominatim.

Finis.

*

FINIS ELVCIDAtionis in Epiſtolam canonicam tertiam beati Ioãnis.

Argu-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam canonicam beati Iudæ Apoſtoli.

IVDAS APOSTOLVS, FIdelibus omnibus, hanc ſcribit vnicam & breuem epiſtolam, quæ canonicis annumeratur, ordine ſeptima. In qua obſecrans fideles pro ſemel ſuſcepta fide recta viriliter decertare, per patientiam in ea ad mortem vſque perſeuerando, mox contra ſeductores qui iam ſubintroire cœperant in populo Dei, ſermonem conuertens, aduerſus eoſdem agit acerrimè. Primùm quidem terroris exempla proponens, pœnam videlicet increduli & murmuratoris populi Iſraëlitici, in deſerto exterminati & dæmonum ſuas ſedes & loca per ſuperbiam derelinquentium inque æterna vincula coniectorum, ac Sodomitarum per ignem perditorum. Quibus omnibus illos comparat, maculatores carnis, contemptores dominationis, & blaſphematores omnis, tam diuinæ, quàm humanæ maieſtatis: qui nec Deum reuerentur, nec homines, illorum hac in parte ſuperbiam & audaciam Michaëlis archangeli exemplo damnans, qui etiam cum diabolo contendens temperauit à cõuitio. Cùm iſti interim de omnibus, quæcunque ſenſu & rationis induſtria non capiunt,

peſsimè loquantur: nihil omnino ſidei tribuere volentes, ſed ſenſuales affectus ſuos per omnia inſequantur. Aduerſum quos terribilia exclamans, fœdis multis comparationibus eos confundit, ex Prophetia Enoch viri iuſti, contra illos aduenturum Dei iudicium prænuncians. Ipſos autem fideles, Apoſtolicarum admonitionũ (de præcauendis Pſeudoprophetis ſeductoribus) monet eſſe memores, & in ſancta fide noſtra ſuperædificari, & in dilectione Dei ſeipſos cuſtodire, vſque in die tribulationis. Peruerſos verò & obſtinatos vult redargui, & acriter obiurgari, quaſi reprobos infirmores autem illorum malitia ſeductos magis quàm ex ſe obſtinatos, per compaſsionem miſericordiæ, damnationis igni ſubtrahi. Poſt quæ omnia Deo ſoli ſeruare potenti dans gloriam & honorem, ita finit Epiſtolam.

FINIS ARGVMENTI ELVCIdatorij in Epiſtolam canonicam beati Iudæ Apoſtoli.

Eluci-

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM CANONICAM BEATI IUDÆ APOSTOLI.

TEXTVS Epiſtolæ canonicæ beati Iudæ Apoſtoli.

Ia VDAS ſeruus Ieſu Chriſti frater Iacobi minoris, ſcribit ſalutémque precatur chariſsimis Chriſtianis, qui per fidem vnum ſunt in Deo patre, & in fide Ieſu Chriſti conſeruãtur in ea vocatione, in qua & vocati ſunt. b Miſericordia vobis, & pax, & charitas creſcat & perficiatur. c Chariſsimi, cùm omnem diligentiam adhiberem ad ſcribendum vobis quæ ad ſalutem communem omnium eſſent magis neceſſaria, viſum fuit mihi præcipuum & ante omnia neceſſarium duxi: d vos deprecando hæc commoneface-

a Vdas Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi his qui ſunt in Deo patre dilectis & Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis,

b miſericordia vobis & pax, & charitas adimpleatũ.

c Chariſsimi omnem ſolicitudinẽ faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis,

d deprecans,

re,& commonefaciendo depreca-
ri,vt ſemel ſuſceptæ ſanctæ fidei,
quemadmodum à ſanctis Apoſto-
lis tradita eſt ſupercertetis: pro ea
ſcilicet tenenda vſque ad finem,
fortiter & perſeueranter dimican-
tes: Ita nullis, neque perſequu-
tionibus, neque perſuaſionibus
ab eius firmitate vos ſinatis amo-
ueri. a Prodierunt enim qui-
dam (neſcio qui,aut vnde) &
exierunt in mūdum homines im-
pij, quos ab æterno Deus ad hoc
prçſciuit impietatis facinus,& ſub
ſequuturæ poſtmodum damnatio-
nis iudicium miſerabiliter deuen-
turos: b qui gratiam domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, quæ ad ſancti-
ficationem, ſpiritus ac carnis da-
ta eſt, transferunt in carnis vi-
tia:libertatem Euangelicam dan-
tes occaſionem carnis, eámque
habentes tanquàm malitiæ ſuæ
velamen, c negantes domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum,
qui eſt ſolus Deus & dominator
omnium à quo ſunt omnia condi-
ta,& ſub cuius ditiōe ſunt omnia.
Licet

ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.

a ſubintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium)impij,

b domini noſtri gratiam tranſferētes in luxuriā,

c & ſolùm dominatorem & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.

Licet autem ſemel ſciatis omnia, quæ ego modò dicenda propoſui, & licet nihil eorum vobis inauditum credam, a tamẽ commonefacere vos volo, & ad memoriam quæ tenetis, reducẽdo, proponere exẽpla eorum, qui poſt priora beneficia ſuſcepta, propter ſuam ingratitudinẽ, à Deo fuerunt de cõmiſsis in eũ peccatis puniti. b Et primò quidem notandũ quemadmodũ dominus Ieſus, qui per ſuæ diuinitatis brachium filios Iſraël de ſeruitute Aegypti ſaluos eduxerat, poſtmodũ non credentes ac murmurantes, multipliciter perdidit. c Angelicos etiam ſpiritus, qui ſuã illam nobilẽ cõditionẽ (in qua creati fuerant ab initio) non cuſtodierunt, ſed per ſuam ſuperbiam cœleſte domicilium reliquerunt & manſiones glorioſas perdiderunt, ſub caligine damnationis horrẽdæ in inferno, vinculis à quibus nunq̃ abſoluentur alligatos, d tradidit in iudicium magni illius & horrendi diei reſeruandos: quando eorum damnatio publica

a Commonere autem vos volo ſcientes ſemel omnia,

b Quoniã Ieſus populum de terra Aegypti ſaluãs, ſecundo eos qui non crediderunt, perdidit:

c Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium,

d in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.

confuſione,per iudicis ſentẽtiam perfectè cõplebitur. a Iuxta quẽ modum incolæ etiam Sodomæ & Gomorræ,ac ciuitatum finitimarum, b (qui ſimili inobedientiæ modò beluino more,in extremam & peſsimam omnino fornicationẽ contra naturæ inſtituta deuenerunt, c ita vt ſequerentur per ardorem concupiſcentiæ carnem,ſimilem maſculi,maſculinam,fœminæ,fœmineam,commixtionis gratia) d poſiti ſunt à Deo in exemplum omnibus peccantibus,modò ſuſtinentes æterni ignis pœnã:cuius ille temporalis ignis: quo fuerunt temporaliter abſumpti,ſignũ tantùm fuit. e Simili perditionis modò,nihil dubium eſt illos quoque perdendos fore,qui ſuam carnem luxurijs impudicè commaculant,& dominationem omnem fugiunt, ſubeſſe recuſantes ijs quibus eos Deus ſubiecit. f Maieſtatem quoque tam diuinam, quàm humanam,eorum qui ſunt in poteſtate conſtituti,eam blaſphemijs & maledictis inſectãtur. Quorum perdi-

a Sicut Sodoma & Gomorra, & finitimæ ciuitates b (Simili modo exfornicatæ,

c & abeũtes poſt carnem alteram)

d facti ſunt exẽplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

e Similiter & hi carnem quidẽ maculant,dominationem autem ſpernunt,

f maieſtatem autem blaſphemãt.

perditiſsimorum hominū blaſphe
nandi audaciam Michelis archā-
geliconfundit exemplum. a Cùm
enim Michaël archangelus cū dia
bolo diſputās, cōtēderet de Moyſi
corpore, quod hic reuelari ad ſedu
ctionem filiorum Iſraël volebat, il-
le autem occultari, ne in eo pecca-
rent idololatria: b verebatur an-
gelus, nec volebat diabolo conui-
tium inferre, tantùm dicebat cum
modeſtia citra omne maledictum:
Arguat te Deus Satan, & ſuæ po-
tentiæ compeſcat imperio. Et tan-
tam quidem in loquendo reueren-
tiam, angelus diabolo Dei ſerua-
bat inimico, nullum volens in Dei
creaturam acerbius proferre ma-
ledictum. c At verò impendentes
iſti homines de omnibus quæcun-
que ſuo animali iudicio non intel-
ligunt, peſsimè & maledicè loquū-
tur. d Quæ verò ſecundùm natu
ralem æſtimationem, & animale
iudicium capiunt, quaſi bruta ani-
mātia, quæ ad ſenſus æſtimationē
ſine ratione agūt omnia, quæque
eis ſecūdùm iudicij cæcitatem re-

a Cùm Michaël archangelus cum diabolo diſputans altercaret de Moyſi corpore:

b non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit imperet tibi deus.

c Hi autem quæcunq; quidē ignorant, blaſphemāt.

d Quæcunq; aūt naturaliter tanquàm muta animalia norunt in his corrumpuntur.

ſta videntur, in his corruptè & mirabiliter ambulant & pereunt.

a Væ illis qui in via Cain abierũt: b & in errore Balaam mercede effuſi ſunt, c & in contradictione Choræ perierunt.

a Væ, væ, illis qui Cain peſsima exempla ſequuntur, in inuidia, & odio, ac homicidio viuentes: b & qui errorem auari Balaam inſequuntur, auiditate mercedis effuſi ad illicita: c & qui animas ſuas perdiderunt, imitantes exẽpla contradictionis Choræ, qui Moyſi à Deo filijs Iſraël præfecto, ſubeſſe recuſauit.

d hi ſunt in æpulis ſuis, maculæ

d Hi ſunt conuiuijs ſuis fœtidiſsimæ maculæ, qui non ſolùm ſeipſos, ſed vniuerſos etiam cum ipſis conuerſantes ſua fœditate commaculant,

e conuiuantes, ſine timore ſemetipſos paſcentes,

e cõuitiantes ac delitiãtes, omni timore poſtpoſito ſuam cutẽ egregiè omni cura curãtes.

f nubes ſine aqua,

f Nubes in altis quidem ambulantes, & magna à longè pollicẽtes, ſed ſine aqua, in quibus nihil eſt veræ ſapientię: nubes, inquam, leues & ſteriles.

g quæ à ventis circunferuntur,

g quæ proinde ab omni motu cõcupiſcẽtię facilè circumagitantur, atque mouentur.

h arbores autũnales infructuoſæ, bis mortuæ,

h ſimiles ſunt arboribus autũnalibus, quæ fructum nullum ferunt, virore & vigore perdito: duplici

ratione

ratione morti obnoxiæ,tam ſecundùm corpus quàm ſecundùm animam:atque etiam quoniã poſt ſuſceptam ſpiritus gratiã, denuo in priſtinos redierunt errores. a Qui extra radicem ſunt charitatis,& timorem Dei(qui eſt radix & initiũ veræ ſapientiæ) prorſus perdiderunt. b Sunt etiam ſimiles fluctibus & procellis feri maris,qui modò in altum ſe efferũt,modò in infima rurſum decidũt mox iterum ſe erecturi, c qui cùm ſuas blaſphemias multa maledicta proferũt nihil niſi ſuas confuſiones euomũt, quæ cordis eorum immunditiam teſtantur quemadmodũ mare per ſuos fluctus ſpumam eijciẽs, ſuam amaram atteſtatur ſalſedinem.

d Sydera quoque ſunt volãtia ſiue errantia,quæ loco certo nullo conſiſtunt, nullámque loci habent ſtabilitatẽ: e quibus tẽpeſtas tenebrarũ infernalium ſeruatur,quam ſunt in æternum, experturi,cũ diabolo & angelis eius. f Ante verò multa tẽpora,de huiuſmodi hominibus prædixit Enoch homo Dei, qui

a eradicatæ:

b fluctus feri maris,

c deſpumãtes ſuas confuſiones.

d Sydera errãtia,

e quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum,

f prophetauit autẽ de his ſeptimus ab Adam,Enoch, dicens:

a Ecce veniet dominus in ſanctis millibus ſuis, facere iudiciũ cõtra omnes,
b & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt,
c & de omnibus duris quæ loquuti ſunt contra eum, peccatores impij.
d Hi ſunt murmuratores queruloſi,
e ſecundùm deſyderia ſua ambulãtes, & os eorum loquitur ſuperbiam mirantes perſonas quæſtus cauſa.
f Vos autem chariſsimi memores eſtote verborũ quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti

qui ab Adam ſecũdùm generationis ſeriem, ſeptimus ordine inuenitur, hunc in modum. a Ecce (inquit) veniet dominus cũ millibus ſanctorum angelorũ ſuorũ, atque cæterorum beatorum ſpirituũ ad faciendũ iudiciũ cõtra omnes male agentes, b & ad corripiendum puniendúmque omnes impios de omnibus operibus malis, quæ commiſerunt dum viuerent: nec de operibus ſolùm: c ſed de omnibus etiam verbis malis, quæcunque loquuti ſunt impij peccatores cõtra Deum, ſiue blaſphemãtes, ſiue extra eius præcepta loquentes. d Hi ſunt homines murmuratores aduerſum ſuperiores & in poteſtate conſtitutos: queruloſi, contra coæquales inter quos verſantur, e viuentes ſecundùm carnalia ſua deſyderia, qui ore ſuo loquuntur ſuperbiã, perſonáſque per adulationem mirantur, laudãt & prædicãt lucri gratia. f Vos autem chariſsimi, ne fortè horũ peſsimis perſuaſionibus abducamini, ſemper memores eſtote verborum, quæ ſunt vobis

vobis prædicta, ad cautelam venturorum temporum, à ſanctis Apoſtolis Chriſti domini noſtri: a qui cõmonendo dicebant vobis, quod in nouiſsimis temporibus venturi eſſent homines impoſtores & ſeductores, obſecundaturi concupiſcẽtijs ſuis in neqtijs & peccatis ſuis. b Hi ſunt qui ſe à communi fidelium cœtu, atque à ſententia fidei catholicæ, ſegregant: c homines animales, ſui ſenſus tractum tantũ modo inſequentes, in quibus non habitat ſpiritus ſanctus: quoniam animales ſunt. d Vos autem chariſsimi, nolite aſsimilari illis, ſed ſuper fundamentum ſanctæ fidei noſtræ, id eſt, communis & catholicę, ſtudete voſipſos in ædificio ſpirituali & virtutum ſtructura facere conſummatos: e orantes in ſpiritu ſancto, qui docet quid oporteat orare, & adiuuat infirmitatem noſtram: f atque ita voſipſos ſeruate in dilectione Dei, g expectantes per certiſsimam ſpei confidentiam, miſericordiã domini noſtri Ieſu Chriſti, per quã cõſequamini

in ſuo

a qui dicebãt vobis quoniam in nouiſsimis temporibus venient illuſores ſecundùm deſyderia ſua ambulãtes, in impietatibus.

b Hi ſunt qui ſegregãt ſemetipſos,

c animales ſpiritum nõ habentes.

d Vos autem chariſsimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſsimæ noſtræ fidei.

e In ſpiritu ſancto orantes,

f voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate,

g expectantes miſericordiã domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternã,

a Et hos quidem arguite iudicatos:

b Illos verò ſalua te de igne rapientes.

c Alijs autẽ miſeremini in timore, d odiẽtes et eã quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.

e Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, f & conſtituere ante conſpectũ gloriæ ſuæ, immaculatos in exultatione in aduẽtũ domini noſtri Ieſu Chriſti

in ſuo tẽpore vitã ęternã. a Et ex impijs hominibus, alios quidẽ qui iam propter ſuam obſtinationem iudicati ſunt arguite, ſuo proprio iudicio, atque etiam diuino reprobatos, & damnationi addictos. b Alios verò, qui illorũ ſeductionibus ad malum pertracti forſitã extiterunt, ſed in obſtinata infidelitate damnati non ſunt eiuſmodi (inquã) omni ſtudio liberate, quaſi de incendio æterni ignis eos eripientes, cui iam addicti & deſtinati fuerãt, niſi ad rectam fidem rediiſſent. c Alijs quoque qui quomodocunque forſitan præoccupati aliquo delicto ceciderint, miſericordiam exhibete, in ſpiritu lenitatis eos ſuſcipientes in timore ſancto, d ne fortè & vobis idipſum contingat: ſemper odio habentes veterem illam carnalium actionũ maculatam tunicã, & omnem corruptionem veteris hominis fugiẽtes. e Omnipotenti autẽ Deo patri ꝗ põtẽſt, & ſolus poteſt nos per auxilium gratię ſuæ ab omni peccato præſeruare, f & poſt bene

tranſ-

tranſactam vitam, ante præſentiã ſuam in gloriam adducere, vt ſine omni macula & crimine, cum pleno gaudio inueniamur in aduentu Chriſti ad iudiciũ. a Ipſi, inquam, Deo patri, preter quẽ nõ eſt alius ſaluator ſit per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum gloria & magnificentia, imperiũ atque poteſtas ęterna ante omnia tẽpora, & nunc & in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

a ſoli Deo ſaluatori noſtro, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, gloria & magnificentiã, imperium & poteſtas, ante omnia ſæcula, & nũc, & in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Finis.

*

FINIS ELVCIDATIONIS in Epiſtolam canonicam beati Iudę Apoſtoli.

DEO LAVS ET GLORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Lugduni,

EXCVDEBANT STEPHANVS RV-
FINVS, ET IOANNES
AVSVLTVS

IMPENSIS HONESTISSIMI
VIRI GVLIELMI
ROVILII.